NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
12 G
3

IV
2
A
5-9-7.3-

,26.5.26.

EPISTO LAEHE ROIDVM NO VISSIME RECO-

GNITAE APTISSI-
MISQVE FIGVRIS
EXCVLTE.

COMMENTANTIBVS
VOLSCO, VBERTINO ET
ASCENSIO. NECNON
IN SAPPHO ET IBIN
DOMITIO, EODEMQVE
ASCENSIO VIRIS
DOCTISSI
MIS.

ADDITO ELEGANTI INDI-
no nonimr excogitato quod
omnes cum fabulas
tum hiſtorias et
queq; digna
cognitu
ſecun
dũ
alphabeti ordi-
nem per opti-
me demõ
ſtrat.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EPISTOLARVM INDICIVM

A
Acontius Cydippe a tergo car. ciiij
Ariadna Theſeo a fronte lvi
B
Bryſeis Achilli a fronte xvi
C
Canace Machareo a fronte ix
Cydippe a Acontio a fronte cx
D
Deianira Herculi a tergo xlix
Dido Æneę a fronte xxxix
H
Helena Paridi a fronte lxxxvij
Hermione Oreſti a tergo xlv
Hero, Leandro a fronte xcix
Hypermneſtra Lino a tergo lxxv
Hypſipyle Iaſoni a tergo xxxij
L
Laodomeia Proteſilao a tergo car. lxx
Leander Heroni a tergo xciij
M
Medea Iaſoni a fronte lxiiij
O
Oenone Paridi a tergo xxvij
P
Paris Helenę a tergo lxxix
Penelope Vlyſſi a fronte car. pma
Phędra Hyppolito xxi
Philis Demophoonti a tergo ix
S
Sappho phaoni a fronte cxij
T
Tractatus in Ibin a fronte xix



P. Ouidij Naſonis Sulmonenſis Heroides.

Penelope Vlyſſi.

HAnc tua Penelope lento tibi mittit Vlyſſes.
Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni.

POST euerſam Troiā Grecorum principes phrygijs opibus ditati, cum in patriam nauigarent, ſęſę Mineruę idignatione, vt Homerus ſcribit, alij ſunt vaſtiſſimis procellis obruti, alij turpiter occubuerūt. Pauci, cum diutius erraſſent, vix dierum euaſerunt excidium. Aiax Oilei Locrenſium dux in ſcopulis euboicis fulminatus demergitur. Agamēnon vix lares ſalutarat, cum nephandę vxoris Clytemneſtrę dolis ab Aegyſto incautus excipitur, et obtruncatur. Idomeneus e Creta inſula deiectus, ad Salentinos Italię populos fugit. Diomedes a ſuis minime exceptus in Italiam nauigauit. Menelaum, vt tradit Herodotus, ut a rege Protheo Helenam vxorem repeteret, in Ægiptum oportuit cum ſummo diſcrimine traijcere. Vlyſſ. Laertis filius ex autolyca magnanimi autolyci filia decennio vaſtiſſimis iactatus procellis errauit. ſocios, quoſuam ſolis boues aſſumpſerant, oēs amiſit. Ipſe anno decimo ab alcinoo phęacum rege naui ē multis muneribus donatus cū diſcederet, vi tempeſtatis iterum deprehenſus ſolus et mendico ſimilis Ithacam appulit, quod Homero ad odyſſeam ſcribendam lucidentam materiam exhibuit, apud quem Penelope Icari et Polycaſtes filia ē Vlyſsis vxor inter laſciuiſſimā procorum turbam, qui ex varijs inſulis in Vlyſsis regiam confluxerant, ſumma obſeruantia in coniugali fide perſiſtit, mariti viginti annorum peregre acceſſum ſępius queritur. Exiſtimabat enim non iactari erroribus, ſed aut occubuiſſe aut ſuorum ē patrię oblitū, aut puellarum complexibus, aut aliqua orbis regione ocioſe ceſſare. Ex hoc Ouidius omnē eſt commentatus epiſtolam ſuā. Ex Homero Penelopē formet., Solicita.n. de abſēte marito querit, ē ad redeundum inuitat.

PENELOPE TVA, quę tibi hactenus in tanta procorum turba pudice vixit, et coniugalem thorum ſine labe ſeruauit. Mittit tibi, poeticum eſt, ad te dicet orator. Tibi lento, qui deſes es, et noſtro amore frigeſcis, nec tuorum deſiderio moueris. Nil mihi reſcribas, epiſtolę propoſitum eſt. Mihi quę te expecto, non litteras. Attamen, ſed. Ipſe, q annos viginti abſens fuiſti. Troia iacet, Indicat facile fore quod propoſuit; poteſt enim redire. VOLS.

HANC TVA Penelope, Quodcūq; opus legendum proponitur, quāuis facillimum, ignorato argumēto, vt ſit difficile, neceſſe eſt. quamobrem cum officio profeſſionis meę multa enarrare et interpretari contigerit, id in primis ſemper laborandum putaui, vt in legendis auctoribus argumentum pateret, deinde ſi quę aut in verbis, aut in ſenſu obſcuriora eſſent, diligenter explanarem, vt non mihi, quemadmodum multi inani gloria adducti, ſed alijs interpretari viderer, et in nullius manus ſcripta mea peruenirent, qui ex labore meo fructum non perciperent, quod quidem cum hactenus me aſſecutum ſperem, dabo operam, vt in futurum multo magis id fiat, non tamen vſq; ſuperfluum laborem occupare placet. VBER.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nam vt Fab. v. lib. inſtitutionum oratoriarū inquit, Perſequi qdem ꝙ quiſq; vnquam vel ꝯtemptiſſimorum hominum dixerit, aut nimię miſerię, aut inanis iactantię eſt, et detinet, atq; obruit ingenia melius aliis vacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excudit, anilibus quoq; fabulis accōmodare operam pōt. Atqui pleni ſunt eiuſmodi impedimentis grāmaticorum commentarii, vix ipſis, qui compoſuerunt ſatis noti. Hęc Quint. Quiobrem cum in argumentis ſingularum epiſtolarum enarrandis, tum in cęteris exponendis mediocritatem ſequemur, ita vt neq; lectorem faſtidio afficiam, nec tñ quicquā in his noſtris enarrationibus deſideret, quod in hoc opere cognitione dignum videatur. Perſequar tñ etiam minutiora qdam, quę nō ſolum ab eruditis volo nr̄a legi, ſed multo magis ab his, q erudiri volūt, qbus oīa plana et apta placent. Nō.n. ad oſtentationem, ſed ad vtilitatē nr̄a edimus. et quēadmodū pecunię, ita operę beneficiū indigentibus pſtandū eſt, ē id qdem liberaliter. Sunt enim qui, vt videantur doctiores, non vt interpretationes, ſed ęnigmata proferant, quos cum ſua ambitione et oſtentatione relinquimus, quo plus odii ſibi quā fauoris comparant. Ego cum intelligam interpretem oportere eſſe quaſi lumen eorum, quę interpretantur, ē cū omnes non potuerint multa, aut audiſſe, aut vidiſſe, non exiſtimabo mihi turpe, ſi vt pueris proponi debet in ſcholis hoc opus, ita a me declaratum fuerit, quod idem de pleriſq; aliis deo mihi aſpirante breui me facturum ſpero. Sed nunc ad inſtituta pgamus. Poſtquam igitur titulum operis viderimus et qualitatem carminis, et intentionem ſcribentis, ad argumentum et textus expoſitionem veniemus. Repetetur autem paulo altius primę epiſtolę argumentum; quoniā ex eo aliarum complurium epiſtolarum argumenta pendent, in quibus poſtea eam ob cauſam erimus breuiores. Titulus operis eſt. P. Ouidii Naſonis poetę ſulmonenſis heroidum liber. Primus autem nō addimus, ꝙ plurimis placet vnum tantummodo eſſe librum, quam in epiſtolas diuidatur et non in libros. In codice tamen meo vetuſtiſſimo reperi diſtinctionem librorum, quod qdem licet numero epiſtolarum conſtet, ita fieri potuit, ſicut in epiſtolis, quas in ponto ſcripſit, quę in libros plurimos diuiduntur. et Iuuena. Satirę licet ſeparatas habeant ſententias, librorum tamen numerū habent. Inueni igitur in codice meo vetuſtiſſimo hoc opus diuiſum in libros. v. Quorum primus incipit. Hanc tua Penelope. Secundus. Littora theſſalię. Tertius. Si qua tamen cęcis. Quartus. Mittit hypermneſtra. Quintus et vltimus. Mittit abydenus. Sed in hoc nolim tamen eſſe contentioſus, aut pertinax. Epiſtolę ſunt numero viginti, quas heroidum appellant. quoniam licet aliquot ex eis a viris ſcribantur. maxima tamen ex parte ſunt clararū, et illu. mulierum, quas heroidas appellant. Ouidius libro ii. triſtium. Prima locum ſanctas heroidas inter heres. Maſculinum eſt heros, qui et Semideus dicitur et vir fortis, et virtute eminens, plus homine habens. Fęmininum vero ſub forma patronymica dicitur herois, et heroine. Ouidius autem ſe non ſolum ſcripſiſſe has, ſed et alias, quas non ſolum in hoc volumine commemorat trium annorum ad Macrum. Carmen autem elegiacum eſt exametrum et pentametrum. quod quidem et amoribus, et querelis, et miſeriis conuenit, ut Ora. in poetica oſtendit. Verſibus impariter iunctis querimonia primum. Mox etiam incluſa eſt voti ſententia compos. Quis tamen exiguos elegos emiſerit auctor. Grammatici certant. Genus autem orationis humile eſt, quia tali carmini conuenit, hoc eſt elegiaco, quod ut uidimus, exiguum appellauit Oratius. quanquam inter elegiaca Naſonis carmina hoc maxime et ſententiis quantum materia ipſa patitur, et verborum proprietate videtur aſſurgere. Materia vero eſt ethica, ideſt moralis, quia deſcribit varios virorum mulierumq; mores. Intentio poetę eſt, exercendo ingenium, et querendo famam, amoris affectus demonſtrare et oſtendere, quantum hi differant in mulieribus pudicis et impudicis, q̄ in aliis caſti amoris pietatem, in aliis libidinis et furoris incontinentiam probant. Itaque alię ad laudem et imitationem, alię ad libidinis et impudicitię deteſtationem memorantur. Sciendum autem eſt, quot amoris affectus in nullis Naſonis libris melius exprimuntur q̄ in his epiſtolis, in quibus artis amandi exercitationem oſtendit, ſicut ex orationibus Ciceronis, quicquid in arte dicendi traditur, optime percipitur. Sed iam argumentum enarremus, quod vt ſupra diximus paulo altius maioris declamationis gratia repetetur. Ad pelei Æaci filii et Thetidis nymphę eius vxoris nuptias, quę in Pelio Theſſalię monte celebratę ſunt, diis oībus ac deabus pręter diſcordiam inuitatis, illa indignata accūbentibus cum Ioue Iunone eius vxore, Pallade et venere, in medium earum coniecit pomum, in quo ſcriptum erat. Detur pulchriori. Cumq; vt eſt mulieribus opinio de pulchritudine ꝓpria audax et temeraria, quelibet earum ſe pulchriorem diceret, neq; Iuppiter vellet de hac re iudicare, ne aut vxorem, aut filias offenderet, eas remiſit ad Parim, qui educatus apud paſtorem, tunc armenta in Ida ſeruabat. A quo iuſſit eas petere huius contentionis iudicium et determinationem. Cum.n. Hecuba Priami uxor Paride grauida eſſet, ſomniauit ſe parere facem, quę totam Troiam incendio corriperet. Haruſpicum reſponſis et numinis oraculo Priamus cognouit oriturum ſibi filium ex Hecuba, qui patrię eſſet futurum incendium. Quare iuſſit vxori, vt quicquid pareret, interficeret. Illa, cum puerum, qui poſtea Paris dictus eſt, peperiſſet, materna pietate mota, non ſuſtinuit eum interficere, ſed falſa eius mortis ſimulatione decepto Priamo, iuſſit eum regiis paſtoribus tradi, qui puerum alerent. Itaq; vt paſtoris filius, aut vt alii volunt et ſeruus et famulus in pecorum et armentorum cuſtodiis nutritus eſt. Oenones nymphę coniugio vſus.

Ad hunc igit̃ in ideis vallibus armenta ſeruantem, cũ tres deę acceſſiſſe ſeorſum, cum eo queq; locuplę pollicitationibus, vt ſępe in iudicijs fit corrumpere tentauerunt. Nam Iuno, vt eſt deorum regina, diuitias et regna. Pallas gloriam, ſapientiam, et rerum omnium cognitionem. Venus autem voluptatem, et pulcherrimę in toto orbe terrarum mulieris vſum et poſſeſſionem promiſit. Quas auditas Paris iuſſit ante ſe nudas adeſſe, vt certius de earum pulchritudine iudicium afferre poſſet, et demũ Veneris promiſſis magis captus ꝓ ea ſententiam tulit. Poſt aliquantum temporis cũ agonale certamen illic celebraretur. Paris qui fortiſſimus erat, ad illud acceſſit, in quo cum omnes et etiam ipſum Hectora ſuperaret. Hector ira ſuccenſus conſtricto gladio tanquam paſtorem eũ eſſet interfecturus. Paris ſe eius germanum ꝯfeſſus eſt, quod vt Ser. ſcri. allatis crepũdijs probauit, cum adhuc ſub paſtoris habitu lateret. Sunt autem crepundia infantulorum ornamenta, recognitum igitur eſſe filium ſuum Priamus Paridez recepit in domum, tanquã tanto ipe functus eet fato et periculo, quod ex eo imminere audierat, qui mox aliquot nauibus ędificatis Spartam nauigauit, vbi cum a Menelao Agamẽnonis regis grecorum fratre hoſpitio exceptus fuiſſet, deinde ipſi Menelao ꝯtigiſſet in Cretam proficiſci, ille perfidus hoſpes Helenam Menelai vxorem Iouis ex Lęda filiam omnium mulierum ſpecioſiſſimaz, in amorem ſuũ ſolicitatam abduxit ad Troiam.

Alij volunt expugnata Sparte, ſiue Lacędemone (vtroq; enim nomine dicitur) Helenam, quã ei Venus promiſerat, a Paride abductam Herodo. dicit eam nunquam fuiſſe ductam ilium, licet fere omnes hiſtoriographi et poetę aliter ſentiant, et credant eam ad Troiam deductam, vt etiam Home. oſtendere videtur. Cum igitur ad eam repetẽdam legati ab agamennone et Menelao fruſtra ſępe miſſi fuiſſent. Agamẽnon et Menelaus tantaz iniuriam armis vindicare, et Helenam bello repetere decreuerunt. Itaq; cum ad hanc expeditionẽ ex vniuerſa grecia exercitum cogerent. Vlyſſes Penelopes admodum puellę, quam pauloante duxerat vxorem, et ex ea tantum ſuſceperat Telemachum filium, amore retentus, ne iret ad illud bellum, inſaniaz ſimulauit, iunctis enim diuerſi generis animalibus arabat, et ſalem ſeminabat, quã inſaniam Palamedes vir bello clarus, qui regis mandato delectum faciebat, detexit. Nam cũ arãti Vlyſſi obieciſſet Telemachum, ille ne filium lęderet, aratrum eleuauit, et ſuſpenſum aratrum vltra filium tranſtulit, ex quo cognitus non eſſe inſanus coactus eſt ad bellum troianum ire, vbi et Palamedis iniuriam vltus eſt, nã eum falſo proditionis crimine a grecis damnari, et lapidibus obrui, ẽ interfici fecit, mox in eo bello multa prudentię et ſolertię documenta exhibuit, quę ipſe apud Ouidium li. xiij. meta. commemorauit, quę in hoc loco vitandę prolixitatis gratia pretereo. Poſtremo eius opera factum eſt, vt Troia decimo tandem anno, poſtquam obſideri cęperat, caperetur, vnde et ab Homero. πολιπόρθος, ideſt vrbis populator dicitur, et cum in caſtris de armis Achillis inter ipſum et Aiacem Telamonium ortum eſſet certamen. Vlyſſes dicendi facundia ea obtinuit, mox euerſo Ilio et Aſtianacte Hectoris filio e turri precipitato, ne aliquis de ſanguine Hectoris ſupereſſet, acceptaq; parte prędę Troianę, cũ in patriam glorioſus victor reuerſurus mari ſe credidiſſet, longe contra votum ſuum ei accidit. Nam ventis tempeſtateq; actus multum diuq; errauit, et aliorum decem annorum ſpacio ad multa orbis terrarum loca delatus mores hominum multoꝝ vidit et vrbes, reliqua de eo dicuntur in fine epiſtolę. Cum igitur cęteris ducibus et militibus grecis, qui bello ſuper fuerant, domum reuerſis ſolus Vlyſſes non reuerteret, neq; Penelope eius vxor cauſam huius abſentię ſciret, ad eum ſcribit hanc epiſtolam, in qua caſtum et coniugalem amorem ſuum erga Vlyſſem oſtendit, et eum rogat vt nullam remittat per litteras reſponſionez, ſed ipſemet veniat. Adducit autem multas rationes, quibus probat eum debere venire. Probat. n. primum a commoditate, quia non amplius detineatur bello, quando Troia, propter quam ab fuerat, capta et euerſa ſit. Deinde ab honeſtate et equitate, quia cum cęteri viri domum reuerſi vxores ſuas pręſentia ſua conſolentur, et rerum geſtaruz narratione detineantur, ipſe ſolus maritali deſit officio, pręſertim cum ipſa, vt refert, perpetuum coniugalem amorem in eum ſeruauerit. Oſtendit enim ſe neq; alijs inſtante patre nubere voluiſſe, et ſemper fuiſſe ſolicitam de periculis Vlyſſis, quod eſt pię, et fidelis coniugis argumentum. Poſtremo ꝙ Vlyſſes debeat domum reuerti, arguit Penelope ab eius vtilitate, quia eo abſente eius bona dilapidentur et diſſipentur, cum neq; ipſa, vt pote mulier neque Telemachus admodum puer, neq; laertes eius pater ſenio confectus ea tueri poſſint. Commemorat autem ei pręcipue ſenium patris, et Telemachi filij teneram ętatem, vt ſi eum vxoris amor curaq; non reducat, moueat ſaltem filialis paternusq; affectus, ſic ergo inquit. Hanc tua Penelope. Senſus eſt. O Vlyſſe Penelope vxor tua mittit hanc epiſtolam, nolo autem mihi reſcribas aliquid, ſed tu ipſe venias. Hanc, ideſt epiſtolam. Tibi lento, ideſt tardo. Tua, ſubaudi vxor, nam in nominibus proprijs de genitiuis pronominum relatiuorum vel demonſtratiuorum, et in pro nominibus poſſeſſiuis ſępe filiorum, vxorum, maritorum, ſeruorumq; nomina ſubaudiuntur. Virgi. Hectoris Andromache, ſcilicet vxor Cice. in epiſtolis Ser. tuus, ſcilicet filius. Teren. Video forte huius Birrhiam, ſubaudi ſeruum, et notanda eſt hęc regula. Mittit, de ſe tanquã de tertia perſona dicit, cum ſequenti verſu in prima perſona loquatur, dicit enim. Nil mihi reſcribas, ideſt non remittas mihi reſponſum ꝑ lr̃as ſed tu ipſe veni. Ipſe hoc loco demonſtratiue ponit, nã licet per eclipſim ꝑ ſe ꝓferat, tñ ſubauditur tu, et habet teſte Priſci. ſignificationem eius pronominis, quod ſubaudit. ſ. tu eſt demonſtratiuum.

IODOCI BADII ASCENSII FAMI liaris explanatio Heroidum Ouidij, et eorum preſertim que adhuc lucis egere viſa ſunt elucidatio.

ASCENSIUS

HANC Tua Penelope. Quãq̃ nullus eſt in epiſtolis. Ordo tamen videt poeta hanc Penelopes epiſtolã, nõ ab re primam poſuiſſe. Quippe q ab heroidum decantatiſſima miſſa fingit, ab ea videlicet, cuius maritus poetarum principi Homero vigintiquattuor librorum vberem prebuit materiam Et cum in toto opere totus ſit ingenioſus poeta, tamen vt Liuius in concionibus, ita hic in epiſtolis proſcribentiũ, hoc eſt quos ſcribẽtes inducit, capax, et ingenio argutias nunc contrahit, nunc dilatat, vt ſuis locis pro opportunitate, et captu noſtro declarabimus. Verum quia intentionem poete in preambulis diximus, et argumentum modo expoſitum eſt, pro veteri inſtituto noſtro inerudite pubi pauca, que grammaticen concernunt, prelibabimus. Meminerit ergo tirunculus in ſingulis verbis poete, in quibus ſurdaſtri nihil boni concentus perſpiciunt, nihilq; ſalis atq; leporis ſapiunt, eſſe ſuam venuſtatatem et ſententiarum vim. Diſcat ergo in primo vocabulo decora breuitate, que nihil obſcuritatis habeat vti, ea videlicet reſecando, que ſuperflua videntur, eo q intellectu facillima ſunt. Cuiuſmodi ſunt locutiones ſequentes. Ventum eſt ad veſte ſubaudi ſed non eloquere edes, aut templum. Quarto Kalendas Iulias, ſubaudi die ante. Triduo ante diui Baptiſte, ſubaudi natalem, aut diem feſtum. Paucis rem aperiam, ſubaudi verbis. Teſtificantur his, ſubaudi litteris. Hanc igitur tibi mittit, ſubaudi epiſtolam. Neq; tamen opus eſt vt adijcias. Et quia hic hec hoc et eorum aduerbia ad primam perſonam pertinent, idem eſt hanc mittit ac ſi dicat, ego eam mitto. Secundo annotet, quia pronomina habent emphaſim et vim ſuam. Semper. n. vberius demonſtramus, aut referrimus quã poſſumus proprius vocabulis eloqui. Non capit me puer, dicam iterum. Si dixerit. Penelope mitti tibi epiſtolam, non tantum dixerit quantum tibi dicit, mittit hanc, quaſi dicat, que tue ſaluti conſulit que te ad fidiſſimam coniugem vocat poſt tacitos errores, que miſerias noſtras exponit, que me tuam probat. Vnde addit tua, in quo mira quoq; emphaſis eſt, quaſi dicat, que inter tot procos, ideſt procaciter et improbe coniugium meum petentes, et animo & corpore tua permanſi, fida tibi amica tibi &c. Tertio q ſicut genitiui non reguntur a proprijs, niſi per intellectionem appellatiui, vt Dei phebe glauci, ſubaudi filia, ita nec pronomina poſſeſſiua, que pro genitiuis ponũtur primitiuis nunc abſolutis non iunguntur proprijs niſi per ſubintellectionem appellatiuorum, vt tua Penelope, ſubaudi vxor aut coniunx. Quarto, propria nomina greca ſolere apud doctos ſuam declinationem ſeruare, licet multa in noſtram migraſſe legantur, vt hec Penelope huius penelopes. Nam penelopa inſuetum eſſet. Reperitur tamen Helene et Helena, Lede et leda &c. Quinto, epitheta, ideſt adiectiua proprietatem (vt notis loquar) importantia eſſe attribuenda pro negocijs et locis. Quia ergo nihil amanti magis alienum q̃ lentum eſſe et ſegnem. (Nam vt hic dicitur. Res eſt ſollicita plena timoris amor) ideo bene dicit.

Lento tibi quaſi dicat, flaccido et tepido in amore viro, cum ſim tam ſtrenua coniunx vt etiam noctes tibi impendam reficiendo videlicet telam, et ita illudendo procos. Sexto, q Vlyxes ſecundum grecam deductionem deberet ſcribi oliſſes, aut odiſſes, ſcribit enim grece odyſſeus, ſed eus ſepe in es longum mutatur, vt achilleus achilles nereus neres, orpheus orphes. Vnde volunt orphi in datiuo dictum in bucco. orphi caliopea, ſed neſcio quo errore pro os ſcribitur nunc. v. et pro d l et pro ſſ, x cum tamen ſunt qui ſcribant oliſſes, et multi qui vlyxes. Nos vero quia ita plures ſcribunt fere vlixes ſcripſimus, habet autem in vocatiuo etiam vlixe, tunc preſertim cum s crebro poneretur, vt apud Cicero. in carmine de syrenum cantu apud Homerum. O decus argolicum quin puppim flectis Vlyxe, hic autem reperiri Vlyxes forte, ne eſſet illepidus concurſus. Penelope Vlyxe.

Nil mihi reſcribas, occurrit reſponſioni per antipophoram, poſſet enim reſpondere ſi ad me ſcribis coniunx, reſcribam ad te, atque ita tecum paria fecero, ad quod [illegible] ipſa. Nil mihi reſcribas, ideſt nolo quicquam reſcribas ad me. Dicat igitur, non petis certior fieri de me quo circa addit, tamen ideſt licet nolim reſcriptum, volo tamen noua de te, veni igitur, dicat mittam ex meis, qui eloquantur, quod excludit dicens. Ipſe quod eſt tu, quaſi dicat in propria perſona. Habet enim emphaſim pronomen ipſe, et excludit inferiores perſonas, vt Ione miſſus ab ipſo, quaſi dicat, ab eo qui ſummus eſt, et non ab inferiore. Rex ipſe me ſemper in oculis habet &c. Habet tamen decenter officium trium perſonarum. Prime, vt et ipſum.

Ludere, que vellem calamo permiſit agreſti, ipſum ideſt me, ipſe, ignotus, egens lybie deſerta peragro. Ipſe, ideſt ego. Secunde vt hic. Ipſe veni. et. vi. eneidos. Ipſa canas. Tertie, vt eiuſdem tertio. Ipſe canat &c. Ordo raro a nobis ponetur, quia cum binis fere verſibus compleatur ſententia, facile eſt eum conſequi, in elegiacis preſertim, quorum ſtilus facilior eſt. Vltimo tamen hoc loco notabis, quia ſecundum Vallam indifferenter fere dicimus, nil reſcribas, nil reſcribes, nil reſcribe, et nil reſcripſeris, et ideo diuerſos modos coniungit poeta dicens. Nil mihi reſcribes, attamen ipſe veni. Niſi longior fierem, dicerem tamen a Seruio exponi aliquando pro tandem, et ſic erit ſenſus. Nil reſcribas, ſed tandem ipſe veni, aut exponendo more conſueto contextus eſt. Nil reſcribas, ideſt nolo quicquam ad me ſcribas, ſed tamen licet id nolo, ipſe veni, quia te plusquam litteras tuas deſidero.

Troia,iacet certe Danais inuiſa puellis,
Vix Priamus tanti totaq; Troia fuit.
O vtinã tũc cum Lacedęmona claſſe petebat,

VOLS. NAM Troia iacet. Diruta eſt,elegãtius Vir.itam exprimit cũ dicit.Et campos,vbi troia fuit. Dicta eſt Troia a Troe rege Erichtonij et Callirhoes Scamandri filio,antea teucria a teucro,et Dardania a Dardano dicebat. Inuiſa,odioſa,eſt.n.inuidere odiſſe,qd ꝫ votũ nimiũ videmus. Danais puellis heroidibus gręcis a Danao. Strabo teſtaẽ danaos nũcupatos. Vix priamus tãti.Ingerit ſuſpitiões, dubitat Vlyſſem iõlentum eſſe,ne pegrino amore teneaẽ,dum ſtaret Troia inqt,et Priamus viueret,vix fieri potuit, qn in pṫiam nauigaretis.Gręci.n.lõga obſidione fatigati de reditu sępius cogitarunt,qd in Iliade Home.vẽ exprimere.Diomede referẽte,ſi oẽs gręci abſcedant,ego et Sthelenus ſoli in obſidione perſiſtemus. O vtinã.Precatur in Paridem cũ hac poetica exclamatione,qui cũ Helena rapuit,tantorum malorũ ꝑbuit cãm. Lacedęmona.Lacedęmon peloponneſi vrbs Menelai regia nuncupata a lacedęmone iouis filio ex thaygete athlãtis et pliones.

VBER. TROIA. Adducit rõnẽ,quare Vlyſſes debeat,et poſſit venire.Dicit.n.Troia pp quã domo diſceſſerat eſſe euerſam.Troia ẽt cũ regio ſit Aſię, in qua erat iliũ vrbs,quã gręci euerterũt,poniẽ tñ interdũ ꝓ vrbe,vt Vir.Oẽmq; reuerti.Per Troiã, et hic Troia.i.Iliũ vrbs Troię. Iacet diruta eſt, et ſolo ęq̃ta ſicut.n.vrbes cũ ędificanẽ,aut florent, dicunẽ ſtare,aut ſurgere,vt Virg.Surgentẽq; nouę carthaginis arcẽ,et idẽ.Troiaq; nunc ſtares,et Ouid. Iã ſtabant thebę.Ita cũ dirutę ſunt,dñr iacere et cadere Seruius ſulpitius ad Cice.Quę nunc ꝓſtrata et diruta añ oculos iacent.Virg.Cecidit q; ſupbum.iliũ.

Certe,diſtinguendũ eſt,vt nõ dicamus certe iacet ſed certe inuiſa.Non.n.neceſſe eſt affirmare Vlyſſi q; Troia iacet,qꝛ hoc ipſe optime ſciebat,q fuerat pſens,et vt dcm̃ eſt in argumento,fuerat ẽt ex magna pte auctor illius ruinę,dicit ergo certe.i. certe odio habita. Puellis danais.i.mulieribus gręcis, naꝫ danai a Danao rege dicunẽ, q añ pelasgi dicebanẽ,et argiui,qꝛ Danaus, vñ dicti ſunt, Argos habitauit.Puellis ãt dixit, non ſolum ſexum, ſꝫ ẽt ętatem ſignãs,qꝛ adoleſcentulę mulieres nuper nuptę moleſtius ferunt maritorũ abſentiã. Vix Priamus.Vix ſtultũ et ridiculũ eſt, q qdam ſic ordinãt,vix.s.iacere,vel vix inuiſa cuꝫ neuter ſenſus ꝓcedat,ſed ſic intelligaẽ.Priamus et tota troia vix meruit hoc odiũ gręcarũ mulieruꝫ.hoc eſt vt earũ mariti pp ipſum Priamũ et Troiã abeſſent, et cõſequenter haberentur odio. Priamus.Habet emphaſim hoc nomen ꝓpriuum.q.d.is magnus rex.

Tota troia.i.oẽs troiani, ꝯtinens pro contento.

Vix fuit tanti,vt per eius obſidionẽ tot viri gręci abeſſent,et ſic earũ vxores eam haberent inuiſaꝫ

O vtinã,O ad oẽs affectus ꝯuenit, vel miſeratiõnis,vel indignationis, iungiturq; vocatiuo,ntõ et accuſatiuo.Cic.O magna vis veritatis,et o me miſerũ.Interdũ p eclipſim ꝑmittiẽ, ſed ſubauditur. Danius iunior.O holem te patientẽ, ac potius dũrum.Interdũ eſt aduerbiũ vocandi et iungiẽ vocatiuo,vt,O regina nouã ẽc.Interdũ mirandi,vt Iuuena.O qualis facies.Interdũ indignãdi, vt Cice.O tempora,o mores.Interdũ optandi,vt Virg.Ad ſis o tm̃,et in Buco.O tm̃ libeat mecũ tibi ſordida rura.Atq; humiles habitare caſas, et hac ſignatione optãdi interdũ põiẽ p ſe,vt in exẽplis ſu: pradictis. Interdum iungiẽ cũ vtin i ad maiorẽ affectum exprimẽdũ, vt hic apd Oui.Interdũ cũ ſi affectũ hꝫ optãdi, vt apd Perſiũ. O ſi ebulliat patrui pclarũ funus.Interiectio (vt inquit Donatus)interiectio eſt optantis aduentũ,aut animi repente perculſi,vt Teren.O ſalue Pamphile.

TROia iacet ẽc.Docet facile poſſe redire cum gręci cõpotes voti effecti ſint diruta Troia, qꝛ tñ nõ redit,pgrediẽ in deteſtationẽ bellorũ,quę vt Hora. dicit.Matribus ſemp deteſtata ſunt.Sed ne ſuos p hoc lędat callida mulier,ꝯuertit odiũ in ipſas Troiã,ipſosq; troianos,quorũ libido et adulteriũ cã tãti belli fuit. Vix Priamus tãti.Duplex ſenſus eſt.alter ab Antonio poſitus,vꝫ vt Priamus dũ ſtaret i regno,et tota Troia vix fuerit tanti.i.vix reputata aut eſtimata ſit tanti valoris, vt gręci vellent illic diutius imorari, quo circa, quum Priamus extinctus ſit,et Troia euerſa, vẽ aliud puella obiecitſſe Vlyſſi, qui tm̃ imoraẽ.Alter ſenſus eſt. Priamus et tota troia vix fuit tãti,vt tot puellę Danaę viduę degerẽt. O vtinã. Aliqñ optãtes ponimus o tm̃,aliqñ vtinã tm̃,aliqñ vtrũq;,ꝗc videtꝛ, cũ vehemens eſt affectio,vt hic ſitr aliqñ o tm̃,vt in Buc. O mihi tam longe maneat pars vltima vitę. Aliquando ſi tm̃,vt Vir.ęnei.Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus.Oñdat ẽc. Aliqñ vtrũq;,vt apd ASCEN. Perſiũ ſaty.ij.O ſi ebulliat patrui pclarũ funus ẽc. neq; vitioſuꝫ eſt,qꝛ vocalis ſeqtiẽ.Nã vẽ quaſi vna pars orõnis,et monoſyllaba lꝫ abſumant vocalẽ et.m.nõ tñ abſumunẽ.vnde Hora.carminum.i.O et pſidium et dulce decus meum.Hiſtoria aũt diuerſimode recitari ſolet,ſed vulgatior eſt. Alexandrum qui et Paris dẽ,ſiue ob Heſionã amitam ſororẽ vꝫ priami,q̃ in captione priore troię ab Hercule facta Telamoni in ſortẽ data eſt,in gręciam nauigaſſe ad eam repetendam, ſiue ad Helenam a Venere ꝓmiſſam obtinendã in Peloponnſon nauigaſſe,et quę illi ꝑcipua occurrit. Helenã rapuiſſe,ob cuius raptũ troianũ bellũ ſubſecutũ eẽ cum euerſione Troię,quã euertendã et incendẽdã ꝑnotauerat Paris,cũ adhuc in vtero mr̃no eſſet,qꝛ Hecuba mr̃ eius viſa eſt ſibi geſtare canẽ portantem mordicus facẽ ardẽtẽ, vñ tota Troia incenderet, quã rẽ Priamus cũ ex earũ rerũ interp̃tibus intellexiſſet,ſignificare incendiũ Troię,iuſſit ꝓlem extingui in primordijs,ſed mr̃ miſerans exponendã dedit.Vnde Paris inter paſtores ab ĩfantia verſatus eſt,vbi Oenonẽ nymphã cognouit,vt ſuo loco dicemus. Inſanis aquis,aut magnis,aut ęſtuantibus et furentibus,ſicut in Buco.Inſani feriant ſine littora fluctus. Lecto deſerto,a marito ſcilꝫ.

VOLS. ADVLTER. Paris Priami filius, qui ex Lace. lemore. Helenā rapuit, de quo diximus. Aqs inſanis. i. magnis in alto furentibus helleſponti vndis.

Non ego deſerto, exponit incōmoditates ſuas. Frigida, ſine viro. Caleſcere lectū dicimus. vbi vir fuerit et foemina. Relicta, p viginti annos a te

> Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.
> Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto,
> Nec quererer tardos ire relicta dies.
> Nec mihi quęrenti ſpacioſam fallere noctem
> Laſſaret viduas pendula tela manus.
> Quādo ego nō timui grauiora pericula veris?
> Res eſt ſolliciti plena timoris amor.

deſtituta. Tardos dies, qui longiores vr̄r abſētia tua. Nō ingt die et nocte ſollicitarer, ſi Paris Helenam non rapuiſſet, auget. n. πόθος a ipe. Nec mihi q̄rēti, πόθος a facto, vt procos falleret q̄tus telę die texuerat, tātundem ad lucernā nocte detrahebat. Pollicita erat ſe tunc viꝝ accepturam cū telā finiuiſſet. qua integeret Laertes ſenex, cum fatum ꝯtigiſſet, fallaciam dep̄hendit Antinous vnus ex ꝓcis ancilla referente, vt Home. auctor eſt. Fallere noctem hoc eſt nocte ꝓcos fallere. Pendula, in telario ad opus ꝯficiēdū πόθος.

Quando ego non timui. A corporis labore ad animi ſolicitudinem tranſit inſtans interrogando Ego, qui bellicos euentus ꝯſidero. Pericula grauiora veris. Maiora q̄ poſſint accidere. Res eſt ſollicitii. Sententia auget miſeriā Sunt (inquit) in amore ꝑpetuę ſolicitudines. Vn̄ apud Pla. amator adoleſcens. Quā miſer (inquit) eſt qui amat.

VBER. DVLTER, ideſt Paris, quem per irā ꝓprio nomine appellare non potuit, ſed per ꝯtumeliā adulterum dixit. Eſt enim adulter qui alienę cōmiſcetur vxori. Eſſet obrutus, eſſet opp̄ſſus et ſubmerſus. Aquis inſanis i. magnis vel turbidis et tempeſtuoſis, vtrunq; n. ſignificat, vt infra. Quid ſi neſcieris inſana quid ęquora poſſunt, et in Bucco. Inſani feriant ſine littora fluctus. Cum. i. q̄ſi, ſubauditur tunc. Petebat. i. ibat. Lacedęmona. i. ſpartam, nā vtroq; nomine dr̄. Eſt autem vrbis Laconię. Lacedęmon autem dicta eſt a lacedęmone filio Iouis et Taygetes, ex qua vrbe vt dictum eſt, paris Helenam abduxit. Sed lacedęmon tam pro regina q̄ ꝓ vrbe ponitur, vt Strabo ſcripſit ex auctoritate Home. Claſſe. i. multitudine nauiū inſtructarum, nam hoc ſignificat claſſis, licet ponitur interdū pro vna naue. Hora. Me vel extremos Numidarum in agros claſſe releget. Optat autē q̄ paris fuiſſet ſubmerſus, cum iret ad rapiendū Helenam, q̄ ſi Helena non fuiſſet abducta, nunq̄ gręci ad obſidionem Troię iuiſſent, et ipſa penelope non paſſa fuiſſet incommoda, quę infra ſe pati cōmemorat. in quo poeta optime exp̄mit affectum doloris muliebris, cuius eſt longe repetere ſuaꝝ infelicitatū initia, et cauſas, ſic Ariadne apd̄ Catul. Iuppiter omnipotens, vtinam nec tempore primo Gnoſia cecropię tetigiſſet littora puppes, & Dido apud Virgilium quarto Ęnei. Fęlix heu nimium foelix ſi littora tantum. Nunq̄ Dardanię tetigiſſent noſtra carinę. Item Ariadne in epiſtola

ad Theſeum. Viueret Androgeos vtinā &c. et Medeę ancilla apud Enniū. Vtinam ne in nemore pelio ſecuribus. Cęſę cecidiſſent abiegnę ad terras trabes. Neue inde nauis inchoandę exordium. Cępiſſet, quę nunc nominatur Argo &c. Hanc expoſitionum ponit Cice. in rheto. et oſ̄dit eā vitioſam eſſe oratoribus, q̄m nimis longe repetat initium poetis autē interdum ꝯceditur. Non ego incipit ea cōmemorare, q̄bus dicit ſe fuiſſe carituram ſi Paris fuiſſet ſubmerſus. Ego. s. Penelope. Non iacuiſſem. i. cubuiſſem. Frigida vel tenera frigida nō calefacta a marito, vel certe, q̄ magis placet, frigida i. ſola, nam frigere ſignificat ſolum eſſe, et ceſſare. Teren. Nimiꝝ hic homines frigent, ſicut ꝯ feruere frequentari. Virgi. Feruet opus et alibi. Cū littora feruere late, proſpiceres. Dicimus &c. ſolum hominum, qui non habet ſocium, et locū deſertum et non frequentatum Teren. Venit alicunde ex ſolo loco. Deſerto, ſcilicet a te qui debueras in eo mecum iacere. Nec quererer. i. non dolerem et lamentarer. Nec dies ire tardos. i. eē longos, et tarde finiri, vt mihi videtur, nam amātibus et oībus, qui ſunt in aliqua ſolicitudine fortunę, tēpora videnē tarde tranſire, et eſſe nimius longa. Virg. in Buc. Si mihi non hęc lux toto iam longior anno. et Hora. in primo epiſtolarum. Vt nox longa, quibus mentitur amica, dieſq; longa videtur opus debentibus. Querenti, conanti.

Fallere, decipere et pręterire aliquid faciendo et texendo, ne moleſtiam temporis ſentiam, quod tamen non poſſum aſſequi, quia labor texendi oū de tuo diſceſſu ſum anxia, laxat, et fatigat manus meas, quod non fieret, ſi tu adeſſes, omnis enim videtur labor mihi iucundus te pręſente. Dicitur autem falli vel decipi tempus, cum aliquid fit, quo ipſius temporis moleſtia non ſentiatur. Oui. in triſti. Non qui ſoletur, non q labentia tarde. Tempora, ſolando fallat, amicus adeſt. Pendula, quę pendet e ligno, quod inuoluitur, quod iugum dicitur. Oui. vi. meta. Tela iugo iuncta eſt,

Quando, quaſi dicat. Semper eſt enim pronunciandum interrogatiue. Pericula, ſcilicet de te.

Grauiora veris, ſcilicet periculis, ideſt maiora q̄ ea quę vere poſſunt tibi euenire. Res eſt ſoliciti, ſententia, exornatio rhetorica, et eſt quaſi deſcriptio amoris. Sollicit. am. i. inquieti.

NEC QVERERER, ideſt non conquerer ſine diphthongo. Tardos dies, quia deſideranti et optandi tardi videntur. Nec mihi quęrenti fallere ASCEN. ideſt occaſionem qua fallerem, ideſt mitius peragam ſpacioſam noctes, quę me ſua duratione opprimeret, niſi labore fallerem eam. Nam ocioſis ſub noctem cura recurſat. Tela pendula, ideſt ſuſpenſa, et declinatur, hęc tela telę.

In te fingebam violentos Troas ituros.,
Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram
Siue qs antilochū narrabat ab Hectore victum
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.
Siue menetiaden falſis cecidiſſe ſub armis,
Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos.
Sanguine tlepolemus Liciā tepefecerat haſtá,
Tlepolemi leto cura nouata mea eſt.

VOLS. IN TE fingebam.alo cōmētabar.exponit ſolicitudines cōmemoratione piculoꝝ. Noīe in hectoreo.Quotiēs Hector aliqd geſſiſſe dicebatur. Antilochū Neſtoris filiū,quē Quirinus poeta nō ab Hectore,ſed a Mēnone Auroręfilio interēptū ſcribit. Fuit ē alius antilochus Herculis filius.quem Paris trucidauit. Menetiadē, patroclū Menetij filiū,q cū Opūtē fratrē pueꝝ pemiſſet,ad Peleū fugit. Is Achilli filio ſcoū dedit in bello troiano. cūq; Achillis indutus armis pugnaret. Apollo in formas Aſildimantis filij īcitat hectorē ad pugnaꝫ, cui ɔgredietē Patroclū armis exuit pfractis fibulis.ē trucidandū obiecit,vt ſcribit Hom.Interea euphorbius pāthi filius patrocli hūeros telo ɔfixit,cūq; Patroclus vt fatum vitaret.ad ſuos ſe recipet,hector vtrunq; latus telo trāſegit,ſubripuiſſentq; troiani cadauer,niſi ad tutelam Menelaus abfuiſſet.Falſis,nō ſuis,ſed achillis.Succeſſu.optato euētu,dolui qꝫ optatis votum nō ſucceſſit.ſāguie tlepolemus. Phileus theſprotorū rex filiā habuit aſtyochen,ex qua Hercules filiū tlepolemū genuit,is cū in domo pſna lyciniū pris germanū trucidaſſet,veritus vltionē fugit. ē rhodi in ptē regni receptus ē.Vñ nauibus nouē I obſidionē troianā venit. Hunc Sarpedon lycioꝝ rex interemit.Lyciā,lycij Sarpedonis. Eſt nouata.Creuit ē aucta eſt,maxime fui ſolicita,cum lycij Sarpedonis haſta tlepolemum cecidiſſe percepi.

VBER. IN TE fingebā.Enumerat Penelope picula multa,ē āxios timores,qbus dicit ſe pp maritū ſuū,quē amat,affectā fuiſſe. Fingebā.Alo ęſtimabā,et vt ita dicā imagiabar.Troas.Troianos,accuſatiuus ē gręcus a nrō,tros,accūs ſingularis ē troa, a quo pluralis format p additionē.s.vt troas.Dicti āt ſūt troes a troe ericthonij filio Violētos.Fortes,vel potius feros et crudeles. In te.Cōtra te i.ad expugnādū. Erā palida noīe I hectoreo i.ſp timebā cū audiebā nomē Hectoris,q oīuꝫ troianoꝝ fortiſſimus dicebat,Palidus āt ponit p timido, qm̄ ex timore ſeqt pallor.Siue qs.Enumerat multos,quos audiuit ab Hectore īterfectos,ob quā cāꝫ dicit ſe valde timuiſſe,ne Vlyſſes ſuis aſtutijs poſſet ab eo euadere. Antilochus erat cā nr̄i timoris.i.erat cā.q̄re timerē,ſi qs narrabat ipm ſupatuꝫ ab Hectore. In quo aduertēdū eſt, qꝫ antilochus nō fuit tn̄ ab Hectore īterfectus,ls fortaſſe in ꝑlio interdū ab eo ſupatus. Nā fuit Neſtoris filius q Hectore iā mortuo a Mēnone auroręfilio īterfectus ē,cuius mortē Neſtor admodū ſenex ipacientiſſime tuliſſe dr̄,adeo vt q̄reret ſe nimis diu vixiſſe qꝛ filio fuiſſet ſupſtes. Propertius de Neſtore ſic īgt.Nō ille Antilochi vidiſſet corpus humari.Diceret aut o mors cur mihi ſera venis.Iuuena.Oro parūper attēdas q̄tū de legibus ipſe q̄rat Fatoꝝ,ē lōgo de flamine, cū videt acris. Antilochi barbā ardētē,nā querit ab oī, Quiſquis adeſt,ſocio,cur hęc in tpa duret.Quod facinus dignū tā lōgo admiſerit ęuo.Siue.Menętiaden. Sub audi ſiue aliqs narrabat. Menętiaden.i. Patroclū cecidiſſe,mortuū eſſe,ſub falſis armis non ſuis,ſed Achil.Hiſtoria autē hoc hꝫ,Patroclus filius Menętij filij Actoris ab Achille ſincere dilectus,cum achilles ob irā raptę ſibi Briſeidis nollet pugnare, eius armis indutus putās ſe territuꝝ troianos,q crederent ipſum eē Achillem,cus Hectore cōgredi auſus eſt,a quo ē ſupatus et īterfectus ē.cuius cędē tāq amiciſſimi achilles ita moleſte tulit,vt non poſſet gerere. tādē vt eū vlciſceret,reuerſus ad pugnā Hectorē interfecit, quē currui alligatū circa muros troianos raptauit.ē hęc ſatis ſunt ad hūc locū īntelligēdū.Patroclus īterdū a poetis dr̄ actorides ab auo.Ouid.fa.lib.I. Actoridem Peleus ipſum quoq; pelea phocī. Cęde per hęmonias ſoluit acaſius aquas. ē libro. xiij.meta. Reppulit actorides ſub imagine tutus achillis. Troas ab arſuris cum defenſore carinis,

Flebam.Flendo timebam. Dolos.aſtutias tuas. Poſſe,carere ſucceſſu.i.ne carerēt foelici euētu.i.ne vincerent viribus hoſtiū. Sāguie tlepolemus. Sic legēdus eſt textus,ē nō triptolemi. nā Tlepolemus de quo hic logt, filius fuit Herculis ex Aſtyoche, q̄ Rhodi regnauit,ē rhodioꝝ claſſeꝫ I auxiliū grecorū duxit aduerſus troiāos.vt Oui.xiij.me.O Rho. duct.pulcher.clas.Is a ſarpedōe Iouis et Laodomię filio q ex lycia venerat,īterēptus ē.ē iō dixit. Tepefecerat.i.calefecerat. Sanguine.s.ſuo,cum eſſet vulneratus. Haſtā lyciam.i.Sarpedonis lycij.Cura.timor ſolicitudo.Nouata,reintegrata.

ASCEN. QVAndo ego nō timui.Interrogatio figuratiua q̄ tūc locū hꝫ qn̄ affirmatiōi locus deeſt, ē ita negatiuā petit rñſionē,ſi tn̄ dat vt I Buc.Hęc eadē vt ſci.qd ñ faci.amyn?q.d Nihil ñ faciebat.ſed oīa faciebat,et h.O.ñ ego ñ timui.q.d.nūq̄ nō timui,qꝺ ē ſp timui,ꝫ plus efficit q̄ ſi diceret ſp timui. Res ē ſo.Prouerbiū ē Vio.Troas corripit,qꝛ accuſatiuus gręcus, Noīe I Hect. qꝛ tāti nois fuit Hector apud gręcos,vt oēs a facie eius fugerēt pter achillē,qꝺ et Ho.I laudē ē gloriā achillis aſſerit. Siue qs antilochū.Narrat facinora hectoris,ob q̄ I eius nōie pal luerit. Falſis ar.i.qbus ſe achillē ſimulabat. Cū.n. ob raptā Briſeida achilles iratus Agamēnoni I troiāos armari nollet,ē oēs gręci a facie hectoris fugerēt, patroclus ſocius, achillis īdutus armis eius I occurſuꝫ vēit ei,ē tādē occiſus ē,eius arma īdutus hector ciuitatē īgredit.Vñ ęn.ii.Hei mihi q̄lis erat ē q̄tū mutatus ab illo hectore,q redit exuuias īdutus achillis? Lyciā haſtā,quā Sarpedō lycius īferebat,qui vir ingens fuit.Vñ ęnei.primo.Sęuus vbi ęac.telo iacet hector,vbi inge.Sarpedon etc.

Deniq; quiſqs erat caſtris iugulatus Achiuis,
  Frigidius glacie pectus amantis erat.
Sed bene conſuluit caſto deus ęquus amori,
  Verſa eſt in cineres ſoſpite Troia viro.
Argolici,rediere duces,altaria fumant,
  Ponitur ad patrios barbara prȩda deos.
Grata ferũt nymphę pro ſaluis dona maritis,
  Illi victa ſuis troica facta canunt.

VOLS. DENIQVE Quiſqs erat. Colligit ſe maxime ſolicitari ad oẽm alioꝝ piculũ. iugulatus.Vulneratus,et extinctus.iugulũ colli iuncturas dicimus, vnde iugulare iugulũ ſoluere. Caſtris achi.Inter grecos milites. Pectus.Cor qđ intra pectus continet. Amantis.Penelopes. Erat frigi. gla. timore frigeſcebat, frigeſcimus timore, et cor exilit, vñ Plautinus ſenex in aulula, cuꝫ maxime timeret ait tẽ ludicrã ingt, cor ſibi exerere. Sed be. cõ.Locus ab auctoritate deoꝝ,ait illis cure fuiſſe,qđ optabat Deus. Aut ad Hymeneũ, aut cupidinẽ referas, ſed de Hymenęo placet. Amori co.ↄiugali. Verſa eſt in ci. Plus eſt q̄ ſi exuſta eſt dixiſſet. Soſpite viro. Vly.id.n.potuit ex Telemacho ſcire,qui eadẽ ex Neſtore, et Menelao audierat. Argolici re.du.Exemplo firmat ſuſpitiones,alij rediere,tu ſolus ceſſas. Duces Vt Neſtor,et Agamẽnõ,et Menelaus. Altaria fumant. Sacris,ſuſcepto voto pfectis. Barbara pda ſpolia phrygum et aſianoꝝ,qui barbari ſunt. Ad deos patrios,in tẽplis deoꝝ,et laribus penduntur, vt veteres facere ↄſueuerũt,qui poſtibus tẽploꝝ arma ſuſpendebant. Grata fe.Aliaꝝ fortunã commendat,quaꝝ mariti redierunt,vt iuſtior ſit eius q̄rela. Alię dijs vota pſoluunt p maritis ſaluis,mihi ppetua q̄rela relicta ẽ. Nymphę,heroides,puellę grecę. Illi,q redierũt greci. Canũt.Narrãt. Troica facta,quę ad Troiã geſta ſunt.alij fata legunt.

VBER. DENIQVE.Tãdẽ et finaliter qſqs.i.qcũq; ſiue fortis,ſiue ignauus. Iugulatus,interfectus.Nã iugulus eſt pars colli ſupra pectus,vbi locus eſt ad hoĩem interficiẽdũ aptus,ide iugulare dr̄. Caſtris achi. i.in exercitu gręc. Amãtis.s.mei Penelopes. Erat fri.gla.Nã ꝑprie hoĩes frigidi fiũt. Virg.i.ęnei.Extẽplo ęneę ſoluũ.frig. mẽbra. qđ aũt dixit, frigidius gla.hyꝑbole ẽ figura.i.ſuplatiuo, nã hec oro eſt ſupra veꝝ. Sed deus ęquus.i.iuſtus,q pios et iuſtos nũq̄ derelinqt. Bñ ↄſuluit.i.bñ ꝓuidit. Amori.s.meo. Caſto,pudico,q̄ ſemp tibi ſeruaui fidẽ. Verſa eſt. Ecce q̃o bñ ↄſuluit, q̄ in tãtis periculis belli vir meus Vlyſſes icolumis remãſit,et Troia euerſa eſt.Verſa eſt in ci.i.icẽſa,nã qđ icendio ↄſumiť, in cineres vertiť.Viro,marito.s.meo. Soſpite,icolumi. Argolici.Nũc pgit penelope cõmemorare ẽ ꝓbare ab eqtate,qđ Vlyſſes debeat domũ reuerti, q̄ oẽs alij duces reuerſi ↄſolãť vxores ſuas, cũ ipſe ſolus vt diximus,maritali dſit offõ. Duces,a ducẽdo dicti q pař exercitus regũt. Argolici,gręci. Rediere.s.domũ ſuã,vel in priã. Altaria fumant. i.incẽſa ſunt ad faciẽda ſacra diis.Oui. lib.ij.faſto. Idibus Auguſti fumãt altaria fauni.Solebãt.n.antiq̃ i aris thura et ceſas victimas cõburere. vñ illa ſacra holocauſta q̄ſi cõbuſta dicebanť. Pręda qcquid aliunde rapiť, pda dr̄. Barbara.i,Troiana,nã primũ Romani reꝝ potirenť,gręci oẽs pter ſe barbaros appellabãt,poſtea vero latinis,gręcisq; exceptis,barbari oẽs dicti ſunt. Poniť.s.a victoribus, q̄ ſolebãt hoſtilia ſpolia templis deoꝝ affigi a victoribus.Virg.lib.iij. ęnei. Ere cauo clipeũ magni geſtamen.Abãtis.Poſtibus aduerſis figo, et rẽ carmine ſigno. Deos patrios, qui coluntť in patria, q̄ q̃ibet natio habuit ſuos deos. Nymphę, intertidum gręce dnr ſpõſę,hic p mulieribus puellis ponunť. Dona gra.s. ipſis puellis,q̄ libenter ea offerunt p maritis ſaluis .i. incolumibus. Teren.Saluũ te venire gaudeo. Illi.s.mariti. Canunt,cum letitia narrant. Suis,melius iungitur cum victa,vt ſit datiuus et ſenſus,victa ſuis,id eſt grecis. Troica facta. Notandum eſt legendum eſſe fatam,non autem facta,quod enim ſignificat facta Troica eſſe victa,ſed fata victa ſunt quibus defenſio Troianoꝝ conſiſtebat,quę cum diu gręcos fatigaſſent,et ab ea expugnanda vrbe repellerent,tandem inſidijs Sinonis victa ſunt equo ligneo armatis viris pleno in vrbem introducto.Fata autem, non facta legendum eſſe vel illo.Virg.loco maxime percipitur.ij ęnei.Fracti bello,fatisq; repulſi.Ductores Danaum.Fata autem hęc Troianorum dicunť fuiſſe.Vita Troili. Conſeruatio Palladij.i ſimulachri palladis,quod Troiani habebanť in vrbe, et vt ſepulchrum Laomedontis,quod erat in porta ſcęa ſeruaretur integrum, et vt equi Rheſi, de quibus inferius dicitur,poſſent a troianis recipi. Hęc oia fata vicerunt gręci.Nam Achilles Troilum ſecuꝫ congreſſum interfecit.Palladium vero ab Vlyſſe et Diomede clam noctu vrbem ingreſſis cęſis arcis cuſtodibus exportatum eſt. Equi theſi, vt infra videbiť,ab Vlyſſe et Diomede adducti ſunt,vt Vir. inquit.Primũ pabula guſtaſſent Troię,Xanthũq; bibiſſent.Porta vero ſcęa diruta eſt ab ipſis Troianis,vt equus introduceretur, et ita fata Troiana victa ſunt,et de his nunc eſt intelligendum.

ASCEN. SED BENE &c.Sed iſta inquit non ſunt iam timenda,cum parta ſit victoria, ob quam nymphę, id eſt ſponsę maritos recipientes dijs vota perſoluunt, facit autem digreſſionem , qua recitat ea,quę a maritis receptis narrantur de ſitu et excidio Troię. Illic ęacides,&c.Vir. ęnei.ij.Hic dolopum manus hic ſęuus tendebat Achilles . Tendebat, ſcilicet tentoria ſua et caſtra metatus eſt.

Pingit et exiguo pergama tota mero . Iam picturis et declamatio ex contrarijs per antitheſum videlicet, nam tota pergama magna nimirum fuerunt,vnde contrarium eſt,exiguo mero. Pingit autem fundendo modicum vini ſuper tabulam ſeu menſam,quo deducto per digitum oſtẽdit formam et ſitum Troię.

Mirantur iuſtiq; ſenes,trepidęq; puellę,
Narrantis coniunx pendet ab ore viri.
Atq; aliquis poſita monſtrat fera ꝓlia menſa,
Pingit & exiguo pergama tota mero.
Hac ibat Simois,hic eſt ſigeia tellus,
Hic ſteterat Priami Regia celſa ſenis.
Illic ęacides, illic tendebat Vlyſſes,
Hic lacer amiſſos terruit Hector equos.

VOLS. SEnes. Iuſti ſeueri & graues,epitheton eſt nam ſingulis ſuas denominationes addidit. Senes iuſti.Et puellę trepidę. Pendet.Intenta eſt. Monſtrat.ſignat. Pergama.Troianę vrbis ſitum. Hac ibat.Anaphora vtitur. nam is paululum declinet,eandem tñ dictionem repetit. Simois.Fluuius troianus cum ſcamandro iungit, & loca paluſtria efficit. Tellus ſigeia, campũ ſigeus troię promontoriũ, vrbs in eo diruta cernit, illic et nauale & achiuorum eſt portus,vt Stra.dicit,illic etiam tumulus achil. patrocli.et antilochi cõſtitutus eſt, qbus illẽſes quotãnis ſacrificant. Regia celſa.Sųpba Priami domus quę erat in arce, paululum aũt diſtabant Paridis ędes,vt Home.tradit. Æacides, achil. ęaci nepos et pelei filius, vt dicemus alibi. Hic ala.mi.terruit Hector equos. Alij tractũ ad Hectorẽ hoc referũt vt diſtractus Hector achillis equos terruerit.Et lacer admiſſos legunt.qm̃ in ꝯſolatiõe ad Liuiam Druſillã dicat. Hoc erat Andromache cum vir religatus ad Axem. Terruit, admiſſos ſanguinolẽtus equos.Ad mihi ꝓbabilius eſt,vt ab Home.ſnĩa nõ diſcedamus, cũ quo ꝯgruere videmur,ſi legamus. Hic alacer, Hector patrocli morte gloriabũdus et gaudens. Terruit, ꝯſternauit. Equos achil.Xãthum,et baliũ quos genuit equarum,velociſſima podarge ex zephyro, cum ad oceanum verno prato paſceret. Miſſos ab automedonte diorei filio achillis auriga multis ſtimulis ꝯcitatos,nam vt Home.xvij. Iliad. ſcribit, achillis equos cũ primũ ab hectore ꝓſtratũ Patroclũ ſenſeriit,diſcurrere et fremere cępiſſe, et is ab automedõte verbere et adulatiõibus tñ ardiũ ſtimularent, illos neq; ad naues, neq; Helleſpõtũ verſus referre pedẽ,neq; rurſus ī ꝓliũ ire voluiſſe,ſz tãq̃ collũnã ī aliculus monumẽto nixã īmotos ꝯſtitiſſe, et admotis alternati capitibus multis lachrymis ꝯploraſſe.

VCER. IVSTI Senes.Epitethon cõueniens illi ętati. Oui. libro.vij. metamor.Dicite iuſte ſenes, et foemina ꝯiuge iuſto.Digna,quid optetis.et libro.iiij. Faſto. Flent pariter molles animis,virgoq; ſenesq;.E quibus hec iuſti verba fuere ſenis. Trepidę.Naturaliter timidę. Pendet,attente audit, cum.n.aliquem attẽte audimus,ita eum aſpicimus, vt ex eius ore pendere videamur.Virg. de Didone. Pendetq; iterũ narrãtis ab ore. Atq; aliquis. Oſtendit Penelope q varia rerum narratione greci domũ reuerſi detineant vxores ſuas. Mõſtrat.Oſtendit q̃ſi ad oculũ. Fera prę.i.pugnas geſtas inter grecos et Troianos. Pingit.Deſcribit. Exiguo mero. Sic.n.in menſa ſolent multa depingi,q̃ ad oculũ demonſtrare volumus,vt infra Helena ad Paridem. Orbe quoq; impreſſe legi ſub nomine noſtro. Quod deducta mero littera fecit amo. et in .i. amorum. Verba leges digitis. Verba notata mero. Idem in ij amorum.Non oculis tacuere tuis. conſcriptaq; vino menſa. Hac ibat. δεικτικῶς .i.demonſtratiue ponitur. Simois fluuius ex Ida monte deſfluens iuxta ilium bñs, non longe a ſigeo Xantho cõmixtus facta palude in mare ingredit,genitiuus facit ſimoẽtis. Tellus ſigea.i.ꝓmontorius ſigeus nobilitatũ ſepulchro achillis, ſicut rhetiũ ſepulchro aiacis telamonij. Steter. fuerat erecta erat. Regia.i. aula, et ſubſtantiuum eſt. Illic.i.alio loco,ita enim iſta narrãtur, quaſi loca ſint ante oculos. Æacides. Achilles nepos ęaci, patronymicum ab auo, nam Æacus Iouis et Æginę filius genuit .Peleũ patrem Achil. Tendebat,tentoria militaria habebat.Dicitur aũt a tendendo,q extentis velis fiebat.Demonſtrant aũt achil. tentoria nõ ſine cã.q.d.vbi Priamus ſupplex fuit ei,et corpus Hector.ad ſepulturã redemit. Hic male legitur. Hic alacer miſſos terruit hector equos.nã hęc ſnĩa nulla rõne,aut hiſtorię teſtimonio poteſt cõprobari.,nec eſt veriſimile q greci vxoribus ſuis in bellũ geſta narrantes laudaſſent hectora hoſtẽ, aut appellaſſent ipm alacrẽ et de eqs territis ab hectore dũ viueret, nulla vſq̃ fit mentio,nã qᵒ qdã dicũt de eqs Rheſi quõ ꝯuenit,cũ Rheſus in auxiliũ troianoꝝ veniſſet, ꝓterea in codice meo vetuſtiſſimo hic lacer ſcriptũ reperie,et multis oſtendi,et adhuc oñdere poſſum.Legendũ eſt igitur. Hic lacer amiſſos terruit hector equos.ꝯſtat.n. hectora circa muros troianos eqs raptatũ fuiſſe. Vir.li.ij.ęnei.Ecce añ oculos meſtiſſimus hector.Viſus adeſſe mihi,largoſq; effundere fletus.Raptatus bigis vt quõdã, aterq; cruẽto Puluere &c.et idẽ lib.i.Ter circũ iliacos raptauerat hectora muros.Dũ igit traherẽt hector, equi aſpectu cruẽtati cadaueris territi ſunt, hoc oñdit ipſe Oui. in ꝯſolatiõe ad Liuiã de morte Druſi his verbis. Hoc fuit Andromache, cũ vir religatus ad axes. Terruit amiſſos ſanguinolentus equos, ergo volens nũc aliqs ex gręcis illũ locũ vxori ſuę añ oculos ponere dicebat. Hic,hoc loco quẽ deſignabat in mẽſa. Hector lacer.i.vulneribus ꝯfoſſus et dilaceratus,vt Vir.Vulneraq; illa gerens,q̃ circũ plurima muros.Accepit patrios. Terruit eqs amiſſos.i.liberos et celeres,nã amitto cõponit ex a dictione ſepatiua et mitto,inde amiſſus dr̃ quaſi dimiſſus et liber,,et iõ celer. Oui. Et celer amiſſis labitur annis aqs.et li.iiij. faſto. Hanc quondã Cytherea diem ꝓperantius ire.iuſſit,et amiſſos ꝓcipitauit equos,ergo nullo modo legatur admiſſos.

SIMOIS. Nomen fluuij troiani declinat hic ſimois huius ſimoẽtis vel ſimoẽtos, huic ſimoẽti, hũc ſimoẽta.Vir.ęnei.primo Geruit ſimoẽtis ad vndã,ſed nõiatiuo ſimois Seruius ſimoẽtis deducit. ASCEN.

Omnia, nanq; tuo ſenior te querere miſſo
Rettulerat nato Neſtor, at ille mihi.
Rettulit & ferro Rheſumq; Dolonaq; ceſos,
Vtq; ſit hic ſomno proditus, ille dolo
Auſus es o nimium nimiumq; oblite tuorum,
Thracia nocturno tangere caſtra dolo.

A SCEN. Ænides, Ideſt Meleager filius Ænei. Verſus, immutatus et inductus contra propoſitum ſuum. Ad arma,quę propter indignationem accipere recuſabat. Res,ideſt caſus Meleagri. Nota eſt tibi,quia in gręcię partibus geſta eſt. Parens, althea mater Meleagri. Orba,priuata fratribus,ſcilicet Plexippo et Toxeo interfectis a Meleagro filio ſuo. Deuouit,Ecce poeta oſtendit quod ſupra diximus,Altheam non dediſſe mortem filio per torrem igni conſumptum,ſed eum execratam fuiſſe, nam deuouere eſt execrari, vt ſupra diximus illo loco Theſea deuoui, quia te &c. vnde deuotiones appellabantur execrationes.Ergo deuouit,ideſt execrata eſt et imprecata, vt male accideret filio Meleagro.et cito moreretur, nam hoc ſignificat deuouere ſpem et vitam. Ille, Meleager. Ferox, fortis. Seceſſit ab armis,vt ſupra diximus, indignatus propter execrationes matris. Poſitis,ideſt depoſitis,aphęreſis eſt patrię Calydoni, quę ab hoſtibus oppugnabatur. Rigida, dura et pertinaci. Sola coniunx, ſcilicet cleopatra eius vxor, vt diximus. Flexit,mutauit eum a propoſito, et impulit, vt arma acciperet pro defendenda patria.

Illa vxor, Meleagri fęlicior quam ego.

Cadunt,in vanum effunduntur.

Pro nullo pondere, ideſt ſine effectu.

Nec tñ indignor, nec me pro cõiugē geſſi,
Sępius in domini ſerua uocata torum.
Me q̄ dā memini dominā captiua uocabat,
Seruitio dixi nominis addis onus,
Per tñ oſſa uiri ſubito male tecta ſepulchro,
Semper iudiciis oſſa uerenda meis,
Perq; triū fortes aīas, mea numina, fratrū,
Qui bene pro patria cum patriaq; iacēt,
Perq; tuū, noſtrūq; caput, qđ iunximus una,
Perq; tuos enſes, cognita tela meis.
Nulla mycenęum ſociaſſe cubilia mecum;
Iuro, fallentem deſeruiſſe uelis,
Si tibi nunc dicam fortiſsime, tu quoq; iura
Nulla tibi ſine me gaudia facta, neges.
At danai mœrere putant. tibi plectra mouent.
Te tenet in tepido mollis amica ſinu.
Et ſiquis quęrat quare pugnare recuſes?
Pugna nocet. citharę, noxq;, Venuſq; iuuāt.
Tutius eſt iacuiſſe toro, tenuiſſe puellam,
Threiciam digitis increpuiſſe lyram.
Quā manibus clypeos. et acutę cuſpidis haſtā,
Et galeam preſſa ſuſtinuiſſe coma.

VOLS. NEC indignor, ſi te non moueo. Nec me pro coniuge geſſi, non tamē mihi arrogaui, vt me tibi vxorem crediderim, vel ſeruę partes impleui. Do minam, a nomine locus eſt, quo oſtēdit ſibi ad no men non cõuenire, cum eſſet ſerua. Euripides ſecus in Venerem hoc vtitur in Hecuba, cum ait. Recte ti bi nomen inditum eſt, cum dea ſis amē tię pręfecta. Per ta men oſſa viri, adiu ratione impudicitię ſuſpitionem delet. Vi ri, mariti. Male te cta ſepulchro. Naȝ in excidio Lyrneſſi ſepe liendi viri non da ta eſt opportunitas. perq; trium fortes animas fratres tris intelligit quos truci daſſe achillem dixi mus. cognita tela, q̄m illi ceciderunt. Mycenęum, agamē nonem ſignat, q apđ Home mactato vere cum cõciliaretur cuȝ achille iuraſſe inta ctam Hippodamiaȝ re[illegible]. Talthybius inſluentū Verrē pie cit. Fallentem, ſi te in hoc decipio, me re linquas. Si ti. n. d. hac ſciſcitatione de monſtrat vale nō p poni bellatori, nec ita ob amorē a bello ceſſare, ſed vt vitentur pericula. Fortis, non ſine inuidia hoc adiecit. Gaud. fa. ne. non negabis te voluptatibus poſt meū diſceſſum incubuiſſe. Mol a Diomedē phorbantis filiā ſigni ficare videtur, qua cum delectare cõſueuiſſe achillez, ablata a ſe Hippodamia ſcđ Home. Citharę, qbus a Chyrone inſtructus eſt. Vox, cātibus. Tenuiſſe puellam, cum Diomede oblectari. Threiciā lyraȝ, qualē in Thracia Orpheum perſonaſſe tradūt, quā et Mercurio in Cyllene monte arcadię inuentam illi muſas tradidiſſe ſcribit Eratoſthenes.

VBER. NEC Geſſi me pro cõiuge, non fui apud te vt con iunx. Pro cõiu. i. loco cõiugis. Nam pro interdum ſi gnificat ſcđm vt nunc te marmoreū pro tpe feci mus, interdum ſignificat loco, vt hic, interdum ad fauorem refertur, vt egi cām pro te. i. in fauorē tui. Martialis. Incipient oēs pro Cicerone loqui. i. in fa uorem Ciceronis, licet poſſit etiam accipi loco cic. quē Antonius interfecerat. Sępius vocata ſerua in torum domini. i. quę ſępe nomine ſeruę vocata ſum, vt in torum tuum venirem. Dixi, illi, captiuę, quę vocabat me dñam. Addis onus ſeruitio. i. ſeruitutem meā magis aggrauas, cum vocas me honorifico nomine dominę, cum ſerua ſim. Per tamen, ne fortaſſe achilles eam reſpueret, q: intimā dum fuit cum agamemnone cum eo concubuiſ ſet, affirmat multis iuramentis ſe nunq̄ tactam fuiſſe ab agamemnone. Ordo eſt, tamen iuro per oſſa male tecta. Semiſepulta, quia vt ſupra dixi mus, in euerſionibus vrbium non poſſunt corpo ra commode ſepeliri. Subito effoſſaȝ tantummodo terra. Verenda, honoran da, et ita commen dat ſe ab amore con iugali. Perq; triuȝ, ſupple iuro triuȝ fra trum, quod ſupra di ximus. Vidi cõſor tes pariter, generisq; &c. Bene, nam ho neſtum et laudabile eſt pro patria mori. Cum patria, quę et ipſa euerſa eſt, vt ſu pra, diruta marte tuo &c. Perq; tuum caput. Mos grecorū iurare per alienum caput. Iuuenalis. Nō dum grecis iurare pa ratus, per caput alte rius. Vna. i. ſimul aduerbium eſt. Te la cognita meis, qa bis cognitus illis, et fra tres, et virum meuȝ occidiſti. Mycenęū, ideſt agamēnona, ſic dictuȝ a Mycęnis vr be, cui imperabat. ſic Virgilius de eo Ipſe Mycenę us magnorum ductor achiuum &c. Sociaſſe me cum nulla cubilia, ideſt nunquam mecum concu buiſſe. Fallentem, ſcilicet me deſeruiſſe velis, ideſt me deſeras, et nunq̄ recipias, ſi te fallo. Si tibi, hoc dicit Briſeis, ego quidem poſtq̄ a te abducta ſum, fui intacta, et a nullo viro cognita ſed tu ſi iura re cogaris, ſine me nulla fuiſſe tibi gaudia et volu ptates libidinis cum alia muliere. Neges. i. negabis, quaſi diceret, non merere angi dolere ꝓpter me a te abductam. Tibi plectra mouent. i. tu citharę in dulges, nam plectrū eſt, quo corda tangit, interdum pro tota cithara ponit. Mollis, tenera et blanda. Sinu, gremio. i. in amplexu. Et ſiqs q̄rat. i. et aliqs dubitat, quare recuſes pugnare, cum iam ſatis cõ ſtet quod non recuſat pugnaȝ ob iram, vt oſtēdit, q: ego fuerim tibi rapta, ſed q: indulges Veneri.

TEXTUS aū: dilucidus ē, nec explanationis egens. ASCEN. Perq; tuū nſmq; caput, tractū eſt a grecis. Vñ Iu. ſaty vi. Grecis necdū iur. pa. p caput alterius. Mitti .m. ſuadet ſe apud Achillem poſſe pluſq̄ tres illi le gati aiax teucri frater, ſed ex diuiſa matre Phœnix & Vlyſſes. Simile fecit apud Ro. mř Coriolani, q̄ ſola ipſum flexit, qđ poetę vſurpāt, nā Briſeidi. notum erat

Sed tibi pro tutis inſignia facta placebant,
Partaq; bellando gloria dulcis erat.
An tantũ, dum me caperes, fera bella pbabas?
Cumq; mea patria laus tua victa iacet?
Dij melius validoq;, precor, vibrata lacerto,
Tranſeat hectoreum pelias haſta latus.
Mittite me danai, dominum legata rogabo,
Mixta q; mandatis oſcula multa feram.
Plus ego q̃ phenix, plusq̃ facundus Vlyſſes,
Plus ego q̃ Teucri (credite) frater agam.
Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis,
Preſentesq; oculos admonuiſſe ſinu.
Sis licet immitis, matrisq; ferocior vndis,
Vt taceam, lachrymis comminuere meis
Nunc quoq; (ſic oẽs peleus pr̃ impleat annos,
Sic eat auſpicijs pirrhus ad arma tuis,)

VOLS. SIT TIBI Pro tutis, a tempore auget amplificationem. Pro tutis, pro periculorum exitatione. Gloria dulcis, nihil putabas glorioſius q̃ bello vincere, iacet, victa, extincta eſt. Dij melius, conſulant, ſcilicet q̃ meum omen exciderit. Pelias haſta, peculiaris Achillis haſta. Adiectio eſt apud Home. quę tãta magnitudine fuit, vt patroclus cum cętera arma ſumeret, haſtam ſuo pondere reliquit. Peleus achillis pater haſta valuit, qui apud Calum Balbum cum cęteris inſtrui achille apud Chironem cœpit. Tum noſtram (inquit) feſtinet ad haſtam. Me, ad achillem legatam. Teucri frater. aiacem intelligit, q̃ vnus fuit ex legatis ad achillem. Agam, mea oratione faciam. Immitis, difficilior. Vndis matris, marinis fluctibus, q̃ nulla audiunt vota. Thetis, achillis mater eſt, maris nympha. Comminuere, ferociam depones, mitigabis auſteritatem. Nunc quoq; ſic omnes, colligit ab amplificatione, primumq; commiſerationem mouet ab obſecratione, quam plurimum valere ad mouendos eos, apud quos dicimus ſcribit Fabius. Impleat annos, niſi matura morte non extinguatur. Pirrhus, filius achillis ex deidamia Lycomedis regis Scyriorum filia. Tuis auſpitijs, tuo ductu et imperio.

SI TIBI. eſt quaſi quędam obiectio ad ea, quę
VBER. achilles dicere poſſet, quod magis ſplendore rerum geſtarum delectarum ſit q̃ ocio et tuta vita. dicit ergo Briſeis. Si facta inſignia, ideſt ſplendida ſcilicet in bello. Pro tutis, ideſt loco tutorum et ocij. Et ſi gloria parta, ideſt quęſita. Bellando, pugnando, ẽ te periculis obiciendo. Erat dulcis, ideſt erat tibi iocunda. An probabas, ideſt an laudabas. Dum raperes me, ideſt dum patriã meam euertebas. et me rapiebas. Cumq; mea patria. i. an voluiſti laudem tuam iacere, et ſepultam eſſe poſtq̃ patriam meaz euertiſti. Dij melius. s. velint. q. d. ita non ſit. Validoq; precor. i. vtinam potius haſta tua interficiat Hectorem. Pelias. i. Theſſalica a Pelio monte Theſſalię, non autem a Peleo patre achillis eſt deductum deriuatiuũ, tu iz in eo monte inciſa dicit. ipſe in primo de remedio. Vulnus achilleo, quę quondam fecerit hoſti. Vulneris auxilium pelias haſta tulit. Notandum aũt eſt haſtam achillis ex fraxino fuiſſe, vt teſtatur Plinius lib. xvi. et Strabo lib. x quã Homero teſte ſolus achilles concutere, et tractare nouerat. Mittite me, conuertit ſermonem ad grecos, oſtendens, q̃ ſi ipſa miſſa fuerit ad Achillem, magis poterit eum ſua pſentia ẽ memoria ſolitę cõſuetudinis mouere, q̃ omnes alij magna eloquentia. Oſcula mixta mandatis, ideſt pręter preces oſculabor eum. Plus agam, ſcilicet in perſuadendo Achilli oſculando eum, q̃ phenix eloquenter dicendo, ẽ q̃ Vlyſſes. Et plus q̃ frater teucri, ideſt q̃ aiax Thelamonis, patruelis achillis, vt ſupra dictum eſt. Eſt aliquid, quaſi dicat plurimum poteſt. Solitis, aſſuetis. Admonuiſſe, ideſt reducere in memoriam oculos achillis. Sinu, ideſt pectore meo ei patefacto. Sis licet, nunc loquitur ad achillem. Licet, quamuis. Sis immitis, ideſt immanſuetus, Vndis matris. i. aquis maris, nã Thetis mater achillis dea eſt maris. Vt, ideſt quamuis. Taceam, ideſt nihil tibi dicam.

Comminuere, ideſt frangeris, et flecteris.

Lachrymis mei s, ideſt meo fletu.

Nunc quoq;, adiurat ipſum achillem Briſeis, vt ſui miſereatur. Ordo eſt. O fortis achille nunc quoque reſpice etc. reliqua dicta ſunt per parentheſis. Nunc quoq;, ſcilicet cum non ſum ad te miſſa. Sic adiurantis eſt particula Virgilius in buccolicis. Sic tibi cum fluctus ſubter labere ſicanos. Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Omnes annos, ſcilicet a natura ſibi debitos.

Tuis auſpicijs, tua fœlicitate.

Eſt victor, ſicut tu ſemper fuiſti.

EST ALIQVID, hęc particula pro excellentia ponitur, vt apud Iuuena. Eſt aliquid ſeſe vnius ASCEN. dominum feciſſe lacertę Et apud Perſium. Seſe aliquem credens italo q̃ honore ſupinus, fregerit heminas etc. Et apud diuum Paulum. Qui videbantur eſſe aliquid.

Admonuiſſe, ideſt caſtigaſſe oculos vagos.

Comminuere, penultima longa, futurum indicatiui verbi paſſiui, ideſt mitigaberis.

Sic omnes, ſic aptiſſima precationibus particula. Virgilius in buccolicis. Sic tibi cum fluctus ſubter labere ſicanos. Horatius primo carmi. Sic te diua potens cypri, et cętera.

Tuis auſpicijs, ideſt tua dexteritate et fœlicitate. Quia enim nihil ſine auſpicio factitabant priſci, nec quicquam contra auſpicij ſententiam, quę vero auſpicato ſiebant, proſpere ſuccedebant, ideo auſpicium accipitur pro fœlici inchoatione, et auſpicari pro fœliciter inchoare, vt diximus.

Reſpice ſollicitam Briſeida fortis Achille?
Nec miſeram lenta ferreus vre mora.
At ſi verſus amor tuus eſt in tedia noſtri,
Quam ſine te cogis viuere coge mori.
Vtq; facis, coges, abijt corpusq; colorq;,
Suſtinet hoc animi ſpes tamen vna tui.
Qua ſi deſtituar, repetam fratresq; virumq;,
Nec tibi magnificum foemina iuſſa mori.
Cur autem iubeas? ſtricto pete corpora ferro,
Eſt mihi, qui foſſo pectore ſanguis eat.
Me petat ille tuus, qui ſi dea paſſa fuiſſet,
Enſis in atride pectus iturus erat.
At potius ſerues noſtram, tua munera, vitam
Quod dederas hoſti victor. amica rogo
Perdere quos melius poſſis neptunia prębent
Pergama. materiam cędis ab hoſte pete.
Me modo, ſiue paras impellere remige claſſem,
Siue manes, domini more venire iube

VOLS. RESPICE Sollici, moueat te mea ſollicitudo. In tedia noſtri, hoc eſt ſi me odio habuiſti quem amaueras. Coge mori, interimas me antequam a te ſeparer. Vtq; facis, locus eſt, a quo demonſtratur quid futurum ſit, ſi neglecta fuerit.

Coges ad interitum. Corpusq; colorq;. Corporis habitudo.

Hoc animi, vitam meam ſola ſpes fouet. Nec erit magnificum, ſed nefarium et crudele.

Cur autem iubeas, conſultat quid in magnis malis ſibi tollerabilius videatur cum meam inquit necem differs. Pete pectore. tuo enſe me trucida.

Si dea paſſa, palladem ſignificat, quę Achilli obſtitit. vt Homerus ſcribit. Cum ſtricto enſe in Agamemnonem ferretur. In pectus atridę Agamemnonis, qui cum pliſtenus filius fuerit, vt ab Attreo patruo denominatur, a quo educatus eſt pliſtene mortuo. At potius noſtram, ſuaſio a meliori. Quod dederas hoſti, dum eſſes mihi hoſtis vitam conceſſiſti, eandem amica exigo, et a conſequentibus arguo.

Neptunia, quę neptunus fabricauit. Materiam cędis. Si cupis habere quos perdas, in troianos arma ſumas. Me modo, non differas, ſed nunc iubeas me veluti ſeruam non vxorem venire, et ad te deduci. Siue manes, in caſtris gręcorum.

Siue paras impellere claſſem remige, ſiue in patriam nauigare conſtituiſti.

VBER. RESPICE Verbum miſericordię, vt ſupra dictum eſt. Sollicitam anxiam, plenam curarum. Ferreus, ſcilicet tu. Vre, ideſt crucia. Lenta mora, ſcilicet recipiendi me. At ſi verſus amor tuus eſt in tedia noſtri, legitur etiam aut, et melius verſus mutatus. Quam ſubaudi me. Vtq; fac, qui pergis omnia facere, quę me ad mortem poſſit adducere. Corpus abijt, ideſt habitudo corporis, quia tota facta ſum macilenta. Color abijt, quia effecta ſum pallida. Vna ideſt ſola.

Spes animi tamen, quam habeo de animo tuo vt mutetur. Hoc ſcilicet corpus. Qua ſcilicet ſpe. Repetam, quaſi dicat non qui a te occiſi ſunt. Iuſſa coacta. Nec magnificum, ideſt res magnifica, ſcilicet eſt. Cur autem iubeas, cum ſcilicet tu hoc efficere poſſis. Pete, ideſt percute.

Corpora, ideſt corpus meum. Fero enſe meto-nymia. Stricto, nudo, vt ſibi ſtrictum tenet altera ferrum. Foſſo, percuſſo perforato.

Me petat, ideſt feriat, eſt autem conceſſio, quę non modo magis prohibet, verum etiam miſericordiam comparat. Ordo eſt. Ille tuus enſis, qui erat iturus in pectus atridę ſi dea fuiſſet paſſa. petat me. Tangit autem quod ſcribit Homer. in primo Iliados. Achillem iratum, Agamemnoni poſt multa in eum effuſa conuicia voluiſſe eum interimere, ſed cum enſem nudaret Pallas ſuperueniens manum eius continuit, eumq; corripiens facinus prohibuit. In pectus atridę, ideſt Agamemnonis.

Si dea ſcilicet Pallas fuiſſet paſſa, ideſt permiſiſſet.

At potius, poſt ironicam conceſſionem petit Briſeis aperte ab Achille, vt ei vitam conſeruet, quam ei dederat.

Tua munera, quę mihi dediſti, et eſt appoſitio. Quod dederas. Ordo eſt. Ego amica ſcilicet tua rogo ſcilicet id quod tu victor, euerſa patria mea dederas hoſti, ſcilicet mihi, quę eram hoſtis tua, antequam me caperes. Perdere. Hoc dicit, ſi delectaris cędealiorum. multo iuſtius potes interficere troianos hoſtes tuos quam me nunc amicam tuam. Pergama neptunia. i. Troiam, quam Neptunus ſimul cum Phębo ędificauit. Melius. i. iuſtius. Perdere interficere. Pete, ideſt accipe. Cędis occiſionis. Ab hoſte, et non ab amica. Modo tantummodo. Impellere: mouere. Remige. i. nautis poſuit autem ſingulare pro plurali. Siue manes. s. in caſtris. More domini tanquam ego ſum ſerua tua, et tu dominus meus. Venire ſcilicet in thorum tuum.

ASCEN. VTq; facis coges, quia ſi nihil fecerit, mori tamen coget. quia aufert ſpem, quę ſola vitam conſeruat. Repetam fratres et virum, qui apud inferos ſunt, inter quos ſe poſt mortem putat locandam, ſicut viuens cum viuentibus conuerſata erat. Si dea paſſa fuiſſet. Scribit Home. Palladem affuiſſe cum Achilles in Agamemnonem irrueret, eiusq; manum continuiſſe ſignificans, per boc eum per prudentiam abſtinuiſſe a nece imperatoris. eſt enim dea ſapientię.

Quod dederas hoſti, ideſt Agamemnoni, cui peperiſti, hoc eſt veniam da mihi vt illi. Domini more venire iube. Hęc votorum ſumma eſt quas fere in fine ponit epiſtolarum.



Phędra Hippolyto.

QVa, niſi tu dederis, caritura eſt
ipſa ſalutem.
Mittit Amazonio Creſſa puel
la viro.

VOLS. IVppiter ex Europa Agenoris in Cretā aduecta Minoen Rhadamanthum et Sarpedonem genuit, deinde Aſterius thetami filius, qui inſulę imperauit Europam vxorē duxit, et dum liberis careret, illos adoptauit. Minos in regnum ſuccedens et Ictione Lyctij filia Lycaſtum ſuſtulit, ex Lycaſte et Ida Corybantis filium, quem Minoen appellauit, hunc alij ob nominis ſimilitudinem Iouis filiū exiſtimarunt, is ex Paſiphae Solis, Creteq; filia Deucalionem, Creteum, Androgeū, Ariadnā, Phędram quāquam alij Deucalionis filiam Phędram tradiderint. Deucaliō, ſiue pater, ſiue frater fuerit icto cum Athenienſibus foedere Theſeo Phędram dedit vxorem. Erat illi filius ex Hippolyte ſiue Antiope Amazone grandis natu Hippolytus q apud Pittheum Troezene, quę eſt Atticę vrbs educabatur, inde cū ad Cereris myſteria veniſſet Athenas, vt Dio placet. Phędra illius amore capitur, cū diſceſſiſſet, templum Veneri in arce Athenieſi erexit, vnde Troezenem proſpiceret. Cum Theſeus ad rapiendam Proſerpinam cū Pirithoo diſceſſiſſet. Hippolytum ad amorem prouocauit. Quod cū non impetraſſet, q vim inferre voluiſſet reuerſo Theſeo inſimulauit. Hippolytus cum id per patris nuncium accepiſſet, alo turbatus equis habenas remiſit, qbus nullo rectore incitatis delapſus in preceps diſcerptus eſt. Phędra ſeipſam trucidauit Epiſtola Hippolytum ad amorem flectere nitit Phędra, ſed cum turpe ſit priuignum a nouerca in amore ſollicitari, principiū ex inſinuatiōe ſumit.

VERR. QVA niſi tu dederis, cū ob leges a Minoe impoſitas deuictis Athenienſibus vt mitterent quotānis ſeptē corpora filiorū et filiarū ſuarū deuorāda a minotauro tertio āno ſors obtigiſſet theſeo Ægei athenieſiū regis filio, vt mitteret ope Ariadnes Minois filię, q̄ eius amore detinebat Minotaurū interemit, ē Ariadnē, q̄ ob opē ſibi pſtitā ſe vxorē accepturū pmiſerat, ſimul cum Phędra eius ſorore naui impoſitas abduxit, vt i ſcōa ep̄la dcm̄ eſt. verū relicta. Ariadne in Dia inſula, aut vt alij volūt in Naxo ſolā Phędrā ſecū duxit, et vxorē accepit, q̄ poſtea abſente Theſeo in Hippolyti priuigni ſui, quē Theſeus ex Hippolyte ſorore Antiopes reginę Amazonū ſuſceperat, amorē exar-

fit. Itaq; epiſtola ei amorē ſuū indicat, conaturq; multis rationibus eum ad libidinem ſuam deflectere nitens pſuadere, nullū eſſe crimen in concubitu priuigni, et nouercę, et oſtendens cōmoditatē maximam ex abſentia Theſei, quē nitit adducere in odiū ipſi Hippolyto, poſtremo multis pcibus Hippolytum in amorem ſuū adiuuat. Qui fuerit finis vtriuſq; dicet in fine epiſtolę. Ordo eſt, puella creſſa mittit ſalutem viro Amazonio, qua ipſa eſt caritura, niſi tu dederis. Puella, Phę. Creſſa cretenſis, eius nolatiuū eſt cres, cuius genitiuus eſt cretis. Vir. Creteſq; dryopeſq; ruunt. Amazo.i. Hippolyto filio Amazonis, poſſeſſiuum. eſt pro patronymico. Amazones aūt mulieres fuerunt ex ſcytarū gēte, quę in Cappadocię ora iuxta fluuium Termodoonta poſt maritos amiſſos habitauere, et cum finitimis nubendi aius omiſiſſent pmo a finibus ſuis hoſtes ſubmouentes, deinde etiam bella inferentes auxere rē pu. ſine viris, et poſt pacem armis queſitam, ne gēs interiret concubitum finitimorū appetunt. Si qui mares naſcerent, interficiebant. Virgines in eundem ipſum morem in ocio, neq; lanificio, ſed armis equis et venationibus exercebant inuſtis infantium dexterioribus mām̄is, ne ſagittarium iactus impediretur. Vnde Amazones dictę ſunt ab a dictione priuatiua et μαζος mammilla. Eius autem Euryſtheus rex cui Hercules duodecim ſtipēdia debebat, quaſi impoſſibile imperaſſet, vt arma reginę Amazonum ſumma virtute mulieris ad ſe referret. Hercules nouem longis nauibus eo pfectus, comitante principum gręcię iuuentute inopinantes aggreſſus cū Orithia regina foris bellum gereret, eas ſuperauit duę Orithię ex Antiope ſorores, quę tunc Amazonum regna tractabant, captę ſunt Menalippe ab Hercule Hippolyte a Theſeo, quam in premium retentam Iuſtinus ſcribit ab eo in matrimonium aſſumptam, ex qua natus eſt Hippolytus, vt diximus. Oui. tamen in hac epiſtola, ex verbis Phędrę oſtendit eam non vxorem fuiſſe cum dicit. At ne nupta quidem, tulaq; accepta iugali. Cur? niſi ne caperes regna paterna nothus, et hęc ſatis de Amazonibus.

ASCEN. QVA Niſi &c. Ordo eſt. Puel. cres, id eſt Cretenſis filia Minois Cretenſium regis.

Perlege q̃dcunq; eſt, q̃d epiſtola lecta nocebit,
Te quoq; in hac aliqid, q̃d iuuet, eſſe poteſt,
His arcana notis, terra, pelagoq; feruntur,
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Ter tecum conata loqui, ter inutilis hęſit
Lingua, ter inprimo deſtitit ore ſonus.
Qua licet et ſeqtur, pudor, eſt miſcẽdus amori,
Dicere quę puduit, ſcribere iuſſit amor.
Quicquid amor iuſſit, nõ eſt cõtemnere tutũ,
Regnat, et in dños ius habet ille deos.
Ille mihi primo dubitanti ſcribere, dixit
Scribe, dabit victas ferreus ille manus.
Adſit, et ut nr̃as auido fouet igne medullas,
Figat ſic animos in mea vota tuos.
Non ego nequitia ſocialia foedera rumpã,
Fama (velim q̃ras) crimine noſtra vacat.

VOLS. PERLEGE q̃dcunq; eſt, q̃cq̃d in epiſtola ſcriptum eſt. Quod in. non quid honeſtũ eſt, ſed q̃d principiis, cum inſinuamus, diſſeminare, debemus, vt ſcri. Fa. His ar. A conſuetudine arguit, creduntur litteris o͠ia, q̃uis arcana. Vſus pugillarium longe ante Home. fuiſſe Pli. ſcri. nã iliados. h.lib. Home. tradit bellorophontes miſſum a Proeto cũ pugillaribus in Lyciaꝫ ad Eurrẽ Antię pręꝫ Notas, litteris ad legẽdũ inuitat a loco quẽ Ariſt. dicit ſumi ab eo, q̃d maius vel minus videať. Latini a maiori vel minori locos appellãt. i. ſi hoſtiũ acceptas litteras legitis, multomagis amicorũ legere debemus. Ter. co. lo. ſcripſi q̃m loqui nõ potui. Pudor eſt miſcẽdus amori, ſcripſi vt in amore verecũdia nõ careẽ. Qua li. q̃m difficile eſt, q̃ amat pudorẽ ſeruare. Et ſequitur, eſt conuenientius, ſic Cic. lib. ij. de orato. Sequiť igitur q̃m nobis hic, de quo loquimur. Iuſſit amor, crimen in cupidinem reijcit. Amor honeſtiorem facit ſuam voluptatem, cum in amorem transferat. quod in ea erat, non ſunt contemnenda cupidinis mandata. Regnat, rerum ſummã poſſidet. Deos domi amatores, veteres enim dominos amatores appellabant. Ille, amor. Dabit vi. manus, cuo imperio ſuccũbat, trãſlatio eſt ab his q̃ in bello vincunť. Adſit, verbũ eſt iplorantis numinũ fauorẽ hinc Virg. in geor. Adſis o tegeę fauẽs. Auido igne. flagrãtiſſimo amore. In mea vo. vt meũ deſideriũ expleas. Nõ ego nequitia, Purgauit ĩpudicitię crimen deſcendens paulatim ad rem ipſam. Socialia foedera, coniugia Theſei non cogunt me laſciuia violare. Crimine, impudicitię nota.

VBER. PERLEGE. Quia ſcit eum contracturum frontem truitatum de re turpi. hortatur eum ad legenduꝫ totam epiſtolam, confidit enim ſe rationibus ſuis poſſe perſuadere quod cupit. Quodcunq; eſt, ideſt qualecunq; q. d. etiam ſi ſit aliquod turpe, et quod tibi diſpliceat. Quid no. q. d. nihil. Arcana, ſecreta. Inſpicit argumentum a maiori ad minus, ſi enim legimus epiſtolas hoſtium, quorum nomen ne audire quidem vellemus, multomagis legendę ſunt litterę eorum, qui nos amant. Notas, ideſt litteras. Ter conata, quia poſſet dicere, quare non dixiſti coram dicit ſe pudore impeditam. Inutilis, quę non pręſtabat mihi officium ſuum. Hęſit, retenta eſt. In primo ore, ideſt in ſummis labris. Qua licet, q̃a occurrebat, quod amatores ſunt impudentes, dicit ipſa oportere etiam ẽ in amore aliquẽ pudorem. Qua, pro quatenus. i. inquantũ licet. Et ſequitur conſequens eſt, et vtile. Miſcendus, iungendus. Dicere, ſcilicet coram. Scribere, quia vt Cic. ad Luciũ. Scribere epiſtola minus erubeſcit. Quicquid, arguit neceſſitatem ſcribendi a potentia amoris, quem iuſſiſſe dicit. Regnat, ecce verbum ſũmę potentię Ius, poteſtatem. In dominos deos, et in Iouem, unde Virgil. dixit. Nate pr̃is ſumi q̃ tela typhoea tẽnis, et idẽ O͠ia vincit amor. Ille. s. amor Dubitanti, q̃ turpitudo negocij ſuſcĩpiendi dubiũ adducit. Ille, Hippolytus Ferreus. i. li ſi eſſet ferreus durissimus Dabit manus victas, Tranſlatio ſumpta a victis in pręlio, qui manus victoribus pręberent ligandas, ide quos amor ſubegit, dicit ligatos vt captiui. Ouid. in. i. amorum. Ipſe ego preda recens factum modo vulnus habebo. Et noua captiua vincula mente feram. Mens bona ducetur manibus poſt terga retortis. Et pudor, et caſtris quicquid amoris obeſt. Omnia te metuent, ad te ſua brachia tendent &c. Adſit et vt noſtras. Adſit, optantis eſt. i. vtinam mihi pręſens ſit et faueat. Vt fouet, vt calefacit. Auido igne, ſcilicet amoris. Sic, adaptatio ſimilitudinis. Figat, vulneret. s. ſagittis ſuis. In mea vota, vt ſis paratus facere quod ego velim, Non ego, laudat ſe ab honeſtate anteactę vitę, vt oſtendat ſe futuram fidelem, et firmaꝫ in amore Hippolyti. Non rumpam, non dirrimam, et ſeparabo. Fędera ſo. coniunctionem et ſocietatem noſtri amoris, quam mecum feceris. Nequitia, libidine, vt ipſe in faſt. ad Silenum. Nequitia eſt, quę te non ſinit eſſe ſenem. Fama enim, ideſt nomen noſtrorum. Vacat, caret. Crimine, quia nunq̃ cognita, aut dicta ſum impudica.

ASCEN. MITTIT Viro Amazonio, ideſt amazonidis filio, videlicet tibi o Hippolyte (quod nomen illi) aut pręſagio futuri euentus, aut poſtea ab euentu datum eſt. Nam ἵππος dicitur equus et equa, et λύω diſſoluo. vnde ſcribendum eſt. Hippolytus ſalutes, qua ipſa ſcilicet, quę eam mittit, caritura eſt, niſi tu dederis ſup. eam. His notis, ideſt characteribus ſcriptis. Monet ergo vt perlegat, quia veriſimile eſt caſtum iuuenem a patris vxore non perlecturum litteras pręſertim amatorias. Qua licet, et ſequitur. Ordo eſt, pudor eſt miſcendus amori. Qua, ideſt quatenus, vel qua via licet, ideſt licitum eſt, et ſequitur, ideſt conſequens et conueniens eſt. Adſit, ideſt auxilio ſit, ſcilicet cupido,

4

Venit amor grauius, quo ſerius vrimur. intus
 Vrimur, & cęcum pectora vulnus habent.
Scilicet vt teneros lędunt iuga prima iuuencos,
 Frenaq; vix patitur de grege captus equus.
Sic male, vixq; ſubit prios rude pectus amores
 Sarcinaq; hęc animo non ſedet apta meo.
Ars fit, vbi a teneris crimē condiſcitur annis,
 Quę venit exacto tempore, peius amat.
Tu noua ſeruatę carpes libamina famę,
 Et pariter noſtrum fiet vterq; nocens.
Eſt aliquid, plenis, pomaria carpere ramis,
 Et tenui primam deligere vngue roſam.
Si tamen ille prior, quo me ſine crimine geſſi,
 Candor, ab inſolita labe notandus erat.
At bene ſucceſſit, digno quod adurimur igne,

VOLS. VENIT. Amor grauis. Fatetur ſe manifeſtiſsime amare, ſ; amoris auctorē ſupprimit, vt modeſtiorem ſuā agat. amor inqt, ſed tāto mihi eſt amoris ęſtus grauius tolerare, q̄to ętate me grandiorē inuaſit. Serius tardius, et ętate prouectiori. Vulnus cę. occultū amorem. Virg. ignem cęcū dixit. Scilicet vt te ſimilitudine moleſtiā ſuam exprimit. Rude pe. nō aſſuetū i amore diffi. cile. Sarcina amoris moleſtia. Fit ars, enthymema q̄d oīa claudit. Ars fit amoris notio hi ſa ciliusq; tolleratur. Eſt n. ars vt ſcribit Cic. q̄ notis peritisq; p̄ſe ctis, et in vnū exitus tendentibus, et nunq̄ fallentibus rebus p̄ net. vbi crimen condiſcit a teneris annis ſtimulus ſentiatur Venit, in amorē incidit. Exacto tpe p̄uectiori ętate. Peius grauioribus penis.

Tu no. ſer. Paulatim repſit ab his. Quę lędūt, ad ea quę p̄ſunt, magnaq; ſimilitudine deducto amoris auctore olim ſuſpitionem amminuet. habebis inqt meę pudicitię primitias. Vterq; no. cum vterq; pudicitiam hactenus coluerimus. Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis, a ſe factum commendat ſumpta a rerum primitijs imagine. Sic tū ille prior. crimen ab auctore purgat. Ille can. pudicitia. Erat no. la. erat violandus. Sic auctoris dignitate. Digno igne. elegantis iuuenis amore.

VBER. VENIT, Oſtdit amorem ſuum adeo magnum vt ei reſiſtere non valeat. Grauior. i. maior et vehementior. Quo. i. quanto ſerius. i. tardius. s. venit. Intus, in pectore. Cęcum vulnus, Occultum et latens vtpote in a io fixuz. Virg. Et cęco carpitur igni. Scilicet. facit q̄dam ſilitudinem, qua oſtdit q̄ difficile ferat hunc amorem nouū, et ſibi inſolitum. Iuga prima. i. primum impoſita collo. Lędunt, grauant. Teneros iuuenes et inaſſuetos iugo. Captus de grege, ideſt nouellus nondum domitus. Vix pati frena, q; ea recuſat, et plerunq; ſeſſorem excutit. Ergo ſic adaptatio ſimilitudinis. Subit ſuſtinet actiue ponitur. Primos s. mihi. i. inſuetas. Sarcina. i. onus. Non ſedet, non iactatur et ſtat. Ars fit. ars eſt q̄ dat certas viā rōnemq; dicendi vel faciendi aliqd. Eſt igit ſenſus, qui velit hīc recte aliq̄ artem incipiat a teneris annis. Fit. i. pficitur. Iuue. hic ſiunt hoies. Vbi. i. qū. Crimen. s. amandi. Condiſcitur tota eſt vna dictio compoſita. Teneris annis, q; poſtea creſcens fit in eo docilior, et aliqd quottidie addit. Iuue. Nemo repente fit turpiſſimus. Quę. i. mulier. Venit, ad amorem. Exacto tpe, ſperito tempore ipſi amori conuenienti. Peius. i. vehementius, vt infra. Peius adulterio turpis adulter obeſt. Tu noua, Allicit eum commendatione ſuę pudicitię. Libamina, guſtamenta. Noua, prima, ideſt tu eris primus, qui me violaueris, et pudicitiam meam abſtuleris, nam a marito non auſertur mulieri pudicitia, vel fama caſtitatis, ſed ab alieno, dicit, ergo ſe ſemper fuiſſe intactam hactenus ab hominibus pręterq̄ a Theſeo marito. Et Hippolytum fore primum, q ei pudicitiam delibet. Seruatę, cuſtoditę. Nocens pariter, ideſt vterq; pariter, & vno eodemq; tempore amittemus pudicitiā, q; adhuc fuiſti ignotus mulieribus et ego intacta alijs, pręterq̄ marito meo. Eſt aliquid, quaſi dicat non contemnendum. Carpere pomaria, ideſt poma. Locum poſuit pomorum pro ipſis pomis, et pomarium eſt repoſitorium pomorum, Pometum vero locus, vbi ſunt arbores pomorum, ſed interdum confundunt poetę ſignificata. Ouidius in metamor. Id metuens validis pomaria clauſerat Atlas. Męrubus. Deligere, colligere. Primam, quia gratia maior ſolet eſſe primis roſis, nam videtur quodammodo ſibi foelix, qui poteſt primam roſam decarpere, ita et qui primum concubitum alterius mulieris conſequitur. Sic tamen eſt, q̄ſi quędā hyppophora ad ſeipſam, & eſt ſenſus, illa integritas meę pudicitię, quemadmodum nunq̄ ante peccaueras cum aliquo, et ad hoc reſpondet quod ſequitur. At bene ſucceſſit, ille candor. s. caſtitatis. Quo, candore geſſi me, ſcilicet ante ſine crimine, quia nunq̄ feci aliquid, quo poſſem eſſe infamis. Erat notandus, ideſt conſiderandus, & ſeruandus. Ab labe inſolita, ideſt a delicto et ſtupro inſolito. hoc fuit quod ſibi ipſa obiecit. At bene, reſponſio eſt ad obiectionem, et hoc dicit, licet ſeruanda eſſet caſtitas mea inuiolata, tamen bene euenit, quod in ea violanda elegi dignum virum.

ASCEN. TV NOVA Seruatę etc. Callide appetendum docet laſciua mulier, quod honeſta conſcientia cum primis refulgeat. Primum ſcilicet eſſe famę liſorem et pudicitię potitorem. nam cum virginitatem iactare non poſſet, pudicitiam coniugalem eatenus ſeruatam iactat. Deligere vngue, ideſt delictam carpere. Alludit ad florem pudicitię intactum, ſicut Maro in roſa. Collige virgo roſas, dum flos nouus, et noua pubes. Et memor eſto ęuum ſic properare tuum.
Digno ig. i. formoſi. videbat iuuenis amore

Peius adulterio turpis adulter obeſt.
Si mihi concedat Iuno fratremq; virumq;
Hippolytum videor prępoſitura ioui.
Iã quoq; (vix credas) ignotas mittor in artes.
Eſt mihi per ſęuas impetus ire feras
Iam mihi prima dea eſt arcu pſignis adunco,
Delia, iudicium ſubſequor ipſa tuum.
In nemus ire libet, preſſiſq; in retia ceruis.
Hortari celeres per iuga ſumma canes.
Aut tremulum excuſſo iaculũ vibrare lacerto
Aut in gramminea ponere corpus humo
Sępe iuuat verſare leues in puluere currus
Torquentem frenis ora fugacis equi.
Nunc feror vt bacchi furijs eleides actę,
Quęq; ſub idęo tympana colle mouent.

VOLS. TVRPIS. Adulter, Theſeũ ſignĩat, q Helenã rapuit. Deinde ad Iſeros vt Plutoni Proſerpinam raperet, acceſſit. Fratremq; virumq;. Iouẽ intelligit, cuius Iuno eſt ſoror et cõiunx. Iam quoq; vix credas ſtudio et voluntate Hippolyti ſibi cõciliat. Ignotas artes in venationẽ, cuius erat Hipppolytus ſtudioſus. Delia, diana i Delo inſula nata venatiõis dea eſt. Prima ante oẽs deos maxime veneranda. In retia, q Lydia arachne inuenit. et ex lino campano cęteris preferunt. Iuuat torquentem frenis, delectat me cohibere currentes equos. Seruare, moderari. In puluere, in apto campo. Eleides, Bacchi miniſtrę dictę a Baccho. quem ab Elo oppido Helyconio, ſiue etolo, vbi illius orgia celebrantur Eleũ ĩ meta. dicimus nũcupari, in quo quãuis alij a vero deſtiuerint, niſi ſepultorũ manibus parcerem, reſtrendũ putarẽ, ſed ſatis ſit diligẽtiores admonuiſſe Actę furijs. Bacchi numine afflatę. Sacra alia ſunt tacita ẽ myſtica. Alia cũ afflatu numinis, adhibitis oĩum generũ inſtrũs apta q̃ ea ſunt orgia bacchi ẽ cybeleia q̃ gręci ενστους ιαστικα vocant. Quęq; ſub ideo, tympana colle mouẽt. Cybeles miniſtras ſignĩt q̃ afflatę deũ mrĩs numine ſacrificãtes diſcurrebãt ab Ida Phrygię mõte ad Olympũ q eſt ad Antandri plagã, vt Euripides in Palamede auctor eſt. Sunt n. olympi q̃tuor in Theſſalia, in Myſia, in Phrygia. de q̃ ſophocles in Polixena tradit, q̃rtus i Aethiopia. Sunt. n. ſacra liberi pris ẽ cybeles cõmunia, vt Stra. placet, eorũ miniſtri dicũ Sileni, Satyri, Tityri. Baccę lenę. Thyades. Mymallones. Naiades nymphę Baſſarides, Eleides. Aut q̃s ſemideę dryades, eas itelligit, q̃ qm̃ fontana numina, aut nemo ea vidiſſet. lymphatę dicebantur, eas reſpicere ac furere nõ poſſe magis tradebant, niſi talparum ſanguine ſpargerentur, vt auctor eſt Plyn.

VBER. PEIVS. Magis, Obeſt i. nocet. Turpis indignus iudicat. n. excuſanda mulier, q̃ cũ viro digno cõmittat adulteriũ. vñ Helena de matre ſua Leda, q̃ cum Ioue accubuit, dicit illa bene errauit, culpãq; auctore redemit. Si mihi, pbat dignũ eſſe amorem ſuũ q ſi deẽ ſibi optio Ionis et Hippolyti dicit ſe ppoſiturã eſſe Hippolytũ Ioui. Fratrem et vir. i. Iouẽ fratrem et maritũ ſuũ. nã ambo Saturni ẽ Opis filij fuerunt. Prępoſitura potius electura. Iam quoq;, ſm pcepta ipſius Ouid. in arte aman. qbus rebus delectant, quos amamus, eiſdem debemus ẽ nos delectari, iõ q Hippolytus delectabatur venatione, dicit Phędra videri ſibi ſe exire in venationem et oia agere, q ipſe Hippolytus agere ſolitus ſit. Vix credas, parentheſis, et eſt ſcda pſona pro tertia. i. vix credat aliquis. Mittor, non ab aliquo ſed meo pprio affectu. Ignotas inſuetas mihi. Impetus magna voluntas. Per ſęuas feras, quas tu inſequeris p ſiluas. Libet eſt. voluntas. Preſſis, ſagitatis. Vir. Aut ſpumantis apri curſum clamore pmentem. Hortari, inſtigari mea voce, vt faciũt venatores. Prima, pcipua. maxia. Delia diana a Delo inſula, in qua nata eſt. Pręſignis arcu q eo telo vtatur iudiciũ tuũ. q ſicut iudicas hanc venationis deã pcipuã q coſlas, ita et ego iudico ẽ, q̃b tu ſentis idẽ ſentio. Aut tremulũ, repetendũ eſt verbum ſupius poſitum libet. Vibrare, quaſſare, mouere. Excuſſa, fortiter mota. Graminea p graminoſa. i. plena graminis. i. herba, in qua sępe venatoribus ſuaue eſt requieſcere. Verſare Vertere, ẽ arte regere. In puluere, in campo puluereo. Torquentẽ. ſ. me. i. flectentem. Fugacis. i. celeris. Iuue. de equo. Cuius clara fuga ante alios, ẽ primus in equore pulueis. Nunc feror, dicit interdum nimia vi amoris ſe fieri inſanam et ſimilem ſacrificantibus Baccho aut ſacrificantibus Cybelę.

Feror, rapior impetu animi. Eleus, vnum eſt ex nominibus Bacchi, vt Ouid. vi. meta. Nyctelius, Eleuſq; parens. inde Eleides Bacchę dicuntur. Actę, agitatę, concitatę. Furijs, quia creditur immittere furias; quod fingitur pp vim vini. Quęq; ſub idęo, mulieres dicit ſacrificantes Cybele, quę colitur in phrygia, cui ſacrificantes tympana pulſabant. Virgili. Tympana vos buxuſq; vocat Berecynthia. Iuuenalis. Aut reſupinati cõſſantia tympana galli nam galli ſacerdotes Cybeles ſunt. Sub ideo colle, ſub ida monte phrygię.

ASCENS. PEIVS. Adulterio. Senſus eſt. obeſt quidem nobis pater Theſeus, ſed ipſe eſt adulter peius, ideſt magis, et cum maiori malo ſuo, turpis adulterio ideſt propter adulterium, quod commiſit, et committere parat. Nam ipſe qui coniugem pulchram habebat, aliam rapere non debebat, cum Hippolytus coniugem non haberet, niſi quam pater pręripuerat.

Obeſt ergo adulter, qui magis turpis eſt adulterio, et ita auctoritatem damnandi in nobis, quod in ſe admiſit, non habet. Fratremq;. virumq;. Vnde ipſo primo Aeneidos inquit. Aſt ego quę diuum incedo regina, Iouiſq;. Et ſoror et coniunx etcetera.

Aut quas ſemideę Dryades, Fauniq; bicornes,
Numine contactas attonuere ſuo.
Nanq, mihi referunt cum ſe furor ille remiſit,
Omnia me tacitam conſcius vrit amor.
Forſitan hunc fato generis reddamus amorē,
Et venus ex tota gente tributa petit
Iuppiter europam (prima eſt ea gētis origo)
Dilexit, tauro diſſimulante deum,

VOLS. FAVNI bi. nocturnis numinibus agitati, alij furebāt ve'n'i hi. q a faunis noctu in pellibus rīſa petere ſolebant in latio. Nā Faunus Pici filius vt ſcri. Caſius bas. primus Saturno auo i Latio ſacra īſtituit, patrē Picū īter deos retulit. Faunāq; ſororē eādēq; ꝯiugē ꝯſecrauit, quā M. Var. bonā deā appellatam tradit, mulieribusq; rīſa dare cōſueuiſſe, et faunū viris. Attonuere, lymphaticas fecerūt. Cū ſe. fu il. r. poſtq̄ ceſſauit īſania. Tacitā, q̄ amorē hūc hactenus ꝓſſi. Alij (īngt) putāt me numine afflatā, ſed amor me furibūdā reddit. Forſitan hūc fato gn̄is, Locus apertus eſt a fato ſumere et dijs, vn̄ ſuū purgat facinus, oēs īngt ex mea familia amarūt, ē id fortaſſe deoꝝ accidit volūtate. Petit, exigit. Iuppiter Europā, vt verſum in tauꝝ Ioue taceā. id Nigidij nō vr̄ omittēdū. Neptūnū īngt Ioni tauꝝ tēdiſſe hūani intelli illūq; Europā ex phęnicia i cretā ad Io. abegiſſe. Paſiphę nr̄ ſolis et cretes filia amauit tauꝝ, cū q̄ Dędali ope ꝯcubuit, fabricatā ex ligno vaccā corio illius texuit, q̄ taurus amabat, alij ducē Minois, alij athletā. vt diximus tauꝝ tradiderūt.

AVT QVAS. Dicit ſe ſępe ſimilē eē eaꝝ, quę nymphaꝝ faunorūq; ſpū necant, ſunt. n. q̄ſi furioſę, vnde lymphatę dn̄r. q̄ſi nymphatę a nymphis. Virg. et Totā currit lymphata ꝑ vrbē. Dryades nymphę q̄rcuū, nā δρυς q̄rcū ſignat. Semideę, nōdū i cęlum receptę, nā ſemidei dn̄r nōdū oīno digni deitate, q̄ ita ſunt terrena numina, et ideo ſemideos appellāt q̄ſi nō plene. Bicornes, vt. n. oñdit diuus Hiero. in vita Pauli primi heremitę, effigiē hñt capraꝝ, et cornua. Iſe alibi. Cornigerq; caput pinu ꝓcinctus acuta. Faunus i imēſis q̄ timet ida iugis. Attonuere. i. attonitas reddidere. Suo nu. q̄ eas monēt. Nāq; mihi, Dic ſe nō ſentire illā īſaniā, ſed poſtq̄ furor ē remiſſus dici ſibi vel ab ancillis, vel ab alijs eā fuiſſe i ſ furore. Referūt, narrāt, oia iſta q̄ mihi accidere dixi. Ille furor, q̄ ita agitabar. Remiſit ſe, diminutus ē. Cōſcius amor i. cuius ego ſuꝫ cōſcia, q̄ ille eſt cā oīuꝫ hoꝝ furoꝝ. Forſitan, Ne Hippolytus dicat hūc amorē omitti, et reijci a phędra dicit eū eē fatalē, et iō nō poſſe repelli. Reddamus .i. reddere, hoc eſt attribuere poſſumus. Fato gn̄is fortunę meę gētis. Et ve. ex tota. Tāgit fabulā. Venus. n. idicāte Sole dēphēſa i adulterio cū Marte a Vulcano marito eius tulit iniuriā iudicij, itaq; vt vlciſceret ſe, imiſit i oē genus ſolis ipatiētiā amoris, Ita vt nulla fuerit de gēte Solis mulier q̄ caſtitatē ſeruare potuerit, ſicut nūc oñdit Phędra. Petit tri. q̄ pp iniuriā a Sole auo meo ſibi illatā, voluit tributa libidinis ſibi ſolui a tota gēte, nō ſolū m̄ris q̄ filia fuit Solis, ſed. ēt a gēte p̄ris, nullā. n. voluit eē imunē. Eſt āt trāſlatio ſumpta a ſubditis q̄ ſupioribus ꝓſtāt tributa. Iuppiter. Europa Agenoris Tyrij regis filia formoſiſſima cū i littore maris, vbi armenta paſcebāt, ſpaciaret. Iuppiter eius amore captus i tauꝝ cādidiſſimū ē placidiſſimū ſe conuertit, cuius illa pulchritudinē admirata acceſſit ꝓpius, quē cū videret placidiſſimū, auſa ē et eius tergū īſcēdere. At ille paulati ad littus ꝓgreſſus tandē mare intrauit, et eā in cretā detulit, ibiq; cū ea ꝯcubuit, ex q̄ genuit Minoē. Re āt vera tādē Iuppiter rex cretę captus amore Europę cū eam aliter hre nō poſſet, naui, q̄ ſignū tauri hēbat, eā abduxit, inde a poetis datus eſt locus fabulę, q̄ a Tauro ſit abducta. Prima, quia ex ea natus eſt Minos p̄r meus. Origo, principiū. Gentis, familię nr̄ę. Diſſimulante occultāte, q̄ i forma tauri Iuppiter latebat.

ASCEN. IGNOTAS mit. in ar. In venationē q̄ ſcit Hippolytū oblectari, et ob id Dianę charꝰ eſſe, vn̄ Hora. Neq;. n. Diana pudicū liberat Hippolytū. Id aūt fingit ſe facere, q̄ ꝯformitas ſtudioꝝ multū facit ad amorē et amicitiā ꝯ caſtā. Iā mi. pri. de. q̄ ſuus cuiq; deus. primus. i. ſūmus ē. Nunc feror vt bacchē ꝯc. Docet ſe tanto amore ſubide capi, vt vbi ſit neſciat. Ordo eſt. Ego fe. i. agitor nūc, vt ſupple ferūt beleides. i. helei, hoc eſt bacchi ſacerdotes. Actę. i. īpulſę et agitatę. Furijs bac. i. a baccho imiſſis, dū eius ſacra pagunt. Queq;. i. et vt ille, q̄ mouent tympana. i. inſtra illa ſonora ab extēdēdo τυμπανιζω .i. dr̄ extēdo dicta q̄ pellē ouinā extēſaꝫ hñt. In colle Ideo. i. mōte illo phrygio, hoc eſt ſacerdotes cybeleię, aut vt ſupple ferunt illę, q̄s dryades. i. arborum deę ſemideę, q̄ cum arboribus poſt longiſſimā ętatē interire dn̄r. Et fauni. i. dij illi ſilueſtres bicornes, vt ęgypanes. Attonuere. i. attonitas et lymphaticas. hoc eſt furioſas fecerunt, ſuo numie. i. diuinitate ſua infuſa. Et ſi q̄ras q̄mō id ſciat, cum furioſę, qd agāt neſciāt, rn̄det. Nā ſupple, comites ē ſatellites mei referūt. i. narrāt mihi oia cum ille furor remiſit ſe. Sed amor ꝯſcius vrit me tacitā. i. celantē amorē et nō dicētē, q̄ ſit cā furoris mei. Forſitan hūc fato, reijcit culpā in fatum, qd tn̄ ſacrilegū eſſe cēſet poetaꝝ antiquiſſimus dicens in ꝑſona deoꝝ apud Aulum Gel. lib. vij. c. ij. Hei mihi quid dānant mortales numina cęli. Eſſe aiūt. n. p nos mala, cū tn̄ ipſis. Vecordi ꝑ fatū ſint mente dolores. Quia ergo non fatis, ſed nobis iputanda ſunt peccata, adiectū eſt, forſitan, qd vero generi ſuo fatale putat, exemplis cōprobare poſſit, et facit inductione quadā et rōne, q̄ Seruius affert ad ſextum ęnei. dicens, indicato a Sole adulterio Martis ē Veneris, Vulcanus minutiſſimis cathenis cinxit lectulum, quibus Venus et Mars ignorantes implicati ſunt, et cum ingenti turpitudine reſolui ſub teſtimonio cunctoꝝ deoꝝ. Hoc dolens Venus oēꝫ Solis ſtirpem infandis amoribus proſecuta eſt.

Paſiphae mater decepto ſubdita tauro,
Enixa eſt vtero crimen, onusq; ſuo.
Perfidus Aegides ducentia fila ſecutus
Curua meę fugit tecta ſororis ope.
En ego ne forte parum minoia credar,
In ſocias leges vltima gentis eo.
Hoc quoq; fatale ē, placuit domus vna duabus
Me tua forma capit, capta parēte ſoror.
Theſides, Theſeusq; duas rapuere ſorores,
Ponite de noſtra bina trophęa domo.
Tempore quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis.
Gnoſia me vellem detinuiſſet humus,

DECEPTO, Quoniā amatā vaccā putabat. Crimen et onus Minotaurū ſignat. Ægides, Theſeus Secutus ducētia fila. Labyrinthum filo euadere Dędalus Ariadnam docuerat. Ariadna id Theſeo mōſtrauit. Higinus coronam a Vulcano factam cum gēmis indicis Bacchū Ariadnę dediſſe ſcribit Ariadnā Theſeo, cuius fulgore labyrinthum reſoluit. Curua te. labyrinthū. Ne forte parū. Minoia credar, vt videar eſſe ex Minois genere. Eo in ſocias leges, in fati neceſſitatem meę gentis, qđ eſt vt oēs ament. Hoc quoque, vt et Ariadna ſoror et ego te ē theſeum amemus. Domus vna, Ægei familia. Duabus, mihi et Ariadnę ſorori. Parente, Theſeo, Theſides, Hippolytū intelligit, nā plēs fuerunt Theſei filij, vt retulimus. Rapuere, ad amorem allexerunt, niſi ad Ariadnā verbū referat, q̄ Theſeus rapuiſſe tradit. Bina trophęa, duas ob hanc victoriā ſtatuas vobis erigite. Tpe q̄ nobis, a loco et tpe παθος eſt. Dio. diſſentit aliā ſecutus hiſtoriā, ille tñ nō Phędrā Eleuſina, ſed Hippolytū athenas ad ſacra Cereris pfectū eē tradit, cū Phędra illius amore capta ē, Eleuſin, vrbs attica, vbi myſtica Cereris ſacra celebrāt, vñ Eleuſi. mr̄ dr̄. Gnoſia, Cretę oppidū Gnoſos Miois regia ex Gnoſo ad ſacra cere q̄ mīonę celebrabāt phędra cū alijs cretēſibus pu

PASIPHAE, Nō p e diphthōgū, ſz p ae (ellis pnūt. ASCEN. diuiſas ſyllabas pnūciādū eſt. Fuit āt Paſiphae filia ſolis, q̄ tauri turpi amore capta cū eo pcubuit ex quo genuit minotaurū, vt plenius in ſcba epla ſup eū locū. Et Tauri mixtaq; forma viri. Decepto, frandato, q2 facta lignea vacca ſuperpoſita eſt pellis vaccę q̄ magis taurus amabat, et illa icluſa in illa vacca lignea, q̄ Dędalus fabricauerat, tauri coitū excepit. Enixa ē. i. pepit. Crimē onusq;. i. onus crimīnoſuz et infamię, endyadis ē. Perfidus Ægides alio exēplū ſue ſororis Ariadnes, q̄ theſei amore capta ei modū dedit, quo minotaurū interficeret et ex labyrintho poſſet exire, dato ei filo, qđ ſecutus veniret ad egreſſuz labyrinthi, narrata eſt alibi ſuperius hęc fabula. Ægides Theſeus. Ægei. Perfidus, q2 nō ſeruauit fidē ſorori meę datā. Fugit, euitauit. Tecta curua, periphraſis eſt labyrinthi, erat. n. multis circuitibus factus. Vir. Ille dolos tecti ambagesq; reſoluit. Cęca regens filo veſtigia. Ope ſororis, auxilio qđ ei Dędalus indicauerat, qui ipſum labyrinthum fabricauerat. En ego, iūgit ſe ſupradictis, quaꝝ amorem fatalem eſſe dixit. En, ecce. Vltima gentis, q2 oēs, quę me ante ceſſerunt, ita fecerūt, q2 Minois et Paſiphae nō habebant aliam filiam minorem natu Phędra. Socias, mihi et illis cões. Leges, ꝯditiones. Ne forte parū, crepar. Minoia. i. ne ſi aliter eſſem, nō putarer eſſe de gente Minois, q̄ fatalr amori ſubiecta eſt. Minoia, vel filia Minois, vel de eius gente.

Hoc. ſ. qđ ſequitur. Quoq;, ſicut amor fuit fatalis Placuit, ecce q; ē fatale, q2 vna domus. ſ. vrā. Duabus, Ariadnę ſorori meę et mihi. ſoror, ariadnę. capta amore victa. Parēte tuo Theſides, Hippolytus. Ponite, erigite, et oſtēte. Bina trophęa, bina monumēta victorię. De domo nrā, ex qua duas rapuiſtis, Tranſlatio ſumpta a militia, nam trophęa dicunt bellicę victorię monumenta, a verſis hoſtibus dicta, nam τρεπω ſignat verto, nīſi addūt aſpirationem. Tēpore. Cōmemorat tps, quo primum eſt capta amore Hippolyti, dicit. n fuiſſe cū myſteria cereris Eleuſinię celebrarent. Eſt aūt Eleuſin ſiue Eleuſis (nā vtrūq; dr̄) vrbs atticę ita dicta ab aduētu Cereris, nā ελευσις grę̄e aditū ſignificat. In ea, vt ſcri. Strabo, fuit Eleuſinię Cereris templū, et phanum myſticum, qđ protinus apparuit. Diodorus et ſcribit Cererem cum ampliſſimis ſacrificijs cultam fuiſſe, tum Eleuſinę myſterijs, quę antiquitate, caſtimoniaq; apud oēs hoīes ſunt vulgata. In his igitur ſacris Dicit' Phędra ſe vidiſſe Hippolytum, et eius amore exarſiſſe, quo tpe optat, ſe fuiſſe in Creta, q2 non incidiſſet in tantas curas amoris. Eleuſis, cerealis. i. Cereri ſacrata, vel ī qua ceres colit. Inita, intrata, adita. Vellem. Cuperez. Tellus gno. i. terra Cretenſis, in qua ſum nata. Detinuiſſet me. habuiſſet me, q2 non incidiſſem in tantas curas tunc, cum vidi te apud Eleuſina. ASCEN.

VNDE Paſiphae Solis filia Minois cretenſis regis vxor tauri amore arſit, et arte Dędali incluſa in ligneā vaccam ſeptam corio cum eo concubuit. Hinc natus minotaurus, qui labyrintho incluſus carnibus humanis veſcebatur, Hęc ille. Et reliq̄ ad principium ſexti ad illud. Dędalus vt fama eſt &c. Phędra autem Paſiphaes filia altius orditur generis ſui amores, vt in textu videre eſt, qui ſatis pz cum ſuperioribus cōmentarijs. Sciat tamen tirūculus litterarię militię, q2 Paſiphae et phaeton non paſiphe, nec phaeton legendum eſt. Perfidus Ægides, Theſeus pater Hippolyti, quem perfidum dicit, quia ſe deceptam et ſororem aſſerit, quin etiā ipſum Hippolytum et matrem eius, vt aſtruat illi fidem ſeruari non oportere. Me tua for. ca. nō dicit ſe captam amore patris, vt inuitam in eius matrimonium veniſſe ſignificet. Theſides. Theſei filius Hippolytus. Sed qūo rapuit, q aſpernat eaꝝ. Nēpe formoſitate, q̄ capta ē, et coacta ſeq̄ inuitā.

OLS. CANDIDA veſtis erat; affectione ſuum crimen tutatur, cicū ſcribit Hippolyti formā eam q̄ poſsit ad amorē & inimicitias trahere. Candida ve. Romanoꝝ eſt iuuenū. Vñ ẽ toga pura dicebat, qua & in ſaturnalitijs ſpectaculis vtebant Imperatores, nā argine in luctu candida veſte vtebant, vt ſcrib. Plutar. Flore, ſerto floreo, qd primū inſtituit ſicyonia glyce re. Rigidūq; trucēq; q alij ſeuiciē ẽ ruſticitati. ego fortitudini tribuo. Rigor, ſupercilium. Capilli po. ſi. ar. cultus negligentia. Luctantia, repugnātia. Recuruas, flectis tuo arbitrio moderaris, ls equum ſua ferocia repugnet. Mi. p. cuos. Fle. optimi ſeſſoris ẽ vt pedes in orbe altius fugēdo flectat in exig. or. in cyclo ferreo, quo eqtis pedes ſuſtē tantur, qm̄ priſci illi hoc non vterent, iō nōnulli ad equi pedes retulerunt, q i exiguo ſpacio flecterent, qd nō placet. Torques ha. q fuit iuuenū verus exercitii mos pſertī in iacio. Ora. verſa, puertis me in admirationē. Venabula cornea, ex cornu arbore, nec erat plus ligni q̄ ferri. primusq; pſeus reperit.

indicio eſſe fortē. i. virilem, nā fortitudo pprie eſt viroꝝ. Pro rigido. i. loco rigidi. Sint pcul, non placent inqt nobis iſti muliebres ornatus in viris. Compti, ornati. Coli, ornari. Modico ſi, apparatu et menſura moderata et non nimia, vt mulieres, de qbus Teren. Dum moliunt, dū comuntur annus eſt, ẽ iō in primo de arte dixit. Forma viros neglecta decet. et idem paulopoſt. Hippolytuꝫ Phędra, nec erat bñ cōptus, amauit. Te tuus, Dicit illuꝫ rigorē, quē alię mulieres damnant in Hippolyto decere. Rigor ſeueritas in aſpectu ſine aliq̄ laſciuia. Poſiti, relicti. Sine arte, q ars & eſt in ordinandis capillis. Leuis, tenuis. Puluis, q ſiḡt exercitium. In ore, in facie. Decet. s. te. Siue, Diſcurrit Phędra p varios actus et exercitia Hippolyti, quibus oībus dicit ſe delectari, & primū arte eqtandi.

Tunc mihi pręcipue (nec nō tñ ante placebas)
  Acer in extremis oſsibus hęſit amor.
Candida veſtis erat, pręcincti flore capilli,
  Flaua verecundus tinxerat ora rubor.
Quēq; vocant alię vultū rigidūq;, trucemq;
VOLS. PVERO Cognita terra Ioui. Arati carmen eſt, q̄ Germanicus Cęſar latinum fecit, eo indicat Iuppiter in Creta nutritus, cum de cynoſura et helice loquitur quę Iouis nutrices ferunt. Creſia vos tellus aluit moderator Olympi. Donauit cęlo, meritū cuſtodia fecit. Quod fidei comites prima i cunacula magni. Fouerūt Iouis attonitę cū furta parentis. Ærea pulſantes mendaci cymbala dextra. Vagitus pueri patrias ne tangeret aures. Dicta excrcerent dominę famuli coribantes. Iuſto parente. Minos cretenſibus leges dedit, vt ſcri. Dio. Tecto recuruo, labyrinthus intelligit, quę Ariadnes beneficio reſoluiſ ſe Theſeum diximus. Dedi fila pro duce, nō mō fila, vt Dędalus mōſtrarat ad reſoluendū labyrinthū ſed coronam quā a Baccho accepiſſe ſcribit Higinus, cuius fulgore loci tenebras ſuperaret. Per ego ipſa pericula iuro, iuſiurandū repetit, vt p fidię honeſtior videretur expoſtulatio, eſt inquit fides iurerando firmata. Non ſum tua, qm̄ deſtituta ſum. Si modo viuit foemina, negat ſe viuere poſſe in ea ſolitudine, de coniugio ſpoponderat Theſeus, ipſa pulcherrime apud Catullum his verbis queritur. At non hęc, quoniam nobis pmiſſa dediſti. Voce mihi, neq; hoc miſerę ſperare iubebas. Sed connubia lęta, ſed optatos Hymenęos. Quę cūcta Nerei diſcerpunt irrita venti. Me quoq; mactaſſes, a lęa genere mouet τεχθος. Fratrem. Minotaurū intelligit, quem Theſeus interemit. Soluta, non decepta Nam ego nō tm̄ cōmiſeratio eſt, quę excitaret recordatione eorū, quę nobis ratione pręſentis caſus grauiora poſſunt accidere. Quę ſum paſſura, mortē indicat, de qua forte deliberauerat. Morsq; minus pęnę, moleſtius eſt mihi viuere diutius q̄ ſi confeſtim interirem. Nam poſtq̄ deſtituta eſt a Theſeo ſe vixiſſe negat. Confecta enim dolore horis ſingulis moriebat. Iamiam venturos, exponit q̄ viuendi morem moleſte faceret. Timeo inquit lupos ne me lanient. Fuluos leones in Naxo, immo in Europa nō ſunt leones, vt Ariſtoteli placet, niſi ad Acheloum amnem, in Aphrica tamen ſunt ferociſſimi et ſyria, quos tamen ferocia affirmant ſuperari ab his, qui in Europa gignuntur. Tigres habet, in Naxo non proueniūt tigres quas indi hircani mittunt. Octauius manſuefactam populo Romano oſtendit.

VBER. COGNITA Ioui puero, q̄ Iuppiter illic nutritus eſt, diximus ſupra in epiſto. Phędrę. Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula Cretę. Regnata, participiū ſine verbi origine. Nomina cara, ſcilicet pater et patria. Prodita, decepta. Offenſa. Cum tibi, dicit prodidiſſe et patrem et patriam vt prodeſſet Theſeo, cum ſubaudi tūc ſcilicet ſunt prodita cū dedi fila, quę regerent paſſus. Pro duce. i. loco ductoris, qui te duceret. Ne tu vi. ſcilicet a Minotauro. Morere, peri res. Tecto recuruo, periphraſis labyrinthi ſic ſupra. Phędra, curua meę fugit tecta ſororis ope. Iuro. verba qbus vtebat Theſeus in Ariadnē. Fore. i. futurā. Dū, ideſt donec. Si modo viuis, ad ſeipſam conuertit ſermonē Ariadne corrigens qd dixerat viuimus. Vult enim hoc dicere viuimus ambo. Si modo o miſera foemina Ariadne poteſt tu dici viuere, quę es ſepulta fraude Theſei. Sepulta, ideſt quaſi mortua, non q̄ eſſet ſepulta. Mactaſſes, deeſt vtinam, Qua fratrem. s. mactaſti, hoc eſt Minotaurum. Soluta, liberata quia fides et obligatio coniugij ſoluitur ipſa morte. Quę ſum paſſura. i. quę ſunt mihi caſura. Vlla reli. ſicut ego. Occurrunt, offerunt. Pereundi mil. ſi. mille formę. Morsq; minus. i. minus graue et pęnoſum eſt mori, q̄ expectare et tardare ipſam mortem. Mora, ideſt dilatio. Iamiā, mox ſubito. Aut hac, aut illac. i. ex omni parte inſulę. Viſcera. mea. Auido, famelico. Iſta, pro hęc. Fuluos, a colore, nā vt Aulus Gel. ſcribit fuluus ex Viridi et ruffo conſtat, datur autem hoc epitheton fuluus et auro et leonibus. Quis ſcit. i. quis poteſt ſcire cum nemo hic habitet. Sęuas tigres. i. feras et nimium crudeles, abundant autem apud hircanos et indos nimis tremendę velocitatis, de quius natura ſcribit Pli. libro. viij.

ASCEN. COGNITA Terra Ioui, Ibidem. Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. Nomina cara, ſcilicet pater et patria. Me quoq; mactaſſes, ideſt mactare debuiſſes, ad vtinam mactaſſes quoque, ideſt etiam me claua ſup. ea, qua ſupple mactaſti fratrē ſcilicet Minotaurum, quia tunc fides, quam dederas ſancta pmiſſio eſſet ſoluta morte: ſcilicet mea. Forſitan et fuluos, bene dubitat, vt foemina loci imperita, et non eſt error poetę, ſi leones ac tigres non habet inſula illa.

Et freta dicuntur magnas expellere Phocas
  Quis vetat et gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua cathena,
  Neue traham ſerua grandia penſa manu.
Cui pater eſt minos, cui mater filia phębi.
  quodq; magis memini, quę tibi pacta fui.
Si mare, ſi terras, porrectaq; littora vidi,
  Multa mihi terrę, multa minantur aquę.
Coelum reſtabat. timeo ſimulachra Deorum,
  Deſtituor rapidis pręda, cibusq; feris.
Siue colunt, habitantq; viri, diffidimus illis,
  Externos didici lęſa timere viros.
Viueret Androgeos vtinam nec facta luiſſes
  Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite Theſeus

VOLS. MAGNAS Phocas, mõſtra marina ſunt phocę, quos vitulos marinos dicimus altiſſimo ſomno p̃muntur, vt ſcribit Plinius, eius pellẽ fulmine afflari negant. Tantum ne religer. ſeruilem cõditionẽ detractat, cui omne genus mortis p̃ponit. Cui pr̃ eſt Minos. cõmemoratione priſtinę fortunę propoſitum tuetur. Simulachra deorum. aſtra deos appellat vt ſtoicis placuit, q̃ ferarum imaginibus cęlo deformata viſuntur, vt apud germanicum Cęſarem licet intueri. hoc non caret hiſtoria. nam. Ariadna cum corona in cęlo tranſlata dr̃, coronaq; tñ cõſpicitur. Viueret androgeos. is fuit vnus ex minois liberis, quem Ægeus Theſei pater interemit, cũ dubitaret, ne Athenienſe imperium cum filijs Palantis, quorum amicitia fruebatur, ſibi adimeret, vnde coacti ſunt Athenienſes, vt Minoi pęnas p̃penderent, annis ſingulis, mittere pueros ſeptem et totidem virgines, vt minotauro deuorandi traderentur, cum ſors Theſeo cõtingit, beneficio Ariadnes Minotaurum reſoluto labyrintho trucidauit. vtinam (inquit) Athenienſes nõ interemiſſent androgeum, quoniam tu ad perimendum minotaurum nõ nauigaſſes, nec ego deſerta quererer. Hęc exoptatio ad mouendũ commiſerationẽ maxime accõmodata eſt, qualis illa eſt Virgilianę Didus. Felix o nimium felix. ſi littora tantum. Nunq̃ dardanię tetigiſſent noſtra carinę. Funeribus tuis. corporibus tuorum et puerorum et virginum. qui tradebantur minotauro deuorandi. Ariſtoteles tñ negat mactatos eſſe. ſed ſeruorum loco habitos. Deinde miſſos a cretenſibus delphos. cũ ſibi ipſis victum miniſtrare non poſſent in Italiam migraſſe, tenuiſſeq; iapygiam. Deinde in Thraciam reuertentes Botheos eſſe appellatos. Terra cecropi. Atticam intelligit, quam cecrops tenuit.

VBER. EXPELLERE, ideſt eijcere in ſiccum. Phocas. i. vitulos marinos. ita. n. dicuntur a nobis, q̃lict inter aquatilia nominantur. tamen et pilo veſtiuntur, & animal pariunt, et in terra noctu dormiunt. Virg. iiij Geor. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocę. nullum autem aĩal teſte Plinio grauiore ſomno premitur, inde Iuuenalis dixit. Eripiunt ſomnũ druſo. vitulisq; marinis. Quis vetet, quaſi dicat nullus, põt. n. venire aliqs, q me gladio trãsfodiat. Tantum. q. d. ſupradicta non multum curo. Tantum, ſolũmodo. ſ. timeo. Ne religer. i. abducar ligata tanq̃ captiua. Ne traham, ex colo deducam. Penſa, lanas ad penſum datas. Manu ſerua. i. ſeruili. Cui. Lego cui. Minos habet emphaſim q. d. filius iouis & europę, rex cretę. Mater. de Paſiphę filia phębi dictum eſt ſupra in epiſtola Phędrę. Quodq; magis. i. quod plus eſt. Quę fuit pacta tibi. i. quę fui ſponſa tua. pluris enim hoc facio q̃ patris et matris genus. Si mare. dicit ſe vndiq; videre ſibi parata pericula. Porrecta, extenta, longa. Multa. ſ. mala et pericula. Cęlum reſtabat. ſ. vnde non eſſent mihi pericula. Simulacra, figuras, in quas dei dicuntur ſe mutare. Pręda, rapina. Cibus eſca. i. deſtituor rapienda aut deuoranda a feris. Siue colunt. i. ſi etiam habitant. Diffidimus. i. non fidimus. Externos. i. hoſpites. Lęſas. ſ. a te quẽ nunc timeo, ne omnes noceant mihi, ſicut tu nocuiſti. Viueret androgeos. muliebre eſt, vt ſępius diximus. lõge repetere cauſas ſuorum malorum. ſic in prima epiſtola Penelope. O vtinam tũc cum lacedęmona claſſe petebat &c. dicit igitur quod poſſet optare. quod androgeos frater ſuus nunq̃ fuiſſet interfectus inuidia athenienſium, quia Athenienſes non coacti fuiſſent victi a Minoe mittere ſeptem corpora filiorum & ſeptem filiarum quot annis ad minotaurum, vt ſupradictum eſt, et ſic Theſeus nunquam veniſſet in Cretam, & per conſequens ipſa nunquam fuiſſet ab eo decepta. Androgeos, nominatiuus eſt atticus, cuius vltima longa eſt, quia eſt omega. fuit autem filius Minois et Paſiphes, qui cum eſſet fortiſſimus athleta ab athenienſibus per inuidiam interemptus eſt. ob quã cauſam Minos contra eos bella mouit. et victis eas leges impoſuit, quas ſupra diximus. O terra cecropi. i. athenienſis, eſt autem vocatiuus a forma patronymica Cecropis Cecropidos, fuit autẽ Cecrops rex Athenienſium, qui primus apud eos maris et foeminę legitimam coniunctionem inuenit. ex quo finxerũt eũ fuiſſe geminę naturę ab eo Athenienſes cecropidę dicuntur. Luiſſes. ſoluiſſes. purgaſſes. Impia fata. i. crudelem mortem androgei. Funeribus tuis. i. mortibus tuorum. Stipite. trũco.

ASCEN. CVI Mater. filia Phębi. ſ. Paſiphę Solis filia. Siue colunt. Sic primo ęneidos. Qui teneat. nam inculta videt, hõies ne ferę ne. Viueret Androgeos vtinam. Is eſt de quo ſexto ęneid. In foribus letum androgeo. et credo hic legendum eſſe Androgeos. Nec facta luiſſes. ideſt exitium tuorum. Cecropi terra. patronymicum pro patrio hic cecropis huius cecropidis. in vocatiuo o cecropi, vt hic.

Ardua parte virum, dextera parte bouem.
Nec tibi, q̄ reditus monſtrarēt fila, dediſſem,
Fila per adductas ſepe recepta manus.
Non equidem miror, ſi ſtat victoria tecum,
Strataq; Creteam bellua ſtrauit humum.
Non poterant figi pręcordia ferrea cornu,
Vt te non tegeres, pectore tutus eras.
Illuc tu ſilices, illic Adamanta tuliſti,
Illic, qui ſilices Theſea vincat, habes.
Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem?
At ſemel ęterna nocte premenda fui,
Vos quoq; crudeles venti, nimiumq; parati,
Flaminaq; in lachrymas officioſa meas.
Dextera crudelis, quę me fratremq; necauit,
Et data poſcenti nomen inane fides.
In me iurarunt ſomnus ventusq;, fidesq;,
Prodita ſum cauſis vna puella tribus.
Ergo ego nec lachrymas mr̄is moritura videbo,
Nec mea, q digitus lumina cōdat, erit?
Spiritus infelix peregrinas ibit in auras,
Nec poſitos artus vnget amica manus.

VOLS. ARDVA parte viꝝ dextrā, minotauꝝ circūſcribit. Non equidem miror, cōmemoratis beneficijs adſtruit, vt duritiem crudelitatēq; in Theſeo expoſtulet. Si ſtat victoria. ſi viciſti. Cretam humuꝫ, ſi Cretenſes viderunt ſtratum tua duritię minotaurum. Non poterant figi, non inquam ſuperaſti tua virtute ſed ꝙ tāta durities vulnerari non poteſt. Eras tutus, ſine armis pugnare potuiſſes, cum ſis ferreus. Habes Theſea. Hyperbole poetica eſt Theſeum.n. vſurpat pro mā, quę oēꝫ ſuperet duritiem. Crudeles ſomni. dolor cogit, vt in deos etiā excandeſcat. Inertem, ſecuram a deo, vt nihil ſentirem. At ſaltem, hoc loco ſignificat, ſaltem inqt me et vna nocte, hoc eſt morte preſſiſſetis. Officio. nimius parata et curioſa ad meam miſeriā. Dextera crudelis. ex ſęuitia ad pfidiam trāſit. non minus inqt perfidum q̄ difficile fuiſſe adſtruit. Inane, nullius efficacię. Iurarunt, cōſpirationē fecerunt. Dijs imputat factuꝫ, vt et ipſa oīno culpa vacet, et Theſeo non ſit liberꝰ ab incepto curſu reuocari. ſi inqt ira, ſomnus, fides, et venti ſtatuerunt, Theſeusq; eſt duriſſimus nullo pacto reuocari poterit, ſed mihi moriendum eſt. Ergo ego nec lachrymas, adſtruit in morte incōmoditates, vt nō modo dum dixit, ſed poſt fata incommoda patiatur. Lachrymas matris, flentem matrem, vt decet in liberorum funere. Ibit in auras peregrinas, non tamen hoc dicit, ꝙ in patria moreretur, ſed cum ſepulchro eſſet caritura eius ſpiritum errare circum Coryti littora dubitabat.

VBER. ARDVA, ex quantitate syllabaꝝ diſtinguendi ſunt caſus, vt nō dicamus ardua parte, ſed dextra tua ardua.i. in altū ſublata ad inferendū maiorem ictum. Nec mactaſſet vtrū parte.s. vna. Et bouem parte.s. altera, et ita eſt piphraſis Minotauri. Monſtrarent reditus.i. regreſſus ad locuꝫ, p quē introieras in labyrinthum. Sępe recepta.i. sępe reuoluta. Adductas, flexas, ē retractas. Non eqdem obijcit ei nimiā duritiē. Stra.i. ſtrata interfecta. Bellua minotaurus. Strauit.i. texit, vel p:uſſit, aliq legūt tinxit. Non poterāt. ecce cauſa. ꝙ habuit victoriā. Pręcordia dnr q̄ ſunt circa cor. ponunt tn̄ pro oībus inteſtinis. Ferrea, dura. Cornu.s. minotauri. aliq volunt intelligere de tauro cretico, quē Theſeus vicit ſed non in creta. ſed apud Marathonem eū interfecit. Figi. vulnerari, vt.i. q̄uis. Tegeres, defenderes. Virgi. nec apollinis infuſa texit. Pectore.i. duritia pectoris. Tutus, munitus. Illic, in pectore tuo. Silices, lapides duriſſimos. Adamanta. alibi diximus lapidem nimię duritiei. Habes Theſea q vicat.i. habes feritatē tibi ingenitaꝫ. q̄ eſt durior ſilicibus. Crudeles, ꝯquerit de ſomno, a quo ſit tardata diſcedēte Theſeo. apoſtrophat ad sōnos. Inertē, ſopitā, nō ſentiētem. At ſemel dicit qđ ille ſomnus debuiſſet eſſe ęternus, ita qđ nunq̄ eſſet excitata, ꝙ nūc nō eſſet i tātis doloribus. Semel. vno tēpore. Aeterna nocte.i. morte. Virgi. in ęternas clauduntē lumina noctē. Nimiū parati. q tam cito Theſeuꝫ abſtuliſtis. Flamina. aurę. flatus. Officioſa. prompta. In meas lachrymas i. ad faciendūꝫ me flere. Fides.s. fuit crudelis. Nomē inane.i. ſine effectu ſic in p̊ de arte. Nomē amicitię, nomē inane fides. nā cū dicat a fio, vt voluit Cicero. nō tn̄ fit qđ promiſiſti, et ita eſt nomē inane. Data fides, a te poſcenti, mihi poſtulāti. Vna.i. ſola. Tribus cauſis.s. sōno, vētis, et fide. Ergo. pticula eſt nō illatiua hoc loco, ſed idignatiua, ingemeſcit.n. ꝙ ſit moritura in illa inſula, vbi nullum ſentiat offm̄ ſuoꝝ. Nec uidebo lachrymas mr̄is.i. non videbo mr̄em meā, q̄ me morientē defleat. Qui ꝯdat.i. q claudat, nā mortuis ſolebant propinquiores claudere oculos, vt ſupra in.i. epi. Ille meos oculos cōprimat ille tuos. Spūs.i. aīa. Peregrinas, ignotas. Poſitos artus.i. mēbra mortua Virg. Sic o ſic poſitū affatū diſcedite corpus. Iūget, melius legitur vnget. nā cadauera pꝰ lauabant, deinde vngebant. En. Targni corpus bona foemina lauit et vnxit. Volucres marine, quę ſunt vicine huic inſulę.

ASCEN. ARDVA pte, ſi ardua ē dextera ablatiui ſint caſus nō ſtaret metrū, ꝙ apđ oēs ablūs. pme i a ꝓductā deſinit, dicamus ḡ viꝝ pte.i. pro pte ardua.s.i. ſm ardua ē bouē pte.i. p pte.s. dextera.i. ſm dextrā.s. mēbra, vt ſi figurate actūs neu. ge. plu. nu. Stra.i. ꝓſtrata ſtra.i. ſe ipſā cooꝑuit ſlo. ſter. p pauimenta. Cor. q ſemitan. erat. Ergo ego. dolet defutuꝝ offm̄ funē. ē exegale, qđ morituri ſere ſibi deſore q̄runt.

Incipit Liber Secundus.

SI qua tamen cęcis errabunt
ſcripta lituris,
Oblitus a dominę cęde libel
lus erit.
Dextra tenet calamū, ſtrictū tenet altera ferrū,
Et iacet in gremio charta ſoluta meo.
Hęc eſt Aeolidos fratri ſcribentis imago,
Sic videor duro poſſe placere patri.
Ipſe necis cuperem noſtrę ſpectator adeſſet,
Auctoriſq; oculis exigeretur opus.

VOLS. SI QVA Tamen cęcis errabunt ſcripta lituris.
impfectum dicendi genus, vt querentes ppinqua
nece inchoare decet, relinquit.n.alo conijciendum
magis q̃ verbis explicari poſſit, ſunt & vocabula, q̃
cum principijs conueniunt, vt, q̃q̃, ls, et ſi, etc. id genus
alia ſibi ſubijci deſiderant. Ac q̃ tm̃ ſubijcimus,
vt etiam vero, &c.
Sed qui elegātius lo
cuti ſunt, cū aut in
dignationes, aut do
lorem exprimere vo
luerunt, vt iratum
eſſe, aut querelas ſi
gnificantiū, oñdereſ.
gbus honeſte inchoa
re nō ꝯuenit, ab his
ſumpſere principia.
vt Virgiliana Iuno
ad Venerē cū indi
gnatiōe loquit. Egre
giā vero laudē, et ad
ęneā Dido, diſſimula
re et ſperaſti pfide tā
tū poſſe nefas, et in
triſtibus. Oui. Ergo erat in fatis Scythiam quoq; vi
ſare noſtris Canace quoq; cum ſcriberet, cum ante
oculos gladium a patre miſſum, vt illo ſe perime
ret hrēt, vt dicebat principio abrupto vſa eſt. Si q̃
tā inquit cęcis errabūt ſcripta lituris, in hoc prin
cipio tacetur, quod pręcedere debuit. Moritura ante
necem ad te ſcriberē, tā ſi litteram notę quo quo
modo oblitterate fuerint, ſcias id cadentis canaces
ſanguine obtigiſſe. Libellus, libellum pro epiſtola
vſurpat. Dextra tenet calamum, ab corporis habi
tu πάθος concitat. Ferrum, enſem ſignificat ab
Aeolo miſſum. Æolidos, de ſe loquitur, perinde
atq; ab alio narret, is eſt inqt habitus Canaces Æoli
filię. forma hęc nominum, vt Phyllis, eneis, The
bais, Æolis et Æolidos. Duro patri, Æolum pfem
in odiū trahit, dum illius crudelitatem exponit.
Opus exigeretur, mandata efficerem, hoc eſt me
ipſam perimerem. Oculis auctoris, Aeolum ſigni
ficat, qui necis cauſam prębuerat.

eam ſcripſiſſe hanc epiſtolam ad macareum quę
ei narrat caſum ſuum, & iram patris, et poſtremo
rogat, vt colligat oſſa ſua et infantis, et in vna
vrna ea recondat. Si qua tamen, ſunt qui exi
ſtimant hic aliquid deeſſe, quia tamen non vi
deatur conuenire principio. et in quibuſdam co
dicibus inueni hos
duos verſus. Aeolis
eolide, quam nō ha
bet ipſa, ſalutes. Mit
tit, et armata verba
notata manu. In duo
bus tamen codici
bus meis vetuſtiſſi
mis hi verſus non le
guntur, quod autē
ante tamen videat
aliquid eſſe prępo
nendum, plerunq;
magis fit in ſenſu
q̃ in verbis. nam in
telligitur. mitto tibi
hanc epiſtolam.
Tamen ſi qua ſcri
pta, ideſt ſi alique partes meę epiſtolę. Errabunt
ideſt vacillabunt, et non habebunt rectum ordi
nem. Lituris, ſignis literarum a linendo, vel ma
culis. Cęcis, obſcuris, quę non bene poſſunt legi.
Libellus, epiſtola, vel charta. Oblitus, foedatus.
A cęde, propter cędem. Dominę, ideſt mei Ca
naces. Dextera, deſcribit caſum ſuum. Ferrum,
enſem. Metonymia. Strictum, nudum. Iacet, ſe
det, poſita eſt. Soluta, aperta. Hęc eſt imago,
hęc eſt forma, in qua tu potes conſiderare me eſſe.
Aeolidos, mei canaces quę ſum filia Aeoli. Si hac
forma, ſcilicet enſe nudo, parato ad necem meā.
Duro, crudeli, adducit autem eum in odium cō
memorans eius crudelitatem. Ipſe ſcilicet pater.
Spectator qui videret. Opus, ideſt cędem me
am. Exigeretur, perficeretur. Oculis, ideſt in
conſpectu. Auctoris, ſcilicet patris qui eſt auctor
et cauſa, vt me interficiam.

YBER. SI QVA Tamen, ex qua vxore Aeolus rex vē
torum ſuſceperit canacem et Macareū, mi
hi incertum eſt, ſed tamen et Seruio teſte et
Ouidio in hac epiſtola ſcribente patet eos
Aeoli filios fuiſſe, qui cum turpiter ſe amarent, et
conſanguinitatis pretextu ingentē culpam conci
buiſſent. Canace ex eo concubitu concepit, et pepe
rit filium. quem cum clam e regia per nutricem
emitteret, vt aleretur, infoelix infans ſe ſuo vagi
tu prodidit auo, qui tanto offenſus ſcelere, iuſſit
infantem innocuum exponi canibus, gladium
vero per ſatellitem miſit, quo illa pro meritis vte
retur, quo ſe interfeciſſe creditur. Macareus pęne et
irati patris metu territus ex patria aufugit, credi
turq; factus ſacerdos delphici apollinis. qui poſtea
verbis oraculi Oreſtem in cędem Pyrrhi obraptas
Hermionem hortatus dicitur, interea deprehen
ſo ſcelere Canace, priuſq̃ moreretur, fingit poeta

ASCEN. SI QVA Tamen, Eſt et huic epiſtolę panno
ſum neſcio cuius aſſumptum principium
tale. Aeolis eolidę, quam non habet, ipſa, ſa
lutē. Mittit, et armata verba notata ma
nu, quod pannoſum dixi, quia non cohęret ſequē
tibus, detrahitq; artificio poetę, qui cunctabūdam
inducit mulierem ex abrupto epiſtolam inchoaſſe
correſpondentem ad ea, quę animo pręmeditata
fuerat, videlicet iamiam meipſam interfectura
ſum, ſed ne penitus inhumata et mea et nati fe
ris expoſita maneant oſſa, ſcribam in hoc ſtatu ad
fratrem, et ſignificabo illi mentem meam. Si
qua tamen, et cętera. Oblitus, media ſiue penul
tima breui ab obliuior. vnde Doctrinale. datq; lino ſi
ni vel leui, deinde litum dat. ab obliuiſcor autē
oblitus mediam producit.
Lituris cęcis, ideſt obſcuris illegibilibus.
Libellus, ideſt epiſtola.
Cęde, ideſt ſanguine per cędem efuſo.

Quodq; inter leuumq; latus, dextrūq; lacertum
Pergraue compreſſa fauce pependit onus.
Et male confiſum pedibus, formaq; bimembri
Pulſum theſſalicis agmen equeſtre iugis.
Hęc tu ſidonio potes inſignitus amictu
Dicere? non cultu lingua retenta ſilet?
Se quoq; nympha tuis onerauit iardāis armīs,
Et tulit e capto nota trophęa viro,
I nunc tolle animos, et fortia facta recenſe,
Quod tu non eſſes iure vir, illa fuit.
Qua tanto minor es, quanto te maxime rerū,
Quam quos viciſti, vincere maius erat.
Illi procedit rerum menſura tuarum,
Cede bonis, hęres laudis amica tuę eſt.
O pudor, hirſuti coſtis exuta leonis
Aſpera texerunt vellera molle latus?
Falleris, et neſcis, nō ſunt ſpolia iſta leonis,
Sed tua, tuq; ferę victor es, illa tui.

VOLS. PERGRAVE onus, Antęum ſigt, quem altum ſublatūq; ab hercule, ne matris auxiliū ſentiret, trucidatum diximus. Agmen equeſtre, centauros exprimit, qui ſupna parte viri, inferna eq traduntur, hos hercules trucidauit, cum in domū Pholi centauri impetum facerent, ad odorem vini accurrentes, quod Diony. Pholo dederat, vt in aduentu herculis aſſeruaretur, ceciderūt in prelio agens. Amphion, Hyporion, Orios, Iſopleos, Melanchętes, Thereos, Derpos, Phrixus, pholus in ſepeliendis centauris, cum herculis ſagittas admiraref, ſeipſū vulnerans cecidit. Hercules illum ſepeliuit et mōti nomen dedit, qui adhuc nomen in theſſalia pholus dicitur alij tradūt ideo hos ſemi equos putatos in Theſſalia, qm primi theſſali ex equo pugnare repierunt. confiſum pedibus, hoc autem ad pernicitatē cētaurorū referendū eſt, vel qd in pugna terra mi centaurorū nebulas mi'it, vt madēta ſolo Herculi laberet. Iugis theſſalicis, in mōtibus Theſſalię, pugna hęc in Pholo mōte geſta dr. Amictu ſidonio, ornatu purpureo. Sidon vrbs Phenicię, vnde pſtantior inficiebat purpura. Nympha iardanis, nō dardanis legēdū eſt, ſed iardanis, erat enim vt diximus omphale iardani filia, quę et clauam et leonis pellem etē. herculis arma geſtare voluit. Menſura, amplitudo rerum geſtarū. Procedit illi, ad omphales laudeſ accedunt. Cede bonis, tuas laudes non iactitet, et eſt ab his tranſlatio, quorū maius eſt ęs alienum quā ſumma, qui cum ſoluere nequeant, bonis cędunt. O pudor, ab exclamatione παθος mouet. Molle. laſciuę puellę. Ferę leonis, tu inqt leoni pelleſ detraxiſti. omphale vero te illa ſpoliauit.

VBER. QVODQ; Inter, Antęum intelligit filiūſ terrę corporis robore ac palęſtra pręclarum in Lybia, qui multos externos ſecum certamine congreſſos occideret, hunc Her. et viribus et arte ſuperatum interfecit, nam cum vires a terra matre aſſumeret, ſimulans ſe cadere Hercu. cum ita ſuſtulit vt eum terram tangere non fineret. ex quo ille matris auxilio priuatus inter lacertos Herculis eliſus expirauit. Compreſſa, aſtricta. Et male confiſum. Centauri ex Ixione et nube geniti Theſſaliam incolentes odore et vetuſtate vini, quod Pholus centaurus a Diony. ſibi datum reſeruauerat in honorē Herculis cum eum hoſpitio ſuſcepiſſet, ebrij facti domum Pholi magno impetū ingreſſi dirripere conati ſunt, quos licet fortiſſimos ē matris nubis imbrem effundētis auxilio viſos. Hercules tñ partiſ occidit, partim fugauit. Male cō.pe. quia velocitate ſua freti effugere non potuerunt. Formaq; bi. i. humana et eqna, in qua maius ineret robur. Sidonio. i. purpureo, qui mulieribus cōuenit. Non ſilet, non debet ſilere pre pudore. Cultu, qui te non decet. Nympha dar. i. Omphale. Dardanis. i. phrygia. nam męones ē lydi a dextra ſunt phrygię maioris vt ſcrib. Strabo; nec de Iole poſſumus intelligere. Ornauit, inſtruxit, armauit. Nota, clara. E ca. vi. ex te quem cępit et triumphauit. I. nunc, increpatio eſt per irriſionem. Recenſe. narra. Quod. ſ. eſſe vir. Tu non eſſes. i. nō deberes, quia melius eſſes foemina ꝙ vir. Qua tan. dicit ꝙ ꝗto difficilius fuit Her. vincere ſeipſ ꝗ eos, ꝗs vicit, tāto eſt Omphale eo maior, quę vicit eū. Procedit. i. euenit. Hęres tuę laudis, ꝙ tu ex ea decidis, et ipſa ei ſuccedit. O pudor, amplificat hoc dedecus Her. qd paſſus ſit amicam tegmine ſuo et armis inſtrui. Vellera, pellis. Exuta coſtis. diximus ſupra ex pelle leonis Nemeęi Hercu. feciſſe ſibi tegmen corporis. Texerunt molle latus, idest foemineum, ſpolia dicuntur, quę hoſti eripiuntur in victoria, dicit illa pellis, quia illa induta eſt, non ſignificat, ꝙ tu viceris leonē. ſed ꝙ illa te vicerit, et ex te ſpolia abſtulerit.

ASCEN. NON CVLTV Lingua retenta ſilet, figurata interrogatio vim increpationis habens. q. d. debeat maxime refrenari, et refrenari, a cultu, cui talia facinora non congruunt. I nunc, figurata conceſſio vim prohibendi continens. Qua tanto, et cętera, ſenſus et ordo eſt, qua ſcilicet Omphale tu es tanto minor, quanto maius erat vincere te, o maxime rerum, ꝗ eos, quos viciſti. Notanda eſt latinitas, quia cum genitiuus tranſcendens, aut collectiuum eſt, non ſeruatur neceſſario incongruitas generis Horatius ſermo primo, quid agis dulciſſime rerum. Sic optimus plebis, et cętera, et o danaum fortiſſime gentis, et cętera.

Illi procedit, idest ad eam deriuatur, vnde ipſa ſuccedit et res procedit.

Cede bonis, non quia ſoluendo non ſis, ſed quod illa ſibi ea bona iure vendicat, et ita tua non ſunt.

O pudor. Ordo eſt, o pudor.

VOLS. ATRA, Tincta ſanguine Lerneę hydrę, quod venenum fuit. Hoc tamnem audierã, tranſit ne q̃rimoniam preſentis facti dedecore iuſtam indicat, quę cum omphale inquit turpiter geſta ſunt q̃ tm̃ audiui negari potuerunt, ſed de Iole diſſimulare non licet. Ad ſenſus, viſum indicat. Nã more regio incedentẽ Iolen

tia, ſicut apud Virg. Migrantes cernas. Oechaliaȝ patriam ſuam. Stare, eſſe in ſtatu tuo Forſitã, addit et aliud, quod ſit futuꝝ turpius ipſi Hercu. q̇ fortaſſe expulſa ipſa Deianira accipiet Iolen vxorẽ Ordo eſt. Iole forſitan, erit vxor depoſito nomine pellicis, ideſt Iole, quę erat pellex, erit vxor tua. Depoſito nomine pellicis, expulſa deianira, ſcilicet me. Ætolide.i. Ætola. Nam Deianira fuit ex Ætolia.

viderat, q̀d de amore Her. coniecturam faciebat. Aduena pellex Iolen ſignificat quę ex oechalia tirynthem ducebat. Per vrbem Thrynthẽ vbi deianira degebat.

Non venit incul. cõiecturam firmat a ſignis paſſis crinibus reginę ante triũphuȝ incedebant captiuę.

Dat vultum populo ſublimis, id nõ captiuitatis, ſed faſtus et imperij ſignum ẽ.

Vino parente, inquit, vt ſi viuus pater Euriſtheus Oechalię triumphuȝ duceret.

Forſitan expulſa, Hercules pro vxore Iolem ducebat, iõ inuidioſe Deianira diuortium vr̃ obijcere.

Ætolide, cõmemoratio eſt a patria.

Foemina tela tulit lernęis atra venenis,
 Ferre grauem lana vix ſatis apta colum.
Inſtruxitq; manum claua domitrice ferarum,
 Vidit ⁊ in ſpeculo coniugis arma ſui.
Hęc tñ audieram licuit non credere famę,
 En venit ad ſenſus mollis ab aure dolor.
Ante meos oculos adducitur aduena pellex,
 Nec mihi, quę patior, diſſimulare licet.
Non ſinis auerti mediam captiua per vrbem,
 Inuitis oculis aſpicienda venit.
Non venit incultis captarum more capillis,
 Fortunam vultus faſſa tegente ſuos.
Ingreditur latem multo ſpectabilis auro,
 Qualiter in phrygia tu quoq; cultus eras.
Dat vultũ populo ſublimis, vt hercule victo
 Oechaliam viuo ſtare parente putes.
Forſitan expulſa Aetholide Deianeira.
 Nomine depoſito pellicis vxor erit.
Eurytidos ioles, atq; inſani Alcide
 Turpia famulos corpora iunget hymen.

Eurytidos Io. Ordo eſt, hymen famoſus, forſitan iunget turpia corpora Ioles. Eurytidos atq; Alcidę inſani. Hymen fa.i. matrimonium infame, q̀d erit, ſi me legitima vxore expulſa concubinam duxeris, nam famoſus ſemp in malaȝ partem accipitur, cauendum ne legatur formoſus ſed famoſus. Hymen autem cum ſit deus nuptiarum, ſępe pro ipſis nuptiis ponitur. Iunget corpora turpia.i. turpiter iunget. Inſani.i. magni, habet autẽ hic verſus ſpondeum in quinto loco, neq; vocalis ſequente vocali abijcit.

Ætola Peloponeſſi pars dicta ab Ætolo Endymionis filio, eam tenuerunt reges nobiliſſimi. Agrius. Melas, et Oeneus deianirę pater famoſus. Hymen, Hymeneum, infamem dicit, qm̃ adulteros iungeret. Turpia, adultera et inceſta.

VBER. ATRA, Tincta. Lernęis, venenis, diximus ſupra in fabula hydrę lernęę. Grauem, plenam. Claua, Hercu. n. claua ad domandas feras vſus dr̃, quam Vulcanus ſimul cũ thorace ob meritũ virtutis ei dediſſe dr̃. In ſpeculo, quo mulieres p̄cipue vtuntur hęc autem ſumpſiſſe omphalẽ ſcri. Ouid. lib. ij. faſt. Illa capit clauãq; grauẽ, ſpoliũq; leonis, cõditaq; in pharetra tela minora ſua. Tm̃ ſolummodo. Audieram, non aũt viderã. Licuit, potui. Famę, quę de rebus ſupradictis ferebatur. En, demonſtrantis eſt. Ad ſenſus, ad viſum. Ab aure.i. auditu. Aduena, peregrina, et nunc Iolen intelligit. Nam vt ſupra vidimus enumerauit mulieres, qua Her. amauit vſq; ad Iolen, quę fuit vltima. Diſſimulare, occultare et tacere. Auerti, amoueri a me captiua, vt ſupra diximus in argumento epiſtolę. Oculis, meis. Faſſa.i. confeſſa et teſtificata. Fortunaȝ ſuam.i. aduerſam. Tegente vultum, ſicut illę, quę ſunt in tam miſera fortuna facere ſolent. Dat, oſtendit. Sublime, pro ſublimiter.i. alte. nomen pro aduerbio. Victo, a ſe, quem in amore ſubegit. Putes, pro putet aliquis ſecunda perſona pro tertia, ſicut apud Virg. Migrantes cernas. Oechaliaȝ...

ASCEN. ASPERA Vellera, ideſt villoſa tegmina. Exuta, ideſt detracta. Coſtis leonis hirſuti, ideſt villoſi et iubati. Texerunt molle latus.ſ. lubricę puellę. Falleris arguta argumentatio ad conſimilia decenter applicabilis. Et venit ad ſenſus mollis ab aure dolor. ordo eſt. Dolor mollis, ideſt leuis et tolerabilis, venit ad ſenſus, ideſt ad precordia, ab aure, ideſt per auditum, quia Cicerone immo experientia teſte minus afficiunt audita q̃ viſa, minuſq; certa ſunt. Vnde Plautus. Plus inquit valet oculatus teſtis vnus q̃ auriti decem. Dat vultum ſublimis, ideſt in ſublime; ideſt aduerbialiter ponitur forſitan. Ordo eſt. Forſitan ipſa Iole erit vxor, ſcilicet tua depoſito nomine pellicis, ideſt nec dicetur amplius pellex, et hoc me ſup. Deianira. Ætolide, ideſt de nobili Ætolum genere, aut Ætolum regis filia.

Expulſa, ſcilicet e legitimo toro, declinatur Ætolis huius Ætolidis vel dos, vnde ablatiuus Ætolide, neque eſt hęc ſinalepha expulſa Ætolide, neque correctio vocalis antecedentis, quam penthimimeris forſan excuſet. Eurytidoſque, ideſt Euryti filia a nominatiuo hęc eurytis, patronymicum enim eſt a patre ſicut Ætolis a patria. Quia vero os corripitur in genitiuo, legendum eſt.

Eurytidoſque. Ioles. Nam Iole triſyllabum eſt, et a vocali inchoatur.

Mēs fugit ad monitu, frigusq; ꝑambulat artus,
Et iacet in gremio languida facta manus.
Me quoq; cū multis, ſed me ſine crimie, amaſti
Ne pigeat, pugnę bis tibi cauſa fui.
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis.
Truncaq; limoſa tempora merſit aqua.
Semiuir occubuit vi, lerniferoq; veneno
Neſſus, ꝛ infecit ſanguis equinus aquas.
Sed quid ego hęc refero? ſcribēti nuncia venit
Fama, virum tunicę labe perire meę.
Hei mihi qd feci? quo me furor egit amante?
Impia quid dubitas deianeira mori?
An tuus in media coniunx lacerabitur Oeta
Tu ſceleris tanti cauſa ſuperſtes eris?

LVOS. MENS Fugit admonitu, quoq; monetur ex imagine ad monitu rerum suarum recordatione. Sine crimine, quoniam me geſſi pro coniuge non pellice, vt Omphale et Iole. Pugnę bis tibi cauſa fui, primum cum Acheloo deinde cum Neſſo centauro pro deianira Hercules pugnauit. Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis. Achelous Ætolię rex fuit vetuſtiſſimus nomen dedit fluuio qui inter Ætoliam et Acarnaiam fluit, cũ antea Tho appellaretur, primus poſt diluuium e terra emerſit. Ideo pro aqua Acheloum vſurpauit in georgi. Virgilius. Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit vndis cum Hercules pro Deianirę coniugio pugnauit primum ſub forma ſerpentis, deinde vt taurus cui cornu Hercules perfregit, quod exceperunt Nymphę et rebus omnibus repletum Cornucopię eſt appellatum, Hercules cum illud excepiſſet pro maritali dono Oeneo obtulit, vt in ſophoclis tragędia legitur, verum id fictum Strabo teſtatur, quoniam Hercules effluentem in campos Ætolos Acheloum in alueum reduxit. Truncа cui erant cornua abſciſſa. Semiuir occubuit, Neſſum centaurum intelligit, quem Hercules trucidauit cum in traijciendo Eueno flumine Deianirę vim inferre voluerit. Lernifero vene. ſagittis hydrę lernęę ſanguine infectis, ſaucius Neſſus occubuit. Sanguis equinus, Neſſus ſemiequus erat, quoniam centaurus, cuius ſanguis erat venenum. Sed quid ego hęc refero, aperit factum, vnde exprobratio hęc exorta ſit, ſed ita aperte, vt facti penitentia duci videatur, et pro culpę viſione de ſuo interitu deliberat. Venit fama, renunciatur. Tabe, veneno. Tunicę meę, diximus per Lycam puerum tunicam miſiſſe Deianiram infectam Neſſeo ſanguine. Impia, quę virum interimere potuiſti. Oeta, in Oeta monte Hercu. ad deos migraſſe diximus, qui Ætna pro incendio legunt, obſcuriſſimus diligentia vſi ſeipſos deceperunt.

VBER. MENS Fugit, magis ex conſuetudine loquendi hoc dicit, ꝗ ꝙ mens poſſit fugere, videtur enim ex aliquo timore animus et mens a nobis fugere, ergo fugit, ideſt horret. Admonitu, ideſt recordatione huius facti, ſcilicet, ne me relicta aliam accipias. Frigusque per. Virgilius. Gelidusque per ima cucurrit oſſa tremor. Languida, pigra, ad ſcribendum Me quoq; ſicut nunc Iolem ſine crimine, quia amaſti me vt coniugem, non vt adulteram, aut concubinam. Cauſa pugnę, quia bis pro me pugnaſti, ſemel aduerſus Acheloum, et iterum aduerſus Neſſum Achelous fluuius ex pindo Theſſalię monte ortus Ætolias ab Acarnania diuidit, vnde interdum Ætolię, ſiue Calidonis, interdum Acarnanum fluuius a poetis dicitur, vt eſt videre apud Ouidium libro octauo et nono metamor. vbi narrat quod hic dicitur, ꝙ mutatus in varias formas pugnauit cũ Hercu. propter Deianiram, primum enim in propria forma luctando ſuperatus vertit ſe in ſerpentem, et poſtremo in taurum cui Hercu. cornu auulſit, quod Naiades Nymphę diuerſis floribus et pomis refertum copię dicauerunt, ille prę pudore omnibus modis victus et cornu mutilatus intra ſinum fluminis ſe occuluit. Legit, colligit quaſi fracta. Tempora, caput, nam tempus partem capitis ſignificat. Trunca, mutilata. Limoſa, plena limo. Semiuir, centaurus, qui ex poſteriori parte erat equus, ex priore erat vir. Lernifero ve. nam vt ſupra diximus interfecta hydra lernea eius ſanguine ſagittas ſuas tinxit, vt mortiferum haberent ictum. Infecit, tinxit. Sed quid ego, fingit poeta inter ſcribendum nuncium allatum fuiſſe Deianirę de calamitate Hercu. Quid, ideſt ad quid quaſi dicat fruſtra, quia non poteris iam eſſe meus, quia audio te iamiam moriturum. Tabe, veneno. Hei mihi, conqueritur quod fuit cauſa huius tanti mali. Hercu. de quo tamen ſe excuſat, ꝙ amore compulſa ſit. Quo, ideſt ad quid impia inſtigat ſeipſam ad mortem. In media oeta, nam vt ſupra diximus in Oeta monte Theſſalię conſtructa fuit pyra, in qua Hercu. combuſtus eſt. Cauſa tanti ſceleris, ideſt mortis mariti tui. Eris ſuperſtes, ipſe vines poſt eum. q. d. abſit.

TVRP: A Ordo eſt. Hymen. i. deus nuptiarum ASCR aut torus, aut paranymphus, formoſus, ideſt decens (vt eſt ironia) iunget corpora turpia. i. ad turpe facinus, quia ad illicitos concubitus, ſicut atq; mala vites incidere falce nouellas, corpora inquã Ioles Eurytidos. i. filię Euryti deuicti. et Alcidę. i. Hercu. inſani, grauis eſt verſus, quia ſpondiacus et vocalibus non abſumptis impeditus, qui ironiam ſignificat aut pondus iniurię et dedecoris, cętera ſatis explicantur. Sed quid ego hęc refero ſcribenti nuncia venit fama. Bene ſcribēti, nam ſi antequã ſcripſiſſet, decreuiſſet propter id facinus ſeipſam interimere, fruſtra de pellice conquereretur. Tunicę. s. interioris, quam camiſiam vocant. Hei mi. ſic corydon. Heu quid volui miſero mihi perditus auſtrum. Floribus et liquidis immiſi fontibus apros.

Et quid adhuc habeo facti, cur herculis vxor
  Credar? coniugij mors mea pignus erit.
Tu quoq; cognoſces in me meleagre ſororem,
  Impia quid dubitas Deianeira mori?
Heu deuota domus, ſolio ſedet acrior alto.
  Oenea deſertum nuda ſenecta premit,
Exulat ignotis Tydeus germanus in oris,
  Alter fatali viuus in igne fuit.
Exegit ferrum ſua per pręcordia mater.
  Impia quid dubitas Deianeira mori?
Deprecor hoc vnum per iura ſacerrima lecti,
  Ne videar thalamis inſidiata tuis,
Neſſus vt eſt auidū pcuſſus arundine pectus,
  Hic dixit, vires ſanguis amoris habet.
Illita neſſęo miſi tibi texta veneno,
  Impia quid dubitas Deianeira mori?

VOLS. QVID Habeo facti, Terentiana locutio, quid di-gnum laude feci. Mors mea pignus erit, meo exi-tu fidem faciā me Herculi nupſiſſe. Cognoſces, ſci-es me non degenerare a noſtris maioribus. Im-pia quid du. verſus hic ſepe apponit quod fieri ſo-let in īprecationibus, aut in excantatione amato-ria, quale eſt apud Theocri. ē ex latinis. Virgi. Catullusq; hoc genere dictionis vſus eſt qđ intercalare, hoc eſt, qđ ſępius inter ali-os cōſereref, appellarūt. Deuota, ad exitiū dānata, quid ſit deuouere in eum ſu-ꝑiorē locum expoſui-mus diligentius, qui eſt, Huic tibi deuoto carmine dexter adeſt. Sedet, depreſſa ē ad extremam calamita-tem licet ampliſſimo faſtigio collocata vi-deretur. Deſertum, omnibus liberis or-batum. Exulat Tydeus, hic interempto Menalippo fratre in venatione Argos ad Adraſtum fugit, vt diximus. Alter Meleagrum ſignificat, quem Althea mater cum fatali ſtipite vſſit. Exegit ferrum ſua per pre-cordia mater, Althea cum penitentia ducere-tur, ꝙ ſua culpa Meleager occidiſſet, ſeipſam trucidauit, vt Diodo. ſcri. Pectus auidum, nimio amore inſa-num. Habet vires amoris. Neſſus monuit Deiani-ram, cum vellet ſibi Herculem conciliare, vt tunicā infectam ſuo ſanguine mitteret, quoniaꝫ amori s vim haberet, factum igitur excuſat ab hoſtis calli-ditate et puellari ſimplicitate, quaꝫ ſua morte tem-perare deliberat. Illita neſſeo, fatetur crimen, quod in ſanda morte penſandum eſſe conſtituit.

VRER. ET QVID Adhuc. alia cā quare debeat mori, di-cit. n. ꝙ cū nullū hēat certū ſignū q̄re ſit vxor Hercu-lis, ſi pp eum mortua fuerit, credet̄ eſſe eius vxor. Et qđ habeo. q. d. nihil adhuc, hucuſq;. Pignus, p-batio ꝯfirmatio. Tu quoq;, dicit ſe et dēre hoc fa-cere, vt videatur eſſe ſoror Meleagri, ꝙ ſicut ille pp amorē Atalātę mortuus eſt, ita ipſa pp amorē ipſi-us Herculis vult mori. In me. i. in morte mea. Sororē, ꝙ cognoſces, ꝙ te imitata ſum. Impia, verſus intercalaris dicit̄, ꝙ ſępius interponit̄, ſicut apud Vir. Incipe męnalios mecū mea tybia verſus, et ꝛc. Ducite ab vrbe domum mea carmina duci-te Daphnin. Heu deuota domus, moritura Deia-nira deflet, infoelicitatē ſuę domus, vt oſtdat ſe nō dēre dubitare qn moriat̄. Deuota execrationibus infoelix, nā (vt ſupra diximus) ſuper illum locum. Deuouit nati ſpemq; caputq; parens. Althea vitaꝫ et fortunas Meleagri filij execrata eſt. Acrior. i. acerbior et infoelicior. Alto ſolio. i. quanto maior fuit, tanto eſt infoelicior. Deſertum, a filijs derelictum. Nuda, Orbata. Tydeus germanus, frater meus. Oris regionibus. Exulat, abeſt a patria, naꝫ cuꝫ Menalippū fratrē inaduertenter occidiſſet, a pa-tria ſponte abijt, et venit Argos ad Adraſtū regē, q ei filiam ſuam Argiam vxorem tradidit, et Delphi-len Polynici, cuꝫ ambo caſu quodam in eius regiā veniſſent, et vidiſſet, eos eſſe, qs oraculi reſponſum ſi-gnificauerat, accepe-rat eniꝫ ex oraculo, vt eas daret Leoni et apro. Tydeus autem aprū ferebat inſigne. Polynices vero Leo-nem, itaq; ſecundum reſponſum oraculi eos ſibi generos dele-git, narrat igitur nūc Deianira Tydei exili-um. Alter, ſcilicet Meleager. In igne fatali, propter lignum ſiue torrem, queꝫ par-cę in natiuitate Meleagri Althee matri ſeruandū dederant, in quo vita Meleagri conſiſtebat, dicta eſt hęc fa-bula ſupra in epiſtola Briſeidis in eo loco, fratri-bus orba. Deuouit nati ſpemq; caputq; parens. Exe-git, tranſmiſit. Ferrū, enſem, ꝙ ſe interfecit gladio Dio. tñ ſcribit eam laqueo vitam finiuiſſe. Depre-cor, adiurat Herculem, ne credat eam hoc doloſe, aut inſidioſe feciſſe. Sacerrima, valde ſacra. Tuis thalamis, ꝙ haberes aliam mulierem. Neſſus nar-rat, quomodo fuerit decepta. Vt, ideſt poſtquam, auidus amans. Hic ſanguis, ſcilicet meus. Tex-ta, ideſt indumenta, a texendo dicta, ſubſtanti-uum eſt. Illita, infecta, tincta. Veneno Neſſeo, ſan-guine Neſſi, qui erat mixtus veneno Lernęo, vt ſu-pra dictum eſt.

ASCEN. IMPIA Quid dubitas, ſic Dido. Quin morere vt merita es, et eſt verſus intercalaris, ſicut ducite ab vrbe domum. Heu deuota domus, vt ſuperiores, vere oſtendit fatale et familię debitum quod pati-tur malum. Nam vt dixi deuotum dicimus quaſi voto addictum morti. Oenea accuſatiuus eſt a no-minatiuo hic oeneus, ſicut ab orpheus orphea, et in ſolo accuſatiuo corripitur penultima nominū in eius diphthongon exeuntium. In oris igno-tis, quia ad Adraſtum fugit. Alter, ſcilicet Melea-ger vel Meleagrus. Nam quę gręce exeunt in ros, apud nos exeunt in er et in rus, vt Meander. Teu-cer. Alexander. Tymber. Euander. Meleager. vel rus, vnde hic Meleagre dictum eſt in vocatiuo non per methateſim, ſicut Alexander vult, ſed a nomi-natiuo meleagrus. Deprecor, ideſt precor ne ſit. Nam precamur vt fiat quod volumus deprecamur ne fiat, quod timemus.

VOLS. IAMQVE Vale, laqueo parato, ad interitum, iamiam peritura ſalutat ſuos. Germana gorge, Gorge Oenei filia ex Althea, et Deianirę ſoror. Frater ademptę, non de Meleagro, qui iam perierat, ſed de Tydeo intelligit. Sed o poſſis, viro ſalutem optat, quem in Oeta iam veneno furere nunciatum erat. Et puer Hylle, is erat ex Deianira Herculis filius.

Iamq, vale, ſeniorq; pater, germanaq; gorge,
Et patria, et patrie, frater adempte meę.
Et tu lux oculi hodierna noniſſima noſtris,
Virq;(ſed o poſſis)et puer Hylle vale.

VBER. VALE, Deſerentis eſt. Gorge, erat ſoror Deianirę. Et patrias.s. Calydon. Frater, Tydeu. Adeptę ablate. Meę patrię, qui es exul. nam de Meleagro iam mortuo ſtultum eſt intelligere. Puer, ideſt fili Hylle, Hyllus enim filius fuit Herculis et Deianirę. Noniſſima, vltima, quia nõ quã ſum viſura aliã lucem. Sed vt poſſis ideſt vtinam poſſis. s. valere. Puer Hylle. i. fili Hylle, nã puer et ſeruum ſignificat, et eum qui eſt in ętate puerili, et filiũ, vt hic, exitus rei fuit quod prius q̃ Hercules mortuus eſſet Deianira (vt in argumento diximus) audita calamitate Herculis (de qua dictum eſt) laqueo vitam finiuit, vt ſcrib. Dio. Hyllus vero Iolen iuſſu patris Herculis poſt eius mortem vxorem dixit, et ex ea prolem ſuſcepit ſcribitur hęc fabula plene ab Oui. lib. ix. meta. et etiam deificatio Herculis, et multa quę ad hunc locum pertinent, quę breuitatis gratia non viſa ſunt narranda.



Ariadna Theſeo.

In decimam epiſtolam argumentum.

VOLS. MITIVS inueni quam te genus omne ferarum. Aglaoſthenes et ſcriptores Naxij duos fuiſſe Minoes ſcribunt et totidem Ariadnas, priorem Baccho in Naxo inſula nupſiſſe. Alterã vero a Theſeo deſtitutã, cũ Corynã nutricem ſequeretũ in Naxũ nauigaſſe. Alij vnicã Ariadnam e creta raptã fuiſſe ſcribunt, et in Naxo a Theſeo relictã laqueo vitam finiuiſſe. Alij Onaro Bacchi ſacerdoti deſertam a nautis nupſiſſe Ion chius ex Theſeo Ariadnam peperiſſe Oenopionem et ſtaphylum tradit Peon Amathuſius in ſua hiſtoria affirmat Theſeum cum Ariadna in cyprum inſulam eſſe vi tempeſtatis delatum, illamq; cum ſalo tabeſceret, incolis commendaſſe, poſtpaulo cum rediret extinctam repperiſſe, erexiſſeq; illi duas ſtatuas argenteam alterã, alteram aureã, ſacrificari q; inſtituiſſe quarto Kalendas ſeptembris. Ouid. vero cum Diodoro conuenit, qui ſcribit Theſeum cum Ariadnã e Creta ſoluentem in Naxon eſſe delatum, ſomnoq; admonitum a Baccho, vt Ariadnam relinqueret, dei timore perculſum puellam, cum altiſſimo ſomno premeretur, reliquiſſe, quamprimum igitur experrgefacta eſt cum Theſeum diſceſſiſſe intelligeret, hanc ad illum epiſtolam dediſſe comunentus eſt. Diodorus illud adijcit deductam a Baccho Ariadnam hic montem, qui Drios nuncupatur nũquã compăruiſſe.

MITIVS inueni ne et cartas fruſtra impleã, et auditori ſim faſtidio non enarrabo iterum fabulã minotauri, vnde pendet argumentũ huius epiſtolę, quoniã ſatis dictum eſt in ſecunda epiſtola Phyllidis ad Demophoonta ſuper eum locum et tauri mixtaq; forma viri, et item in argumentum epiſtolę Phędrę ad Hippolitum. Itaq; qui velit plene videre, illuc recurrat, quod autem ad hunc locum attinet, hoc eſt in ſumma. Cum ob leges a Minoe deuictis Athenienſibus impoſitas Theſeus in Cretam nauigaſſet. Ariadnę Minois filia eius ſpecie ac dedecore capta conſilium operãque dedit Minotauri occidendi, et labyrinthi egreſſum edocuit. Deinde cum Ariadne noctu clam recedens in inſulam appulit aliquando Diam, nunc vero Naxon vocitatam, vbi dicitur reliquiſſe Ariadnam, et ſine ea in patriã nauigaſſe. Quare fingit poeta eam derelictam ſcribere hanc epiſtolam ad Theſeum, et eum increpare de duritia et immanitate animi et ingratitudine beneficiorũ, quę ei commemorat, et poſt commemoratas etiam infœlicitates ſuas rogat eum, vt nauem flectat, et redeat ad eam recipiendam. — ABER.

ASCEN. MITIVS inueni, in quibuſdam exemplaribus principium eſt ab his verſiculis. Vlla relicta feris etiam nunc improbe Theſeu. Viuit et hęc ęqua mente tuliſſe velis. Sed non opinor eſſe Ouidianum, vt ſtilus indicat et ad ſonum aurium patet, neq; leguntur iſta duo carmina in antiquiſſimus et fidelibus codicibus, ſed in quibuſdam adulterinis, quę a grãmaticis addita eſſe cenſeo, Inſuper potuiſſet quiſquis eſt dicere, illa relicta feris, quaſi dicat quã feris dereliquiſti improbe Theſeu illa, viuit et hęc velis potius dicere et cum admiratione afferre, ſed ad auctorem accedamus.

Mitius inueni q̃ te genus omne fe
rarum,
Credita non vlli, q̃ tibi peius
eram.
Que legis ex illo theſeu tibi litto
re mitto,
Vnde tuam ſine me vela tulere ratem.
In quo me ſomnusq; meus male ꝓdidit, ⁊ tu
Per facinus ſomnis inſidiate meis,
Tempus erat vitrea quo primũ terra pruina
Spargitur, et tecte fronde queruntur aues.
Incertum vigilans a ſomno languida moui
Theſea preſſuras ſemiſepulta manus.
Nullus erat, referoq; manus, iterumq; retento,
Perq; torum moueo brachia nullus erat.
Excuſſere metus ſomnum conterrita ſurgo,
Membraq; ſunt viduo precipitata toro.
Protinus adductis ſonuerunt pectora palmis,
Vtq; erat e ſomno turbida rupta coma eſt.
Luna fuit ſpecto ſi quid niſi littora cernam,
Quod videant oculi, nil niſi littus habet.
Nunc huc, nũc illuc, vtroq; ſine ordine curro,
Alta puellares tardat arena pedes.
Interea toto clamanti littore Theſeu
Reddebant nomen concaua ſaxa tuum.

VOLS. MITIVS inueni q̃ te genus omne ferarum, in tota epiſtola ꝑfidie et ſeuitie expoſtulatio, q̃s a cõparatione in principio ſtatuit, clementius ſequit ſe mecum habuiſſent fere; et fidius cuſtodiſſent quaz Theſeus. Credita, tue fidei cõmiſſa, trãſlatio eſt a depoſito. Peius, maiori ꝑfidia. Ex illo litto. τόπος a loco, quez ſignat, ne forte ſacitez alio tranſlataz inueniſſe Theſeus exiſtimaret ſum inquit in ea ſolitudine, in qua me reliquiſti ſolam. Per facinus, purgat quod obijci potuiſſet, non mea culpa, ſed tua ꝑfidia relicta ſum. Tempus erat. Inuidiaz auget a tpe et circũſtantiis nam ipſe locus et ſacti ꝯditionem circũſcribit. Quo primum terra pruina, matutinum crepuſculum ſigt, quando terra leui rore in madeſcit. Incertum, que nõ olno eram expergefacta, ſed adhuc in ſomno lãgueſcebãt. Metus excuſſere ſomnum, timiditas ſomnũ excludit, ideo qui altiſſime dormiunt, ſi moleſta obijciantur ſomnia, vnde timere cogantur, a ſomno excitantur. Luna fuit, nondum omnino illuxerat dies. Specto ſi quid niſi littora cernas. mouet miſericordiam a cura. Concaua ſaxa, naturale eſt, vt Echo in locis concauis reſpondeat. Nam vt ſcri. Pli. voces reciproce fiunt ex percuſſo aere in montibus ſinuoſis et ꝯuallibus, qm̃ non eſt nauigandi liberrimus campus, ſed obiectu reflectitur.

VBER. MITIVS, Ideſt minus crudele. nam nulla fera mitis. Eſt credita. i. commiſſa tradita. Vlli, a'icui. ſiue hoi, ſiue fere. Vnde. i. ex quo. s. littore. Tulere, pro abſtulere. Sõnus. i. ſopor. Et tu. s. prodidiſti. Tps erat, dicit fuiſſe autũnale tpſ. Vitrea, ſplendida vt vitrum. Spargit, implet. Pruinis, hiuernalis. Iam lętifero cedente pruinis autũno. Incertum ſubaudiendũ eſt. vel pro incerte poſuit. Languida, cadentia et debilia. Preſſuras, tacturas. Semiſopita. i. ſemidormiens. puto tñ eſſe legendum ſemiſepulta, vt verſus ſtet, qð idẽ erit in ſenſu ſemiſopita vt Virg. in. vi. ęne. Tandem cuſtode ſepulto, vbi Seruius exponit. i. dormiente, cuz aũt ſopor corripiat primũ: vt apud Virg. Alituum pecudumq; genus ſopor altus habebat. Sopire et ſopitus primam ꝓducit. Oui. lib. vij. metamorpho. Soluerat alta quies nullo cum murmure ſerpens. Sopitus ſimilis nullo cũ murmure ſerpit. idem lib. ſupradicto. Peruigilez ſupeſt herbis ſopire draconẽ. Aduertendum eſt igitur ſemiſopita male legi, cum ſemiſepulta (vt diximus) legendus ſit, quod idez ſigt quod ſe ſomni ſopita, vt ex textu Virgilij patet. Nullus, pro nõ ponitur, quia de Iaſone ſolo intelligit, vel nullus, nec Iaſon, nec alius. Refero, iterum fero. Retento. i. ſepius tento. Excuſſere, expulere, vt violenter remouere. Precipitata, celeriter demiſſa. Viduo, derelicta a te marito meo. Sonuerunt. ꝓpter percuſſionem. Adductis, retractis. Vt, ideſt ſicut. Erat turbida, ideſt turbata et incompte a ſomno. i. ꝑ ſomnum, q̃ dormiendo turbantur capilli ab ordine ſuo, et cultu ſuo. Rupta eſt. i. dilacerata. Luna ideſt ſplendor lunę. Niſi ideſt preter. Vtroq; in vtrunq; partem, ſcilicet huc et illuc, ſine ordine, ideſt ſine ratione. Tardat, impedit. Puellares, ideſt meos, quę ſum puella, quia difficilis eſt curſus per arenam. Reddebant nomen, ſcilicet per Echo, ideſt per reſonationem, nam ηχεω gręce reſono, ſignificat. vnde echo dicitur vox, quę ex concauis et deſertis locis ex clamore redditur, quę aliquando ſecundum fabulas nympha fuit in ſolam vocem reſpondentem a Iunone mutata, vt ſcribit Ouidius libro tertio metamorpho. Clamanti, ſcilicet mihi. i. vocanti alta voce.

ASCEN. PEIVS, ideſt cum maiori malo. Eram, ideſt eſſem. Apud poetas fere eram pro eſſem aut fuiſſem reperitur, Virgilius georgicorum ſecundo. Etſi non alium late iactaret odorem. Laurus erat. Horatius ſermonum primo. Huic parco decies centena dediſſes. Nil erat in loculis, ideſt nil fuiſſet. Theſea preſſuras, Ordo eſt ego ſemiſopita moui manus preſſuras, ideſt vt premerent et contingerent theſea, ideſt Theſeum, ſed omnia facilia ſunt.

VOLS. LOCVS ipſe vocabat, Echo mihi reſpondebat. Ille locus ecce quantę ſeuitię arguit Theſeum, vt immoto Theſeo ad miſericordiā inalata concitet. Mons fuit, Drion vr ſignificare in quē a Baccho uelatā ariadnam diximus, vbi nunq̄ deinceps cō/paruit. Rari, quo minus viſum ipediret. Pendet

faciendi non faciat & fortem & audacem. Metior, cōtemplor. Meo proſpectu, meis oculis, proſpicere autem eſt procul.i.longe aſpicere. Inde ex eo monte. Nam ventis &c. parentheſis. Quoq; & ſicut te, fuerunt.n. crudeles, quia te cito auferebant. Precipiti, feſtino, aut certe cū

Et quoties ego te, toties locus ipſe vocabat,
Ille locus miſerę ferre volebat opem.
Mons fuit. apparent frutices in vertice rari,
Nunc ſcopulus raucis pendent adheſus aquis.
Aſcendo. vires animus dabat. atq; ita late
Aequora proſpectu metior alta meo.
Inde ego (nā ventis quoq; ſum crudelibus vſa)
Vidi precipiti carbaſa tenſa noto.
Aut vidi, aut certe cum me vidiſſe putarem,
Frigidior glacie, ſemianimiſq; fui.
Nec languere diu patitur dolor. excitor illo,
Excitor, & ſūma Theſea voce voco.
Quo fugis, exclamo? ſcelerate reuertere The(ſeu,
Flecte ratem, numerū non habet illa ſuum.
Hoc ego, quod voci deerat, plangore replebam,
Verbera cum verbis mixta fuere meis.
Si non audires, vt ſaltem cernere poſſes,
Iactatę late ſigna dedere manus.
Candidaq; impoſui longę velamina virgę,
Scilicet oblitos admonitura mei.
Iamq; oculis ereptus eras. tunc deniq; fleui,
Torpebant molles ante dolore genę.
Quid potius facerēt, q̄ me mea lumina flerent?
Poſtq̄ deſierant vela videre tua.
Aut ego diffuſis erraui ſola capillis,

ſcopulus, mari imminens abluit. Inde, ex monte, quē aſcenderam. Ventis cru. tres deos ſibi aduerſatos eſſe narrat, vētos, ſomnū, & fidem. Precipiti, vt me fugeres noto, vel ventos excepiſti precipiſſime nauigans. Aut vidi, a dubitatione monet miſericordiā fieri inquit poteſt, vt tuā nauim nō viderim, ſed volūtas me impulerit, vt te vidiſſe exiſtimarim. Quo fu. cū ſtomacho legendū verbum hoc inuidioſe poſuit. Suū numerū, deeſt .n. Ariadna. Plangore replebam, cum a clamore diſcedebā me, vt in ſūmo dolore fit, verberabam. Mixta, interdum & clamores cū verberibus cōfundebam. Iactatę manus, ne obliuione forte I cā eē, dicere, ſig̃ tibi dedi manibus late iactatis. Candida ve. ecce aliud ſignū, quo relictę Theſeum admoneret, ſuſtuli inq̄t longo trunco album velū. Iāq; oculis ereptus eras, firmat non putaſſe ſed oīno Theſeū abeuntē vidiſſe. Tū deniq; fleui, ereptus meis oculis, erupi in lachrymas, antea.n. prę ſtupore & cura flere non potui. Me, calamitatē et fortunā meā. Aut ego diffuſis πάθος a corporis hītu, auget.n. cōmiſeratio, ſi cū ſolicitudines noſtras expoſuerimus, corporis habitum, qui fortunam preſentem decat, ſubnectamus.

putarem me vidiſſe qr ſepe ex affectu aſ putamus nos videre ea, quę nō videmus. Frigidior glacie, hyperbole eſt.i.ſuper laudo.i. oratio ſupra verum. Semianimiſq; i.ſemimortua. Languere.i.ita eſſe ſtupida. Illo.ſ.dolore. Excitor, conduplicatio eſt. Summa, maxima. Reuertere. redi imperatiui eſt modi. Numerum ſuum. i.oēs qui in ea eē debent. Hęc ego ſcilicet dicebam. Plangore percuſſione. Verbera cum verbis, qr & clamabam, & feriebam pectus meū. Si nō audires. dicit ſe ēt feciſſe ſigna motu manuū vt ſaltem videretur a Theſeo. Iactatę, motę.iuu. A facie iactare manus. Velamina cādida, lineum pānus. Lōgę virgę.i.perticę. Scilicet, certe.q.d. hac ſola cā. Admonitura, reductura in memoria. Oblitos, te et ſocios. Ereptus oculis.i. non amplius videbaris a me. Tunc deniq; fleui qr antea clamaueram & me percuſſeram tm̄, nec potueram prę dolore lachrymari. Torpuerant, factę erant ſtupidę. Genę, oculi. Dolore, ppr dolorem. Quid facerent.q.d.nihil. Niſi flerent me.i. miſeriam meam, aliqui legunt te.i.diſceſſum tuū ſed melius me. Deſierant, ceſſauerant. Aut ego, dicit quid egerit poſteaquam non amplius vidit nauem Theſei. Erraui, huc illuc iui. Diffuſis ſparſis.

VBER. TOTIENS Locus ipſe vocabat, quia Echo reddit eadem verba. Ouid. in fabula Narciſſi, et equos et totidem quot dixit, verba recepi. Ferre opem quia quod tu volebas facere, ipſa faciebat vt mihi reſponderet. Mons fuit, deſcribit locum ex quo dicit ſe proſpexiſſe nauem Theſei, et eam vidiſſe. Frutices, arbuſculę. Adheſus, corroſus, & cauatus. Vires animus dabat, quia occurrebat, poſſet obſi I quo modo poterat aſcendere. dicit animus dabat vires, quia nemo eſt tam imbecillis et timidus, quem animus et mira cupiditas aliquid

MONS ERAT, Docet quam diligentiam fecerit in illo perquirendo, vt ſe inique deſertam probet. Pendet adheſus aquis, Non legatur adheſus, quia venit ab adendo, ideſt conſumor. Vires animus dabat, Memorabile verbum. VBER.

Verbis, quia percuſſit pectus. Quid potius facerent quam me mea lumina flerent, ideſt oculi mei quid potius deberent facere quam flere infortunia mea & ſollicitudines, quibus mirum in modum angebar.

Qualis ab Ogygio concita bacca deo.
Aut mare proſpiciens in ſaxo frigida ſedi,
Quamq; lapis ſedes,tam lapis ipſa fui.
Sępe tor꜖ repeto,qui nos acceperat ambos
Sed non acceptos exhibiturus erat.
Et tua,q̃ poſſum,pro te veſtigia tango,
Strataq;,q̃ membris intepuere tuis.
Incũbo, lachrymiſq; toro manante profuſis,
Peſſimus,exclamo te duo.redde duos.
Venimus huc ambo,cur nõ diſcedimus ambo,
Perfide pars noſtri tectule maior vbi eſt?
Quid faciã,quo ſola ferar,vacat inſula cultu,
Non hoĩum video,non ego facta boum.
Oẽ latus terrę cingit mare nauita nuſq̃ eſt,
Nulla per ambiguas puppis itura vias.
Finge dari,comiteſq; mihi, vẽtoſq; ratemq;,
Quid ſequar, acceſſus terra paterna negat
Vt rate fœlici pacatã perę quora labar,
Temperet vt ventos Aeolus,exul ero.
Non ego te Crete centum digeſta per vrbes

VOLS. QVALIS Ab ogygio, cõparatione demonſtrat qualis fuerit Ariadna. Concita baccha, bacchi ſacerdos numinis furore concita paſſis crinibus ſine ordine fertur,qualr in metamor. Aganem deſcribit. Ogygio deo,bacchũ ſigt,cuius noie Thebas claras eẽ Plu.ſcri.Ogyges regnauit,a quo Thebani Ogygij dicti ſunt. Lapis ſedes,non minus erã ego, quę ſedebã lapis q̃ ſaxum, quod mihi ſedem prębuerat. Sepe torum repeto,per ſiſtit adhuc in ea oct ra꜖ expõne. Tua veſtigi. quę ſigna toro dereliquiſti. Strataq; ſtrata vt Vlpianus ẽ labeo diffiniunt,quę ſternuntur oĩa veſtimenta dicimus veſtes ſtragulas, et peri ſtromata.Preſſimus exclamo tedio πο… ab allocutione ad rem inanimatam. Vacat inſula,cultu, licet hiſtoriam vertere, vt moueat orator tradit cic.Ideo vt a ſolitudine miſericordiam ꝯcitet culto ribus Naxon Vacare dicit, cum ea tempeſtate eſſet cultiſſima, nam multo ante Butes Borrę filius ea꜒ inſulam tenuit ,cum Lycurgi fratris inſidias fugeret,cũq; antea inſula Strongyle vocaretur.Diam appellarunt, poſtpaulo cum thraces illam deſeruiſſent, cares ex lamia profecti duce Naxo inſulam occuparunt et a duce Naxon appellarunt. Non ego facta boum, hoc oino hiſtoria non caret, na꜒ l꜒ inſula viribus feraciſſima ſit.Diodorus tñ ſcribit ſiccitate a Thracibus fuiſſe deſertam Finge dari comiteſq; mihi, figmento vtitur, quod genus allocutionis hermogenas πλάσμα, hoc eſt figmentum appellat, eſto. (inquit)vt ſint mihi parata nauigia ad nauigandum. Terra paterna,in patriam reditus non dat. Temperet vt ventos, l꜒ Æolus ſecundos emittat ventos. Non ego te crete,hac allocutione ad patriam qua ſe frui nõ licere,dicit πάθος excitat. Cẽtũ per vrbes,cẽtũ vrbibus habitatam Cretẽ Hora.ſcri.

Tam lapis fui.i.ita fui frigida et ſtupida vt eſt lapis,ſicut lapis fuit ſedes mea. Repeto tor꜖, reuertor ad lectum. Exhibiturus, redditurus. Per te,loco tui.ſtrata culcitrã lecti a ſternendo dicta.Ouid in.i.de amo.Eſſe quid hoc dicam quod tam mihi dura videntur,ſtrata. Intepuere, incaluere, quia illic cubuiſti. Incubo.s. ſtratis.i. ipono os meum ſup lectu꜒. Profuſis,largiter effuſis. Manante,fluente,et madido. Duo ego et Theſeus. Maior pars nĩl, q꜓ maritus maior eſt vxor. Lectule,ꝯtumelię et indignationis cauſa diminutino vſa eſt. Quo ferar.i.quo ire debeo. Vacat,caret. Cultu, vel cultura terrę,vel certe habitatione facta. Hominum,vt ſunt ędificia facta. Boum vtpote terras cultas. Cingit circundat. Omne latus.i.omnem parte꜒. Nauita.i.nauta,eſt autem ἐπένθεσις .i. extenſio dictionis. Ambiguas, dubias, quales ſunt vię maris. Finge, ideſt pone.i.ponatur, ꝙ ego inuenirem comites, et naues quo tamen ire deberem. Quid, ideſt ad quem locum. Acceſſus,ideſt aditus. Vt, ideſt quãuis. Labat,ideſt nauigem,et celeriter eam Virg.in.tertio ęneidos.Et tamen hanc pelago pręter labere neceſſe eſt. Temperet ventos,ideſt licet det mihi ventos ſecundos. Exul ero , ideſt non debeo tamen quo eam. Non ego,dicit non licere ſibi adire Cretam,in qua regnabat pater ſuus,quia eum prodiderat,et vt ſupra diximus, clam eo diſceſſerat. Digeſta, diuiſa. Per centum vrbes, habebat enim olim Creta centum vrbes.

VBER. QVAlis,Facit comparationem, dicit enim ſe ſic precipitem curriſſe,ſicut currunt ſacerdotes Bacchi cum dei ſui numine ſtimulantur. Baccha, mulier Baccho ſacrificans. Concita, commota.
Adeo ogygio, ideſt a baccho thebano . Ogyges rex fuit Thebanorum,bacchus autem ex Semele filia cadmi,qui thebas condidit natus eſt, vt ſcrib. Ouid.in metamor.Bacchę autem ſolent precipites huc illuc currere.Phedra ſupra. Nunc feror vt Bacchi furijs eleides actę. In ſaxo,in monte ſaxeo.

ASCEN. QVAMQVE Lapis.Ordo eſt, vt ipſa,ideſt ego fui, tam.i.tm̃ lapis. ideſt dolore indurata et amens, ac ſine ſenſu effecta,q̃.i. quantum, ſedes fuit lapis. Vacat inſula cultu.Non eſt reſpiciendum ad hiſtoriam,na꜒ l꜒ inſula non vacabat, viſa eſt tñ vacare amanti,vel q꜓ ſine amato erat , ſolent enim amantes ſe ſolos dicere cum ſine amatis ſint, vel q꜓ prima luce nullos viderat cultores. Non bolu꜒ video non ego facta boum,q꜓ in littore erat. Oẽ latus,docet ſe in iniquo loco deſertam, quia i inſula vnde ſine nauibus exire non detur, nec tamẽ vllę occurrunt naues . Finge dari,ſic Dido. Quis me autem,fac velle ſinetur &c.. Te crete, grece,nã latine Creta dicitur. Centum digeſta,ęneidos.iij. Centu꜒ vrbes habitant magnas vberrima regna.

Aſpiciam,puero cognita terra Ioui
Nam pater et tellus iuſto regnata parente,
Prodita ſunt facto nomina cara meo.
Cum tibi ne victor tecto morere recuruo,
Quę regerent paſſus,pro duce fila dedi.
Cum mihi dicebas.per ego ipſa pericula iuro,
Te fore.dum noſtrum viuet vterq, meam.
Viuimus,et nō ſum Theſeu tua,ſi modo viuit.
Foemina periuri fraude ſepulta viri
Me quoq;,qua fratrē,mactaſſes īprobe claua,
Eſſet quam dederas,morte ſepulta fides.
Nūc ego non tm̄,quę ſum paſſura,recordor,
Sed quęcūq; poteſt vlla relicta pati.
Occurrunt animo pereūdi mille figurę,
Morſq, minus poenę q̄ mora morti s habet.
Iamiam venturos aut hac, aut ſuſpicor illac
Qui lanient,auido viſcera dente,lupos.
Forſitan et fuluos tellus alit iſta leones.
Quis ſit,an hęc ſęuas infida Tigres habet?

VOLS. PVERO cognita terra Ioui. Arati carmen eſt, q̄ Germanicus Cęſar latinum fecit,eo indicat Iuppiter in Creta nutritus, cum de cynoſura et helice loquitur quę Iouis nutrices ferunt. Creſia vos tellus aluit moderator Olympi. Donauit cęlo,meritū cuſtodia fecit.Quod fidei comites prima i cunacula magni. Fouerūt Iouis attonitę cū furta parentis. Ærea pulſantes mendaci cymbala dextra. Vagitus pueri patrias ne tangeret aures. Dicta excercerent dominę famuli coribantes. Iuſto parente. Minos cretenſibus leges dedit,vt ſcri.Dio. Tecto recuruo,labyrinthus intelligit,quez Ariadnes beneficio reſoluis ſe Theſeum diximus. Dedi fila pro duce, nō mō fila,vt Dedalus mōſtrarat ad reſoluendū labyrinthū ſed coronam quā a Baccho accepiſſe ſcribit Higinus, cuius fulgore loci tenebras ſuperaret. Per ego ipſa pericula iuro,iuſiurandū repetit, vt p̄fidię honeſtior videretur expoſtulatio, eſt inquit fides iureiurando firmata. Non ſum tua, qm̄ deſtituta ſum. Si modo viuit foemina, negat ſe viuere poſſe in ea ſolitudine,de coniugio ſpoponderat Theſeus,ipſa pulcherrime apud Catullum his verbis queritur.At non hęc, quoniam nobis p̄miſſa dediſti.Voce mihi,neq; hoc miſerę ſperare iubebas. Sed connubia lęta,ſed optatos Hymenęos.Quę cūcta Nerei diſcerpunt irrita venti. Me quoq; mactaſſes,a lęti genere mouet πάθος. Fratrem. Minotaurū intelligit,quem Theſeus interemit. Soluta,non decepta Nam ego nō tm̄ cōmiſeratio eſt, quę excitaret recordatione eorum,quę nobis ratione p̄ſentis caſus grauiora poſſunt accidere. Quę ſum paſſura,mortē indicat, de qua forte deliberauerat. Morſq; minus pęnę, moleſtius eſt mihi viuere diutius q̄ ſi confeſtim interirem. Nam poſtq̄ deſtituta eſt a Theſeo ſe vixiſſe negat. Confecta enī ea dolore horis ſingulis interibat. Iamiam venturos,exponit q̄ viuendi morem moleſte faceret. Timeo inquit lupos ne me lanient. Fuluos leones in Naxo,immo in Europa nō ſunt leones, vt Ariſtoteli placet,niſi ad Acheloūm amnem, in Aphrica tamen ſunt ferociſſimi et ſyria,quos tamen ferocia affirmant ſuperari ab his , qui in Europa gignuntur. Tigres habet,in Naxo non proueniunt tigres quas indi hircani mittunt . Octauius manſuefactam populo Romano oſtendit.

VBER. COGNITA Ioui puero,q̄ Iuppiter illic nutritus eſt,diximus ſupra in epiſto.Phędrę. Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula Cretę. Regnata,participiuz ſine verbi origine. Nomina cara, ſcilicet pater et patria. Prodita,decepta.Offenſa. Cum tibi,dicit prodidiſſe et patrem et patriam vt prodeſſet Theſeo, cum ſubaudi tūc ſcilicet ſunt prodita cū dedi fila , quę regerent paſſus. Pro duce.i.loco ducis, qui te duceret. Ne tu vi.ſcilicet a Minotauro. Morere,peri res. Tecto recuruo, periphraſis labyrinthi ſic ſupra.Phędra, Curua meę fugit tecta ſororis ope. Iuro.verba qbus vtebat Theſeus in Ariadnē. Fore.i.futurā. Dū, ideſt donec. Si modo viuis, ad ſeipſam conuertit ſermonez Ariadne corrigens qd dixerat viuimus. Vult enim hoc dicere viuimus ambo.Si modo o miſera foemina Ariadne potes tu dici viuere, quę es ſepulta fraude Theſei. Sepulta,ideſt quaſi mortua , non q̄ eſſet ſepulta. Mactaſſes,deeſt vtinam, Qua fratrem.ſ.mactaſti,hoc eſt Minotaurum. Soluta,liberata quia fides et obligatio coniugij ſoluitur ipſa morte. Quę ſum paſſura.i.quę ſunt mihi caſura. Vlla reli.ſicut ego. Occurrunt,offerunt. Pereundi mil.fi.mille formę. Morſq; minus.i.minus graue et pęnoſum eſt mori, q̄ expectare et tardare ipſam mortem. Mora,ideſt dilatio. Iamiā, mox ſubito. Aut hac,aut illac.i. ex omni parte inſulę. Viſcera.mea. Auido,famelico. Iſta, pro hęc. Fuluos,a colore,naz vt Aulus Gel.ſcribit fuluus ex Viridi et ruffo conſtat,datur autem hoc epitheton fuluus et auro et leonibus. Quis ſcit.i quis poteſt ſcire cum nemo hic habitet. Sęuas tigres.i. feras et nimium crudeles ,abundant autem apud hircanos et indos nimis tremendę velocitatis, de quius natura ſcribit Pli.libro.viij.

ASCENS. COGNITA Terra Ioui, ibidem.Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto. Nomina cara, ſcilicet pater et patria. Me quoq; mactaſſes, ideſt mactare debuiſſes,ad vtinam mactaſſes quoque,ideſt etiam me claua ſup.ea,qua ſupple mactaſti fratrez ſcilicet Minotaurum,quia tunc fides,quam dederas ſancta p̄miſſio eſſet ſoluta morte:ſcilicet mea. Forſitan et fuluos,bene dubitat,vt foemina loci imperita,et non eſt error poetę , ſi leones ac tigres non habet inſula illa.

Et freta dicuntur magnas expellere Phocas
  Quis vetat et gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiua cathena,
  Neue traham ſerua grandia penſa manu.
Cui pater eſt minos, cui mater filia phębi.
  Quodq; magis memini, quę tibi pacta fui.
Si mare, ſi terras, porrectaq; littora vidi,
  Multa mihi terrę, multa minantur aquę.
Coelum reſtabat. timeo ſimulachra Deorum,
  Deſtituor rapidis pręda, cibuſq; feris.
Siue colunt, habitantq; viri, diffidimus illis,
  Externos didici lęſa timere viros.
Viueret Androgeos vtinam nec facta luiſſes
  Impia funeribus Cecropi terra tuis.
Nec tua mactaſſet nodoſo ſtipite Theſeus

VOLS. MAGNAS Phocas, mõſtra marina ſunt Phocę. quos vitulos marinos dicimus altiſſimo ſomno p̃muntur, vt ſcribit Plinius, eius pellem fulmine afflari negant. Tantum ne religer. ſeruilem cõditionem de tractat, cui omne genus mortis p̃ponit. Cui pr̃ eſt Minos. cõmemoratione priſtinę fortunę propoſitum tuetur. Simulachra deorum. aſtra deos appellat vt ſtoicis placuit, q̃ ferarum imaginibus cęlo deformata viſuntur. vt apud germanicum Cęſarem licet intueri. hoc non caret hiſtoria. nam. Ariadna cum corona in cęlo tranſlata dr̃, coronaq; tm̃ cõſpicitur. Viueret androgeos. Is fuit vnus ex minois liberis, quem Ægeus Theſei pater interemit, cũ dubitaret, ne Athenienſe imperium cum filijs Palantis, quorum amicitia fruebatur, ſibi adimeret, vnde coacti ſunt Athenienſes, vt Minoi penas p̃derent, annis ſingulis, mittere pueros ſeptem et totidem virgines, vt minotauro deuorandi traderentur, cum ſors Theſeo p̃tingit, beneficio Ariadnes Minotaurum reſoluto labyrintho trucidauit. vtinam (inquit) Athenienſes nõ interemiſſent androgeum, quoniam tu ad perimendum minotaurum nõ nauigaſſes, nec ego deſerta quererer. Hęc exoptatio ad mouendũ commiſerationem maxime accõmodata eſt, qualis illa eſt Virgilianę Didus. Felix o nimium felix. ſi littora tantum. Nunq̃ dardanię tetigiſſent noſtra carinę. Funeribus tuis. corporibus tuorum et puerorum et virginum. qui tradebantur minotauro deuorandi. Ariſtoteles tñ negat mactatos eſſe. ſed ſeruorum loco habitos. Dein de miſſos a cretenſibus delphos. cũ ſibiipſis victum miniſtrare non poſſent in Italiam migraſſe, tenuiſſeq; iapygiam. Deinde in Thraciam reuertentes Botheos eſſe appellatos. Terra cecropi. Atticam intelligit, quam cecrops tenuit.

VBER. EXPELLERE, ideſt eijcere in ſiccum. Phocas. i. vitulos marinos. ita. n. dicuntur a nobis, q̃liet inter aquatilia nominantur. tamen et pilo veſtiuntur, & animal pariunt, et in terra noctu dormiunt. Virg. iiij Geor. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore phocę. nullum autem aĩal teſte Plinio grauiore ſomno premitur, inde iuuenalis dixit. Eripiunt ſomnũ druſo. vituliſq; marinis. Quis vetet, quaſi dicat nullus, põt. n. venire aliqs, q me gladio trãsfodiat. Tantum. q. d. ſupradicta non multum curo. Tantum, ſolũmodo. s. timeo. Ne religer. i. abducar ligata tanq̃ captiua. Ne traham, ex colo deducam. Penſa, lanas ad penſum datas. Manu ſerua. i. ſeruili. Cui. i. ego cui. Minos habet, emphaſim q. d. filius iouis & europę, rex cretę. Mater. de Paſiphę filia phębi dictum eſt ſupra in epiſtola Phędrę. Quodq; magis. i. quod plus eſt. Quę fuit pacta tibi. i. quę fui ſponſa tua. pluris enim hoc facio q̃ patris et matris genus. Si mare. dicit ſe vndiq; videre ſibi parata pericula. Porrecta, extenta, longa. Multa. s. mala et pericula. Cęlum reſtabat. s. vnde non eſſent mihi pericula. Simulacra, figuras, in quas vel dicuntur ſe mutare. Pręda, rapina. Cibus eſca. i. deſtituor rapienda aut deuoranda a feris. Siue colunt. i. ſi etiam habitant. Diffidimus. i. non fidimus. Externos. i. hoſpites. Lęſas. s. a te q̃ nunc timeo, ne omnes noceant mihi, ſicut tu nocuiſti. Viueret androgeos. muliebre eſt, vt ſępius diximus. lõge repetere cauſas ſuorum malorum. ſic in prima epiſtola Penelope. O vtinam tũc cum lacedęmona claſſe petebat etc. dicit igitur quod poſſet optare. quod androgeos frater ſuus nunq̃ fuiſſet interfectus inuidia athenienſium, q̃ Athenienſes non coacti fuiſſent victi a Minoe mittere ſeptem corpora filiorum & ſeptem filiarum quot annis ad minotaurum, vt ſupradictum eſt, et ſic Theſeus nunquam veniſſet in Cretam, & per conſequens ipſa nunquam fuiſſet ab eo decepta. Androgeos, nominatiuus eſt atticus, cuius vltima longa eſt, quia eſt omega. fuit autem filius Minois et Paſiphes, qui cum eſſet fortiſſimus athleta ab athenienſibus per inuidiam interemptus eſt. ob quã cauſam Minos contra eos bella mouit. et victis eas leges impoſuit, quas ſupra diximus. O terra cecropi. i. athenienſis, eſt autem vocatiuus a forma patronymica Cecropis Cecropidos, fuit autẽ Cecrops rex Athenienſium, qui primus apud eos maris et foeminę legitimam coniunctionem inuenit. ex quo finxerũt eũ fuiſſe geminę naturę ab eo Athenienſes Cecropidę dicuntur. Luiſſes. ſoluiſſes. purgaſſes. Impia fata. i. crudelem mortem androgei. Funeribus tuis. i. mortibus tuorum. Stipite. trũco.

ASCEN. CVI Mater. filia phębi. s. Paſiphę Solis filia. Siue colunt. Sic primo ęneidos. Qui teneat. nam inculta videt, hões ne ferę ne. Viueret Androgeos vtinam. Is eſt de quo ſexto ęneid. In foribus letum androgeo. et credo hic legendum eſſe Androgeos. Nec facta tuliſſes. ideſt exitium tuorum. Cecropi terra. patronymicum pro patrio hic cecropis huius cecropidis. in vocatiuo o cecropi, vt hic.

Incipit Liber Secundus.

SI qua tamen cęcis errabunt
scripta lituris,
Oblitus a dominę cęde libel-
lus erit.
Dextra tenet calamũ, strictũ tenet altere ferrũ,
Et iacet in gremio charta soluta meo.
Hęc est Aeolidos fratri scribentis imago,
Sic videor duro posse placere patri.
Ipse necis cuperem nostrę spectator adesset,
Auctorisq; oculis exigeretur opus.

VOLS. SI QVA Tamen cęcis errabunt scripta lituris. Impfectum dicendi genus, vt quereret ppinqua nece inchoare deceat, relinquit enim alio coniiciendum magis q̃ verbis explicari possit, sunt et vocabula, q̃ cum principijs conueniunt, vt q̃q̃ si, et si, etc. id genus alia sibi subijci desiderant. A.a q̃ tñ subijcimus, vt etiam vero, &c. Sed qui elegantius locuti sunt, cum aut indignationem, aut dolorem exprimere voluerunt, vt iratum esse, aut querelas significantiũ ondere, quibus honeste inchoare nõ conuenit, ab his sumpsere principia, vt Virgiliana Iuno ad Venerem cum indignatiõe loquitur. Egregiã vero laudẽ, et ad ęneã Dido, dissimulare et sperasti pfide tãtum posse nefas, et in tristibus Ovi. Ergo erat in fatis Scythiam quoq; visare nostris Canace quoq; cum scriberet, cum ante oculos gladium a patre missum, vt illo se perimeret hiret, vt dicebat principio abrupto vsa est. Si q̃ tñ inquit cęcis errabũt scripta lituris, in hoc principio tacetur, quod pcedere debuit. i. decreui ante necem ad te scriberi, tñ si litterarum notę quo quo modo oblitterate fuerint, scias id cadentis canaces sanguine obligisse. Libellus, libellum pro epistola vsurpat. Dextra tenet calamum, ab corporis habitu πάθος concitat. Ferrum, ensem significat ab Aeolo missum. Aeolidos, de se loquitur, perinde atq; de alio narret, is est inqt habitus Canaces Aeoli filię. forma hęc nominum, vt Phyllis, ęneis, Thebais, Aeolis et Aeolidos. Duro patri, Aeolum prem in odium trahit, dum illius crudelitatem exponit. Opus exigeretur, mandata efficerem, hoc est me ipsam perimerem. Oculis auctoris, Aeolum significat, qui necis causam prębuerat.

VBER. SI QVA Tamen, ex qua vxore Aeolus rex ventorum susceperit canacem et Macareũ, mihi incertum est, sed tamen et Seruio teste et Ouidio in hac epistola scribente patet eos Aeoli filios fuisse, qui cum turpiter se amarent, et consanguinitatis pretexta ingentem culpam concubuissent. Canace ex eo concubitu concepit, et peperit filium. quem cum clam e regia per nutricem emitteret, vt aleretur, infoelix infans se suo vagitu prodidit avo, qui tanto offensus scelere, iussit infantem innocuum exponi canibus, gladium vero per satellitem misit, quo illa pro meritis vteretur, quo se interfecisse creditur. Macareus pęne et irati patris metu territus ex patria aufugit, creditur q; factus sacerdos delphici apollinis. qui postea verbis oraculi Orestem in cędem Pyrrhi obraptas Hermionem hortatus dicitur, interea deprehenso scelere canace priusq̃ moreretur, fingit poeta eam scripsisse hanc epistolam ad macareum qua ei narrat casum suum, et iram patris, et postremo rogat, vt colligat ossa sua et infantis, et in vna vrna ea recondat. Si qua tamen, sunt qui existimant hic aliquid deesse, quia tamen non videatur conueniens principio. et in quibusdam codicibus inueni hos duos versus. Aeolis Aeolidę, quam nõ habet ipsa, salutem. Mittit, et armata verba notata manu. Duobus tamen codicibus meis vetustissimis hi versus non leguntur, quod autem ante tamen videat aliquid esse preponendum, plerunq; magis fit in sensu q̃ in verbis. nam intelligitur. mitto tibi hanc epistolam. Tamen si qua scripta, idest si alique partes mee epistolę. Errabunt idest vacillabunt, et non habebunt rectum ordinem. Lituris, signis literarum a linendo, vel maculis. Cęcis, obscuris, quę non bene possunt legi. Libellus, epistola, vel charta. Oblitus, foedatus. A cęde, propter cędem. Dominę, idest mei Canaces. Dextra, describit casum suum. Ferrum, ensem. Metonymia. Strictum, nudum. Iacet, sedet, posita est. Soluta, aperta. Hęc est imago, hęc est forma, in qua tu potes cõsiderare me esse. Aeolidos, mei canaces quę sum filia Aeoli. Si hac forma, scilicet ense nudo, parato ad necem meã. Duro, crudeli, adducit autem eum in odium cõmemorans eius crudelitatem. Ipse scilicet pater. Spectator qui videret. Opus, idest cędem meam. Exigeretur, perficeretur. Oculis, idest in conspectu. Auctoris, scilicet patris qui est auctor et causa, vt me interficiam.

ASCEN. SI QVA Tamen, Est et huic epistolę pannosum nescio cuius assumptum principium tale. Aeolis Aeolidę, quam non habet, ipsa, salutem. Mittit, et armata verba notata manu, quod pannosum dixi, quia non cohęret sequentibus, detrahitq; artificio poetę, qui cunctabundam inducit mulierem ex abrupto epistolam inchoasse correspondentem ad ea, quę animo pręmeditata fuerat, videlicet iamiam meipsam interfectura sum, sed ne penitus inhumata et mea et nati feris exposita maneant ossa, scribam in hoc statu ad fratrem, et significabo illi mentem meam. Si qua tamen, et cętera. Oblitus, media sine penultima breui ab obliuior. vnde Doctrinale. datq; lino li ni vel leui, deinde litum dat. ab obliuiscor autem oblitus mediam producit.

Lituris cęcis, idest obscuris illegibilibus.
Libellus, idest epistola.
Cęde, idest sanguine per cędem effuso.

Vt ferus eſt, multoq; ſuis truculentior euris,
Spectaret ſiccis vulnera noſtra genis.
Scilicet eſt aliquid cum ſeuis viuere ventis,
Ingenio populi conuenit ille ſui.
Ille Noto Zephyroq; et Sithonio aquilon
Imperat et pennis eure proterue tuis.
Imperat en ventis, tumide non imperat irę,
Poſſidet ꝛ vitiis regná minora ſuis.
Quid iuuat admotam per auos nomina cęlo
Inter cognatos poſſe referre iouem?
Non minus infeſtum funebria munera ferrũ
Fęminea teneo non mea tela manu.

VOLS. VT FERVS Eſt, particula vt interdũ tp̃s ſigt.vt Virg.illud Turnus vt infractos aduerſo Marte latinos.in aſinaria Plautus p quantũ vſurpauit,cũ Argyrippus dicit,vt veſtrę fortunę mei procedunt labare longe qui hodie nunq̃ ad veſperum viuaꝫ, hoc loco cum ſimilitudinẽ exprimat,ita carminis ſcentia ſterijt Ouid. vt illud in Oratore Ciceronis eſt cum dicit.vt quiſq; optime grece ſciret, ita ẽ nequiſſimum. Hic locus nos admonet,in hac iunctura duarũ particularum, ita et vt nõ ſemper gradibus reſpondere debere,vt quibusdaꝫ placuit.Naꝫ Ouid. ſiccis non ſiccioribus genis dixit, vt eſt inquit crudeliſſimus, ita meam cedeꝫ nõ lachrymabũdus inſpiceret. Scilicet eſt aliq̃d.ſ.ſi cum acerbitate aliqua quideꝫ efferat,qd dicimus negat,vt eſt apud Virg. ſcilicet is ſupis labor eſt,et in andria Terẽtij,id curat populus.ſ.qd ita dictum eſt,vt nec dij, nec populus curare hoc loco affirmet,vt ſi pfecto multũ eſt. Ingenio,violentię,ſunt enim venti inexorabiles et immites.idõ poetę ſurda freta ſolent.appellare, qm̃ orantium pces non audiãt ventoꝝ rabie impulſa, et Ariadne dixit. Vos quoq; crudeles venti. Populi ſui,ventos ſigt.quoꝝ imperium Æolo Homerus aſſignat,qd ideo putaſſe veteres exiſtimo, qm̃ vti velis nautas edocuerit, et ſcierit Aeolus ex exhalatione, quę ex antris Aeolijs emergebat, qui venti eſſent ſpiraturi. Sithonio,eſt Thracia ad ſeptentrionem expoſita.vñ ſpirat Aqlo.quã diximus vetuſtiſſimo vocabulo Sythonẽ appellatam. Ouid. q̃tuor illos ventos poſuit,quos obſeruauit antiquitas.et Home.in odyſſea commemorat,cum multos alios obſeruauerit poſteritas.vt apud Pliniũ.et Vitruuium licet legere. Tumidę non imperat irę, Suam violentiã moderari neſcit is cohibeat ventorum rabiem. Vitijs tuis,patri vitio dat crudelitatẽ.Supat inqt vẽtos aſpirãte et ſęuitia, qbus impat.

VBER. TRVCVLENTIOR, ſęuior. Suis, qui ſunt ſub imperio ſuo. Spectaret ſiccis.i.videret cędem meã ſine vlla effuſione lachrymaꝝ. Scilicet,arguit a cõſuetudine.i.ↄuerſatione dicit ꝙ q: verſatur et viuit cum ventis,qui ſunt ſęui,ipſe q̃ eſt ſęuus,et conuenit naturę ventorum. Conuenit, facit. Ingenio, naturę. Sui,populi.i.ventoruꝫ. Ille noto,enumerat quattuor ventos. Noto,notus ſine aſpiratione ventus eſt meridionalis humidus et pluuius, q a noſtris auſter dicitur,zephirus autem occidentalis eſt, qui latine fauonius dr̃. Aquiloni.i.boreę. qui ab aquis diſcutiendis dicit̃ aqlo latine. Sithonio,threicio,flat.n.ex thracia,ſithõ,aũt vt in ſecunda epiſtola diximus, mons eſt thracię. Eurus, eſt ventus orientalis,de his omnibus ventis cardinalibus.Ouidi.lib.i.metamorpho.Eurus ad auroram nabatheaq; regna receſſit. Perſidaq; et radijs iuga ſubdita matutinis.Veſper et occiduo, quę littora ſole tepeſcunt. Proxima ſunt zephyros. Scythiam ſeptemq; triones. Horrifer inuaſit boreas, contraria tellus. Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab auſtro. Pennis,quia venti dicuntur habere alas. Vnde ipſe lib. vi. metamorph. de borea adducente orithiam dicit, pallida caligine tectus. Orithyã amans fuluis complectitur alis. Tumidę, quę tumidum facit. minora ſuis vitijs,quia poteſt reprimere ventos. qui ſunt ſub regno ſuo, vitia autem ſua,ideſt iram non poteſt coercere. Quid iuuat admotam,ſic legendum eſt, non autem ad mortem,eſt autem ordo et ſenſus. Quid iuuat, ideſt quid prodeſt,me admotam nomina proauorũ, figurate ideſt habentem nomina proauorum admota, ſicut oculos ſuffuſa nitentes. Admota, ideſt appropinquata. Poſſe referre,ideſt enumerare. Iouem inter cognatos, ideſt poſſe dicere, ꝙ iuppiter ſit de gente mea. Aeolus autem non Hippotę filius fuit, vt quidam male exiſtimant, ſed nepos, natus eſt enim ex ſegeſta filia Hippotę Troiani et Ioue, hęc eadem ſegeſta a Criniſo fluuio Sicilię compreſſa genuit Aceſten, qui poſtea in Sicilia regnauit. Non minus, ideſt nihilominus, ſcilicet licet ſim de gente Iouis. Munera funebria, ideſt apta funeri, ideſt morti; eſt autem appoſitio figura propter duo ſubſtantiua appoſita ſine copula, videlicet ferrum et munera. Fęminea, ideſt imbelli. Non mea tela,ideſt non mihi apta, aut conuenientia.

ASCEN. AVTORIS, Scilicet patris.Euri venti ſunt orientales, zephyri occidentales, noti meridionales,et aquilones ſeptentrionales; quia vero aquilo ſeu boreas a thracia flat, vocat eum Sithonium, ſicut Virgilius grues dicens, ſithoniaſq; grues.

Scilicet eſt aliquid. Amara irriſio, nimirum inquit magnum eſt habere rationem cum ventis, qui illorum naturam induit.pennis,quia finguntur venti pennis vti, dum precipites feruntur. Poſſidet et vitijs et cętera, bonum verbum. regno inquit ſuo dominatur non vitijs maiora ergo ſunt vitia regno, quia dominamur inferioribus et minoribus dumtaxat.

Quid iuuat,et cętera, Sic Iuuenalis. Stemmata quid faciunt,quid prodeſt pontice longo, ſanguine cenſeri,et cętera.

Non mea,ideſt non decentia me.

O vtinam

VOLS. INHVMATA, ſine honore ſepulturę. Poſitos, extinctę Ariadnes. Hęc ſunt officijs per ironiam ingratitudinem obiectat. Reddis, inquit talia pręmia pro dulci vita, vt ipſa apud catullum queritur. Ibis Cecropios portus, inuidioſe hoc dictum

MERV. eſt intrabis pyrrheum Athenarum portum. Celſus

Portus, deeſt in patria vrbe Athenarum. Celſus, altus. Turbę populi. Et bene narrabis, ideſt cuz et legendum eſt, narraris, non aliter narrabis. Lętum, mortē. Tau. q; viriq; .i. minotauri. Saxea tecta .i. labyrinthum. Tellure, hac inſula. Non ego, deridet ipſum, et ironice loquitur. Surripienda, remouenda. Tuis titulis, tuis laudibus. Nec pater, ex nimia ira dicit eum non eſſe humano ſanguine genitum, ſed ex ſaxis.

Oſſa ſuperſtabunt volucres inhumata marinę
  Hęc ſunt officijs digna ſepulchra meis.
Ibis Cecropios portus, patriaq; receptus
  Cum ſteteris turbę celſus honore tuę.
Et bene narraris lętum taurię; viriq;
  Sectaq; per dubias ſaxea tecta vias.
Me quoq; narrato ſolam tellure relictam,
  Non ego ſum titulis ſurripienda tuis.
Nec pater eſt Ageus, nec tu Pittheidos Aethrę
  Filius. auctores ſaxa fretumq; tui.
Dij facerent, vt me ſumma de pupe videres,
  Mouiſſet vultus męſta figura tuos.
Nūc quoq; nō oculis, ſed qua potes, aſpice mēte
  Herentem ſcopulo, quē vaga pulſat aqua.
Aſpice demiſſos lugentis more capillos
  Et tunicas lachrymis. ſicut ab imbre, graues,
Corpus, vt impulę ſegetes aqlonibus, horret,
  Literaq; articulo preſſa tremente, labat.
Non te per meritum (qm̄ male ceſſit) adoro,
  Debita ſit facto gratia nulla meo.

honore, a triumphantibus tranſlatio, qui inter ceteros eminebant ſequente pompa. Saxea tecta, labyrinthi circunſcriptio eſt. Erant labyrinthi faſtigia ſaxis, in tecta, vt Plini. tradit. Me quoq; narrato non prętereas dum tua recenſes me deſtitutis ſe. Non ſum ſurripienda, non debeo taceri in tuorum geſtorum cōmemoratiōe. Nec pater eſt Ægeus, ex Æthra Pithei filia et Ægeo natus eſt Theſeus, vt Plutarchus ſcri. et nos retulimus. Auctores ſaxa fretumq; tui. Apta obiurgatione, q̄ catullus aptiori vtit. Quęnam te genuit ſola ſub rupe leęna. Quod mare conceptum ſpumantibus expuit vndis. Quę ſyrtis, quę ſylla rapax, quę vaſta Carybdis. Dij facerent vt me ſumma de puppe videres, affectione vtitur monſtrat enim qualis ſit, et quod, actum ſit in miſerabili fortuna. Non oculis, quia abſens es. Sed mente, meditare qualis eſſe poſſis. Herentem ſcopulo, ſola in eminenti ſaxo conſederat calamitatem ſuam deplorans vnde nauigantem conſpexerat Theſeum. Graues, madidas lachrymarum abundantia. Corpus horret, horrore torpeſcit. Labat littera, quia tremunt articuli horrore compreſſi, epiſtola rudibus notis eſt ſcripta. Non te per meritum, ſolita deprecatione epiſtolam claudit. Adoro te, non per meritum, quia ingratitudine Theſeum inſimularat non erat beneficijs deprecandus. Quoniam male ceſſit, mihi fuit inutile, nam cum gratias rependi expectarem in ſolitudine feris deuoranda relicta ſum. Facto meo, meis beneficijs, quę in te contuli.

OSSA Inhu. i. ſtabūt ſupoſſa mea carētia huma

VBER. tiōe et ſepultura. Hęc ſunt ſepulcra digna meis officijs. i. hęc ſunt officia talia q̄lia merent mea erga te bn̄ficia, ironice dixit. Ibis, vt cū magis moueat, dicit, et Theſeus meminerit cū redierit Athenas, et narrabit res ſuas geſtas literas cōmemorare quēadmodū decepit Ariadnē, a q̄ tot tātaq; acceperat bn̄ficia. Cecropios, athenieſes, dcm̄ eſt ſupra,

Pater, ſcilicet tibi. Aethrę pittheidos. i. filię pithei vt ſupra diximus. Auctores tui. i. parētes, et ex quibus es genitus, ſic Dido ad Æneam apud Ver. lib. iiij. ęn. Nec tibi diua parens, generis nec Dardanus auctor. Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrēs. Caucaſus, hircanęque admorunt vbera tigres. Dij facerent, vtitur mouere eum cōmiſeratione ſui. Videres pro vidiſſes. Męſta figura, ideſt aſpectus meus triſtis et lachrymoſus. Mouiſſet, ad miſericordiam et lachrymas deduxiſſet. Non oculis, q̄ ex remotione locorum non potes oculis corporeis me videre. Sed mente, ſed cogitatione. Herentem. i. finge videre me ſtantem in ſcopulo ab aqua pulſato. Demiſſos, per humeros ſparſos. More lugentis. i. more eius, quę mortem alicuius meret. Tunicas, ſcilicet meas. Graues lachrymis, ideſt madefactas. Sicut ab imbre, ideſt ſicut ab aqua. Corpus, dicit ſe pre dolore et timore tremere, ſicut ſegetes tremūt per ventos. Horret, tremit. Impulsę motę. Aquilonibus, ideſt ventis, poſuit autem aquilones pro omnibus ventis, et hęc comparatio eſt enim in primo lib. de arte amandi de ipſa Ariadne. Horruit vt ſteriles agitat, quas ventus ariſtę. Vel leuis in madida canna palude tremit. Littera preſſa. i. ſignata et ſcripta. Articulo, ideſt digito. Labat, vacillat, ideſt non habet rectum ordinem. Nō adoro, ideſt non oro, nec adiuro. Per meritum, ideſt per beneficium, quod tibi preſtiti. Quoniam male ceſſit, ideſt male ſucceſſit mihi, quia male locaui ipſum. Nulla gratia, ideſt nulla retributio. Si facto meo, ideſt beneficio, quod tibi feci.

IBIS Cecropios, inuidioſe dicit Theſeum quaſi triumphantem parta victoria in patriam rediturum, eum ipſa per quam victoria parta eſt, in inſula deſerta mori cogatur. ASCEN.

O vtinam macareu,quę nos cõmiſit in vnũ,
Veniſſet lęto ſerior hora meo.
Cur vnq plus me frater,q̃ frater,amaſti?
Et tibi,non debet quod ſoror eſſe,fui?
Ipſa quoq incalui,qualemq audire ſolebam
Neſcio quem ſenſi corde tepente deum.
Fugerat ore color.macies adduxerat artus,
Sumebant.minimos ora coacta cibos.
Nec ſomni faciles,et nox erat annua nobis,
Et gemitum nullo lęſa dolore dabam.
Nec cur hoc facerẽ,poterã mihi reddere cãm,
Nec noram quid amans eſſet,at illud erat.
Prima malum nutrix animo pręſenſit anili,
Prima mihi nutrix Aeoli dixit,amas.
Erubui,gremioq pudor deiecit ocellos,
Hęc ſatis in tacita ſigna fatentis erant.
Iamq tumeſcebant vitiati pondera ventris,
Aegraq; furtiuum membra grauabat onus

VOLS. O VTINAM, [illegible] à facti pęnitentia. Commiſit in vnum, vno lectulo coniunxit. Hora ſerior meo lęto, ante id temporis vellem occidiſſe, quoniam patris violentiam non experirer, nec noſtri generis decus extinguerem.

Plus me frater q̃ frater amaſti, volet q Macareus non fratrem, ſed amicum ſe cum ſorore geſſerit, quod fuit plus q̃ fratrem decet.

Non debet quod ſoror eſſe,non decet ſororem ſe amicam cum fratre gerere.

Incalui, amore incenſa fui.

Qualem,vt multi recenſere conſueuerunt ſenſi cupidinis violentiam.

Neſcio quem ſenſi, erat enim omnis amor Canace ignotus. Fugerat ore color, orditur quicquid poſt amorem et in amore geſtum eſt,& primum a ſignis quã tum ipſa amarit indicat.

Obduxerat, innuerat. Quid eſſet,quibus curis conflictaretur. At illud erat, amabam,ideo curis angebar. Animo anili,qui ob ętatem rerum habet experientiam.

Deiecit ocellos,quod eſt maximum erubeſcentię ſignum, quod in ęnea non fore Dido Virgiliana queritur cum ait.Num gemitu doluit noſtro, nõ lumina flexit. Hęc ſigna,macies,vigilię,erubeſcentia. In tacita,cum me amare non negarem,ſed tacerem. videtur enim fateri qui rogatus tacet.

Iamq tumeſcebant,honeſte pręterit, vt cum fratre iuncta ſit. Vitiati, vitiatas dicimus virgines, cum pudicitiam poſuerunt, vt Terentianum illud in Andria. Glycerium vitiat Pamphilus. Onus furtiuum, foetus furtim conceptus.

VBER. O VTINAM, Optat ſe fuiſſe mortuam antę̃ coniuncta fuiſſet fratri. Ordo. O macareu. hora quę commiſit, ideſt coniunxit.

In vnum.i.ſimul. Veniſſet ſerior,ideſt tardior.

Meo lęto, ideſt mea morte, ideſt vtinam prius eſſem mortua. Cur vnq̃, dolet de hoc amore illicito. Quam frater quia amor fratris erga ſorores debet eẽ moderatus nec debet eẽ ad ↄcubitũ. Et cur fui q ſoror nõ debet eſſe,cur obſecuta ſum tibi in coitu,qđ ſoror facere nõ debet. Ipſa quoq,dicit ſe etiam fuiſſe amore compulſam ſicut et fratrem.

Incalui, incenſa ſum amore.

Deum, Cupidinem. Tepente,calente.

Neſcio quem deum, quaſi dicat antea mihi incognitum. Fugerat, deſcribit ſigna amantis.

Color,rubor. Fugerat ore, ideſt ex facie, nam amans efficitur pallidus.Ouid.in i.de arte. Palleat omnis amans,hic eſt color aptus amanti. Macies macilentia. Obduxerat, attenuauerat.Ouid.in loco ſupraſcripto. Arguat et macies vultum. Coacta,compulſa,quia non habebant appetitum,qui ex ęgritudine amoris ſolet diſcedere.

Somni,dormitiones.Nec facile.i.difficiles. Ouidi. loco ſupradicto. Attenuant iuuenũ vigilatę corpora noctes. Cumq̃ ẽ immenſo qui fit amore dolor. Annua, longiſſima, i.vna nox videbatur mihi vnus annus.

Lęſa nullo dolore, q̃ non ſentiebam dolorem aliquẽ. Dabam.i.emittebã ſuſpiria,

Reddere cãm,cur facerem, q neſciebam amorem eſſe, qui me faceret ſuſpirare.

Quid.q̃ res. At erat illud.i.illa res.s.amãs.

Prima,ante alios, Alo ani.q̃ſi cauto et perito talium rerum.

Malũ,amorẽ meũ. Æoli vocatiuus eſt patronymici foeminini. Amas, es correpta amore. Erubui verecundiam vultus rubore oñdi. Deiecit,demiſit, nam verecundia facit oculos deiectos.Ouid. de Caliſtone,vix oculos attollit humo. Hęc ſatis.i.in tacerẽ.Hęc erant ſatis ſigna fatentis.i.confitentis me amare. In tacita.i.in me nihil ei [illegible]. Tumeſcebant,creſcebant. Vitiati,grauidi. Onus furtiuũ i.puer quẽ ferebã in vtero. Furtiuũ,occultum vel furto.i.ſtupro ↄceptum. Membra.s.mea.

O VTINAM, Dixi monoſyllaba in vocales deſinentia a vocali ſequenti non abſumi. Venit ſerior i.tardior. Lęto.i.morte,hoc eſt vtinam non fuiſſemus iuncti niſi poſt mortẽ. Cur vnq̃ plus me frater q̃ frater.i.q̃ fratrem decet. Et cur ſup.fui tibi, quod non debet eſſe ſoror.s.amica et concubina. ASC[illegible].

Ipſa quoq incalui, Non tua ſolum culpa eſt, ſed et mea. Nam ipſa.i.ego,quoq.i.etiam. Incalui.i. intrinſecus calui,et ſenſi neſcio quẽ deũ cupidinem vz,quẽ tunc non norat ſup.talem qualem ſolebam audire ſupple alijs fugiſſe. Fugerat ore, ideſt ab ore color etc̃.ſigna ſunt amoris. Nullo lęſa dolore,neſciens cauſam,qui amor erat. At illud erat ſcilicet quod non noram qd eſſet vz amans, neſciui qd eſſet amans et eram amans. Animo anili ſagaci et callido ex longa experientia, qualis eſt in anu. Dixit Aeoli.i.Canace Aeoli filia tu amas.i.

Vitiati, ideſt violati ventris. Onus furtiuum, ideſt furtim conceptum neſciente patre.

Quas mihi nõ herbas?q̃ nõ medicamĩa nutrix
Attulit, audaci ſuppoſuitq; manu?
Vt penitus noſtris (hoc te celauimus vnum)
Viſceribus creſcens excuteretur onus.
Ah nimium viuax admotis reſtitit infans
Artibus ⁊ tectus tutus ab hoſte fuit.
Iã nonies erat orta ſoror pulcherrima Phębi
Denaq; luciferos Luna vehebat equos.
Neſcia quę faceret ſubitos mihi cã dolores,
Et rudis ad partus, ⁊ noua miles eram.
Nec tenui vocem. quid, ait, tua crimina ꝓdis?
Oraq; clamantis conſcia preſſit anus.
Quid faciã infelix? gemitus dolor edere cogit,
Sed timor, ⁊ nutrix, ⁊ pudor ipſe vetant.
Contineo gemitus, elapſaq; verba reprendo,
Et cogor lachrymas combibere ipſa meas.
Mors erat ante oculos, ⁊ opẽ lucina negabat,
Et graue ſi morerer, mors quoq; crimẽ erat.
Cum ſupincumbens ſciſſa tunicaq;, comaq;
Preſſa refouiſti pectora noſtra tuis.

VOLS. QVAS Mihi non herbas, partũ ex vtero excutere conati ſunt herbarũ ſucc. s, ex qbus maxime valere ſiſimbriũ ſcri. Pli. ſi cibo aut ſucco ſumat. Suppoſuit, vtero appoſuit ad excutiendũ foetum. Penitus. ex intimo vtero. Admotis artibus, medicaminibus adhibitis excuti non potuit. Tectus. clauſus vtero. Ab ho. nutricem ſigt, quę illũ pimere conata eſt.

Iã nonies erat orta ſoror pulcherrima phębi. erat. x. menſe ptus maturus. Hippon metapõtinus a vij. ad x. mẽſes naſci poſſe partũ exiſtimauit. maturũq; eẽ. Diocles. Straton empedocles et epigenes, ſeptimo naſci poſſe, affirmant, octauo oĩno negant. Diocles tñ Caryſtius, ẽ Ari. ſtagyrita nono et x. menſe ptũ maturũ eſſet tñmodo putauerunt epigenes byzantius. nono menſe oĩno negat id effici poſſe Hipoc. decimo ſolus Ari. et vndecimum menſem parientibus aſſignauit. Que cã. ignorabam ꝓpinquo partu cur dolerem. Nec te. vero more parientium clamaui. Gemitus, pre dolore gemebã. Gemitus. murmura. Verba ela. quę pre dolore exciderant voces. Reprẽdo, reſumo ẽ reprimo ne audirent, importune reprẽdo alij legerunt.

Cogor, qm̃ ita imperabat nutrix. Lucina, Iuno quę parientibus preeſt. Graue crimen qm̃ mecũ infans extinguebatur. Preſſa refouiſti pectora.

Macareus parturienti canace aſtitit, quę cum primo partu maxime laboraſſet, excitata macarei adhortationibus dolores cum partu poſuit.

VBER. QVAS Herbas non attulit. q. d. oẽs. eſt. n. legendũ interrogatiue. Suppoſuit, p inferiores etiam partes immiſit, vt onus excuteretur. Noſtris viſceribus. i. eijceretur e ventre, et vt facerem abbortiuũ. ſunt. n. quędam herbę. et quędam medicamina, quę hñt vim faciendi abbortiuũ. Hoc te cela. parentheſis eſt. i. hoc ſolum tibi occultauimus, q volueriam añ emittere partum. dicimus aũt celo te hanc rem et hac re. Nimiũ viuax i. nimium genitus ad viuendum. Reſtitit ar. i. vicit appoſitas artes. Tectus in ventre meo. Tutus ab ho. ideſt ab illa anu, quę illis medicaminibus quęrebat eum interficere. Soror phę. i. luna. Erat orta no. ideſt iam erat nonus menſis. Dena. i. decima. Luciferos, ferentes lucem. eſt autem hoc loco adiectiuum. i. iam aderat decimus menſis, quo vt plurimum dñr mulieres parere. Ver. matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Neſcia. ig. iam, Quę cã facere dolores, neſciebam eos fieri ex foetu, qui iam erat maturus in ventre. Rudis, inexperta. Miles, tranſlatiue dixit. Noua, qꝛ nunq̃ ante pepereram. Nec te vo. i. non potui cõprimere vocem, qn clamarem.

Quid ait. Ordo. anus ait. qd prodis, qd indicas tua crimina tuũ ſcelus. Et. i. c. h. q̃ ſciebat crimẽ nr̃ũ.

Preſſit, clauſit. Clamãtis. s. mei. Quid faciã, p facerẽ. Ædere, emittere. Gemitus clamores, ideſt ex vna pte dolor ptus cogebat me clamarẽ ex altera ꝓhibebat timor patris ẽ nutrix quę increpabat me.

Et pudor ex tanto ſcelere. Elapſa, iam ore emiſſa. Reprendo. i. iterum prendo.

Cõbibere, exiccare, et intra me tenere legendũ eſt cõbibere, non aũt cohibere, qꝛ nõ metri non patẽ.

Ante oculos. q. d. certa ẽ parata. Lucina dea partus, de qua diximus in epi. Hypſipyles ad iaſonẽ. Opem qꝛ ſolet auxiliari parientibus. Mors erat graue crimen, qꝛ non potuiſſem mori ſine infamia in tali caſu, quo fuiſſet cognitum ſcelus meũ. Supincũbens. s. tu. Sciſſa tunica i. veſte. Et coma. i. capillis pp dolorẽ quẽ de me capiebas. Refouiſti, recaleſeciſti. Noſtra pectora preſſis tuis, ideſt impoſuiſti pectus tuum ſuper meum. Tuis, ſcilicet pectoribus.

VBER. QVAS Mihi non her. etc. hoc eſt nullas non attulit, ẽ oẽs attulit, ſed plus eſt in figurata interrogatione q̃ in expreſſo etiam vniuerſa affirmatione, ſignificat. n. q ſic quęrit velle inuenire exceptionem et non poſſe, vt hęc eadẽ vt ſciret, qd non faciebat amyntas? Et. Quẽ non incuſaui amens hominumq; deorumq;. Hoc te celauimus vnũ, honeſta purgatione Macareus tam nefandi coitus conſcius innuitur. Ah infans nimiũ viuax. i. vitalis reſtitit artibus i. medicaminibus admotis. Et tectus. s. in ventre meo fuit tutus ab hoſte. s. nutrice, aut arte nr̃a.

Iã nonies ſigt q̃do aduentante maturo ptu peperit. Soror Phę. i. luna. Noua mi. ſ. lucinę, q̃ dea ptus eſt. Quid ait. s. nutrix anus. Gemitus, accuſatiuus ẽ pluralis. nã ordo ẽ, dolor cogit ędere gemitus.

Reprẽdo p syncopã vt verſus idicat ꝓ reprehendo dcm̃. Cõbibere, metaphora ab harena et cinere.

Lucina, dea ptus, q̃ preeſt veniẽtibus in lucẽ. Diana s. aut Iuno. Pectora noſtra tuis. s. pectoribus.

VOLS. ET MIHI Allocutus es, cõmiſerationem excitat hęc ſermocinatio. Duos, et te et partum. Quid tibi gratariſ, hac ſciſcitatione tranſit vt qd mali Æoli crudelitate poſt partũ pẽgerit exponat. Quid tibi gratariſ, non eſſe gratulandum arguit ab Æoli impietate, et facinoris dedecore et periculo. Surripienda, furti abijcienda. Sedula, vafra, et, ad occultandum crimen diligens nutrix. Fictaq; ſa. fa. ſimulat ſacrificare hoſtiáq; ſimulabat eſſe puerũ frõdibus et vittis inuolutum. Dat populus ſacris, quiſq; vlá pbebat aniculę iterq; in templum ſacrificaturę pergere ſimulabat. Limen, Æolis regię hoſtium. Patrias, patris Æoli. Suo indicio, eius vagitu. Inſana, furibunda, vt mare, a ſimili πάθος mouet. Fraxina, fraxini arboris, quę in Macedonia dicitur bomelia, gręce vero μελίας. Pallentia, quę timore patris facta pallida. Irruit, in me impetum fecit.

lebat ſimulare. Velat tegit. Vittis, faſcijs tanq̃ rem ſacram. Sedula, ſtudioſa. Ficta, ſimulata. Verba precantia, ideſt dicit hymnos et ſupplicationes. Dat viam.i.cedit, quia credebat eam facere vera ſacra. Erat prope limen.i.iuxta ianuam, vt egrederetur cum infante, vagitus proprie dicitur vox et clamor infantiũ Virg.lib.vi. Hinc exaudiri voces vagitus et ingens. Infantũq; animę flẽtes in limine primo. Patrias. i.paternas. Prodiſ, detegiſ, cognoſcitur. Suo idicio propria voce. Reue. detegit remotis frondibus. Mentita, ficta. Regia.i. aula. Sonat. reſonat. Inſana, magna. Vt mare, facit comparationẽ de ſuo tremore cum audiret patrem ita clamantem. Stringitur, leuiter percutitur. Tenui.leui. Fraxina, pro fraxinea. Noto.i.vento. Tepido, qa venit a meridie eſt tepidus. Sic, adaptatio ſimilitudinis. Videres, pro videret aliquis. Vibrari, moueri, tremere. Quaſſus ab. ſenſus eſt, lectus ſuper quo

> Et mihi viue ſoror, ſoror o chariſſima dixti,
> Viue nec vnius corpore perde duos,
> Spes bona det vires, fratri nã nupta futura es,
> Illius de quo mater, et vxor eris.
> Mortua, crede mihi, tñ ad tua verba reuixi,
> Et poſitum eſt vteri crimen, onuſq; mei.
> Quid tibi gratariſ? media ſedet Aeolus aula,
> Crimina ſunt oculis ſurripienda patris.
> Frondibus infantem, ramiſq; albentis oliuę,
> Et leuibus vittis ſedula cęlat anus.
> Fictaq; ſacra facit, dicitq; precantia verba,
> Dat populus ſacris, dat pater ipſe viam.
> Iam prope limen erat, patrias vagitus ad aures
> Venit, & indicio proditur ille ſuo.
> Eripit infantem mentitaq; ſacra reuelat,
> Aeolus inſana regia voce ſonat.
> Vt mare ſit tremulũ, tenui quũ ſtringitẽ aura,
> Vt quatitur tepido fraxina virga noto.
> Sic mea vibrari pallentia membra videres,
> Quaſſus ab impoſito corpore lectus erat.
> Irruit, & noſtrum vulgat clamore pudorem,
> Et vix a miſero continet ore manus.

VOLS. ET QVOTA Pars, non modo hęc, ſed multo minora ſimplicẽ ad amandũ puellã pcitaſſent. Iungis ęripides, meis carminibus coacti tauri a te ad aratrũ iunguntur. Scindis, aras. Solidã, durã, vt puta, q̃ olim nũ erat inarata. Iuſſo, vt ęetas iuſſerat. Venenatis, q. venenoſi ſerpẽtes fuerunt. Sed pallida, extimui anxia de ſalute tua. Facinus miſerabile, exclamatio eſt. Peruigil ecce draco. auget pericula, vt ſua officia maiora videantur. Squamis crepitãtibus horrens cuius ẽ te ſquamę crepitabant. Dotis opes dos opulenta tibi non quęrebatur, in odium Creuſam ducit, cuius cũ repulſam patiebatur. Iſthmos de hoc diximus, nõ ſunt comparanda inquit cuiꝫ eis officiis, quę te ex tãto diſcrimine liberarũt. Facta nocẽs, quã ſceleris inſimulas. Iaſon Medeę facinora vituperabat. Subduxi, clauſi. Somno medicato, quem meis carminibus induxi. Vellera tuta dedi', rapuiſſe Medeam ex arbore vellus aureum et Iaſoni dediſſe Orpheus ſcribit. caius Balbus id ab Iaſone factum eſſe aſſerit. Regnum patriamq; reliqui, argonautę rapto vellere pſtim dederunt vela ventis. Dubitabant enim ne ab Ææta interciperentur, ſecumq; Medeã abegerũt.

VBER. ET QVOTA Pars, poſſunt .s. mouere, nam ſi infinitum ſit primã corri. Simplicis, credulę, vt ſupra, ſimplicitas digna fauore fuit. Iuncta .s. in pignus fidei. Pars fraudis in illis .i. an et ipsę ſciunt fallere, ſic Phyllis ſupra. Credidimus lachrymis an et hę ſimulare docentur? Hę quoq; hñt artes, quaq; iubentur eunt. Capta, decepta. Sic .s. cũ iuraſſes p Iunonẽ et Dianã, et iunxiſſes dextrã dextrę meę, et addidiſſes lachrymas. Iungis, dicit quẽadmoduꝫ imploratio auxilio et ĩpetrato, ipſe Iaſon cœpit facere, q̃ ſupra memorauit ei fuiſſe faciẽda, cũ dixit, dixerat interea tibi rex ⁊c. Inaduſto, vel valde vſto, vel non vſto, qꝛ lꝫ ſemper efflarent ignẽ, nũq̃ tamen eo igne vrebant. Solidã, durum. Pro ſemine .i. loco ſeminis, ita etiam ſparſit Iaſon dentes ſerpentis, ſicut ſpargitur ſemen. Gladios, ideſt enſes. Ipſa ego, habet emphaſim, vult autem intelligere quanto magis tu et reliqui debuiſtis timere. Pallida, timida, conſequens pro antecedenti. Iu. ea. ipſeq; in expertis quod primum fecerat herbis,

Expauit Medea nefas. Subito, ideſt ſubito natos. Terrigenę .i. geniti ex terra. Facinus .i. factum. Conſeruere, cõmouere. Conſtrictas .i. ſtrictis, hoc eſt nudis enſibus armatas. Ecce, magnum et improuiſum aliquid ſignificat. Crepitantibus, reſonãtibus. Horrens, aſper ſunt. n. ſerpentes ſquamiferi. Vergi. Ter collo ſquãmea circum, terga dati. Sibilat, proprie dixit de ſerpente. Ver. ſibila lambebant linguis vibrantibus ora. Torto, obliquo, ſinuoſo. Dotis opes, Medea ita amplificat beneficium ſuũ, vt doti id anteponat. Vbi erãt q. d. nõ quęrebas tũc dotem, cũ ſolum de ſalute tibi cogitãdũ putares. Regia .i. regio ſanguine creata, vt nunc iactas eſſe iſtaꝫ tuã. Iſthmos, ſubaudi, vbi erat corinthus, quę eſt in iſthmo, dixi in epis. Hermi. ſuper eum locum. Qua duo porrectus longe freta diſtinet iſthmos, et in epiſtola Phędrę ſup eum locum. Æquora bina ſuis oppugnant fluctibus iſthmos. Diſtinet, diuidit. Gemini, vt ſupra, hic ephyrem bimarẽ. Illa ego dicit ſe fuiſſe, q̃ ei tot et tanta pericula ademerit. Nunc deniq;, nã tunc nõ tibi videbar barbara, nec ſpernenda, cum a me opeꝫ expeteres. Nunc tibi ſum pauper, ſubaudi ego illa. Quę nunc tibi .i. iudicio tuo. Sum viſa .i. putata. Nocens, ſcelerata, venefica. Subduxi .i. remoui. Flammea, ignea habent enim ſerpentes oculos lucentes in modum ignis. Ouid. in. iij. meta. de ſerpente, quem Cadmus interfecit, igne micant oculi. Medicato .i. medicamine quodam victo. Quę raperes, ideſt quę rapere poſſes. Tuta .i. tutus et ſine periculo ſalutis tuę. Proditus, deceptus.

ASCEN. ET QVOTA q. d. etiam minima. An et eſt pars fraudis in illis, ſic Phyllis. Credidimus lachrymis, an et hę ſimulare docentur. Hę quoq; habẽt artes, quaq; iubentur eunt. Iungis et Æripipes ⁊c. Docet quę beneficio ſuo peregerit. Corpore inaduſto, ideſt non aduſto, ſed illęſo ab igne, quem naribus efflabant. Facinus miſerabile, acclamatio πάθος habens, quaſi dicat indignum eſſe illos periſſe. Vt perfidus ſaluetur. Dotis opes vbi erant q. d. niſi meis tunc opibus adiutus fuiſſes nunq̃ ad regnum aſpiraſſes. Somno medicato, ideſt per medicamenta inducto in ſerpentem.

VOLS. MVNVS IN Exilio, exilium tuli pro munere. Facta ex prǽda, corrupta a latrone. Orpheus in Phęacia inſula primum Medeę virginitatem ab Iaſone delibatam ſcribit, cum Erinon carandeon et Solimon Ætę legati apud Alcinoum argonautas conuenirent, peterentq́ vt Medeam, redderent Iaſon monitus ab arete Alcinoi vxore Medeam deſpondit. At te non fugiens. Abſyrtum ſecum de tuliſſe Medeam ſcribunt. Alij vero inſequentem intercepiſſe laniaſſeq́. Deficit, quoniã facinus hoc narrare non auſim. Quid enim poſt illa timerem, arguit a maiori, ſi auſa ſum inquit fratrem laniare, multo audacius nauigabo. Credulitatis non crudelitatis legendum. Symplegades, duo ſunt ſcopuli in boſphoro, qui crediti ſunt aliquando concurrere, omnes naues comprimere conſueuerunt, adeo ꝙ nec columbe, vt ſcribit Home. licet Ioui miniſtrent ambroſiam, impune volitarint. Argo tamen illas illęſa ſuperauit Iunonis beneficio, quę Iaſoni fauebat.

Munus in exilio quodlibet eſſe tuli.
Virginitas facta eſt peregrini prǽda latronis,
Optima cum cara matre relicta ſoror
At te non fugiens ſine me germane reliqui,
Deficit hoc vno littera noſtra loco
Q̃d facere auſa mea ẽ, nõ audet ſcribere dextra,
Sic ego, ſed tecum dilaceranda fui.
Nec tñ extimui (quid enim poſt illa timerẽ?)
Credere me pelago fœmina, iamq́ nocens.
Numẽ vbi ẽ? vbi dĩ? meritas ſubeamus in alto.
Tu fraudis pęnas, crudelitatis ego.
Compreſſos vtinam Symplegades eliſiſſent,
Noſtraq́ adhęrerent oſſibus oſſa tuis.

gis timeri periculũ. Iuuena. Hi ſunt qui trepidant et ad omnia fulgura pallent. Non exti. credere, non verita ſum committere me pelago. Quid enim, parentheſis eſt. Numen. s. Dlanę leſe. Dij, ſcilicet omnes, per quos tu peierasti. Vbi, ſcilicet ſunt, qui nos puniant inter nauigandum. Subeamus, ſcilicet ambo, hoc eſt ego et tu, eſt autẽ proleplis. Tu, ſcilicet ſubeas. Penas frau. quia me decepiſti. Et ego penas credulitatis, ideſt et ego puniar, quia tibi nimium facile credidi, cauendum ne legatur crudelitatis, nam ratio metri nullo pacto exigit, de enim ſyllaba ſecũda eius dictionis longa naturaliter, eſt quã non liceret breuiari. Symplegades dicit, ꝙ vellet ſe fuiſſe comprehenſã et eliſam inter Symplegades. Sunt autem symplegades ſcopuli duo in boſphoro thracio, quos aliquando concurriſſe poetę finxerunt, fortaſſe propter opinionem, quam metus nauigantium fecit, nam cum loca ita ſint anguſta, vt ſinus non tranſitus procul viſentibus videantur, ob metum arbitrati ſunt ſeiungi ſcopulos, qui antea iuncti videbantur, crediderunt q́ coeuntibus inter ſe ſaxis quę disiuncta interdum videbantur, ſolida abſumi intercipiq́ nauigia, dicuntur autem a συμπλήττω, ideſt concutio, dicuntur etiam a gręcis Syndromades, ideſt concurrentes, inde et Iuuena. et concurrentia ſaxa. Cyneę dicuntur et cyaneę, ideſt nigrę, nam κυανὸν nigrum ſignificat, inter hęc ſaxa Iaſon eundo in colchos et redeundo cum magno diſcrimine tranſiiſſe dicitur. Luca. libro. ij. Vt pagaſea ratis peteret cum phaſidos vndas. Cyaneas tellus emiſit in ęquora cautes. Rapta puppe minor ſubducta eſt montibus argo. Vanaque percuſſit pontum symplegas inanem. Et ſtatim rediit, dicit igitur Medea, vtinam fuiſſemus compreſſi et interfecti inter symplegadas, cum tranſiimus per eas. Eliſiſſent, ideſt compreſſiſſent.

VBER MVNVS Quodlibet, ita quidam legunt, vt ſit ego tuli eſſe quodlibet munus in exilio, placet tamen magis vt legatur quod licet, et tunc erit ſenſus magis exprobrans ingratitudinem Iaſonis, ſic ego pro ſupradictis habui hanc remunerationem, ꝙ licet mihi eſſe in exilio. Tuli, ideſt accepi. Virginitas, mea. Prǽda, rapina. Latronis, prędonis, ſcilicet tui Iaſonis quia non vt maritus te geſſiſti, ſed vt prędo. Soror, ſcilicet mea Calciope. Cũ matre, ſcilicet Idya, ita enim dicit Heſiodo. vocata eſt mater Medeę, licet quidam dicant filiam fuiſſe Ætę, et Hypſeę et Dio. dicat fuiſſe filiã Ætę ex Hecatę. At non te fratrem, Abſyrtum a ſe interfectũ dolet, dicit, o ger. Abſyrte ego fugiens non reliqui te ſine me, nam Medea eum ſecum duxit, et cum pater eam inſequeretur, dilacerato fratre ex membris in varijs locis ſparſis, vt alibi diximus, patrẽ remorata eſt. Littera, epiſtola. Vno, ideſt ſolo.

Deficit, non habet animum, quia ex omnibus, quę pro te feci, hoc vnum eſt, quod non audeo ſcribere. Sic, ſicut frater dilaceratus eſt a me. Sed tecum, quia etiam tu meruiſti. Quid enim timerem poſt illa, nam qui maiora auſus eſt, non timet minora, dicit igitur. Ego fœmina et iam nocens, duo ponit, quę nauigationem timere ſolent, fœmineus ſexus timidus eſſe conſueuit.

Fœmina, quaſi dicat naturaliter timida.

Iam nocens, quę iam ad miſerum ſcelus fraternę cędis, ex mala enim conſcientia ſolent magis timeri periculũ.

Adhęrerent tuis, ideſt vtinam ambo ſimul fuiſſemus colliſi et confracti, ita vt oſſa mea fuiſſent coniuncta oſſibus tuis.

DEFICIT HOC Vno, quaſi dicat, id preſcribere nequeo quomodo fratrem ſaltem diſcerpſerim ſic ſexto ęneidos. Bis patrię cecidere manus, quin protinus omnia Perlegerent oculis &c. Credidere me pelago, id Iuuena. ſatyra. vi Late docet fœminas, vl deſcit amatores ac mœchas ſequentes nihil vereri maris tempeſtatem. Symplegades eliſiſſent, ſponDaicus verſus. pundus in ſenſu habẽs. Nam in gratiori exitio optamus minus. ASCEN.

Aut nos ſcylla rapax canibus miſiſſet edendos
Debuit ingratis ſcylla nocere viris.
Queq; vomit totidem fluctus totidéq; reſorbet
Nos quoq; trinacrię ſuppoſuiſſet aquę.
Soſpes ad ęmonias victorq; reuerteris vrbes,
Ponitur ad patrios aurea lana deos.
Quid referam pelię natas pietate nocentes?
Cęſaq; virginea membra paterna manu?
Vt culpent alii tibi me laudare neceſſe eſt,
Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.
Auſus es (o iuſto deſunt ſua verba dolori,)
Auſus es Aeſonia dicere cęde domo.,

VOLS. SCYLLA Rapax, Sylla et carybdis pericula maris ſunt inter Italiá et Siciliã. Scyllam Home. in odyſſea deſcribit fuiſſe olim, tradit Phorci filia ex Crateide dea glauco amata, carybdis vero vetula, rapaciſſima tradit, q̃ cũ boues Herculis ſurripuiſſet, ab illo in mare proiecta voracitatem exercet. Argonautę, vt ſcri. Orpheus in tyrrhenum: mare appellétes hęc. monſtra ſuperarũt. Quę vomit fluctus totidẽ, carybdin intelligit q̃ quattuor et viginti horis aquaſ ſorbet, et eiicit. Ad ęmonias vrbes. Iolchon intelligit vrbeſ Theſſalię, vbi erat Pelię regia, prẽm Æſonem mrẽm Alcimedem, et fratrem Promachus trucidatos Pelię iuſſu reppe rit, licet alij qbus aſtipulat in meta. Ouid. tradant viuũ prẽm ꝯueniſſe, in iuuentãq; a Medea Iaſone petẽte fuiſſe reſtitutum. Ad patrios de. argo Neptunio iſthmo, vbi erat tẽpluſ, dicauit vellus aureũ et iunoni. Quid referam Pelię natas. Pelię filias tres fuiſſe ſcrib. Diodo. Alceſtam, Amphimonem. Euadnem, quę ſuadente Medea patrem trucidarunt, putabant enim ad iuuentam ab illa poſſe reſtitui viſo ex ariete periculo, vt in metamor. diximus. Nocentes pi. putabant ad iuuentam reſtitui debere.

VBER. SCYLLA, ideſt mari ſiculo Nautę magnis pelagi deſidẽtis vorticibus territa vndas, vt Iuſti. ſcri. latrare putauerũt, q̃s ſorbentis ęſtus vorago collidit. Hinc fabulę ſcyllá et Carybdin peperere, hinc latratus auditos, hinc mõſtri credita ſimulachra hãc ãt ſcyllá Phorci ẽ Cretheidos nymphę filiá ferunt, quá cũ amaret Glaucus deus marinus, cuius amore Circe tenebat, qm̃ ipſe eá ſperneret, illa irata fontẽ, in quo ſcylla ſe abluere ſolebat, venenis qbuſdá infecit. In quẽ cũ illa deſcẽdiſſet pube tenus in feras, hoc eſt marinos canes mutata fert, q̃ trãſeũtibus nauibus piculoſiſſima eſſe fert, de qua nũc intelligit, altera fuit filia Niſi megarenſiũ, regis, quę Minoe patriá ſuá megaraſ obſidẽte eius amore capta eſt, cumq; Niſus eius pr̃ purpureá comá ita ꝯſecratam hrẽt, vt quoad illá intactá teneret, pr̃ia potiret, neq; ab vllo ei imperiũ auferri poſſet, Scylla vt hoſti, quẽ amabat, placeret, comam pr̃is clam abſcidit, et patrem patriamq; ei prodidit, quę poſtea cum ab eo pręter ſpem ſperneret, dolore in auem ꝯuerſa eſt, pater quoq; Niſus deoꝝ miſeratione in nauis formam et ipſe mutatus dr̃, hę volucres perpetuas inter ſe gerunt inimicitias, vt oſtẽdit Virgi. in georg. Aduertendũ eſt tñ ꝙ hęc Scylla. Niſi interdum pro monſtro maris a poetis ponit, vt a Virg. in bucc. Quid loq̃r aut Scyllá. Niſi etc. item ab Ouid. in li. ij. de remedio. Pręterita cautus Niſeide nauita gaudet, ait ergo. Aut ſcylla rapax, vorax, q̃ naues in ſe rapit. Canibus ꝓpter fabulaſ vt diximus, ſic Virg. in bucco. Ah timidos nautas canibus lacerâſſe marinis. Debuit, qꝛ et ipſa aliqñ inter amantes fuit. Carybdis, vt Ser. ſcrib. Mulier fuit voraciſſima, q̃ qꝛ Herculis boues rapuit a Ioue fulminata ẽ, ẽ in mare ꝓcipitata, vñ nãſ pꝛiſtiná ſeruat, ná ſorbet vniuerſa, et ſm̃ Saluſt. ea circũlatur Tauromanitanum egerit. De his duobus periculis Virg. in. iij. ęne. Dextꝝ Scylla latus leuũ iplacata Carybdis. obſidet. Suppoſuiſſet, ſubmerſiſſet. Nos q̃q;, ſicut et alia oĩa. Trinacrię i. ſiculę, ná diximus ſicilia eſt, q̃ et Trinacria dr̃. Soſpes, incolumis. Et victor, cõpos voti, qꝛ potitus es aureo vellere. Æmonias theſſalicas. Ad deos pa. i theſſalicos tanq̃ monimẽtũ victorię. Quid referá, cõmemorat aliud ſuũ erga iaſoné beneficiũ, qꝛ in eius grãm pſuaſit filiabus Pelię, vt prẽm iugularent, pollicita ſe reducturá eũ ad ętatẽ iuuenilẽ, qđ cũ illę feciſſent, Medea mortuũ eũ reliqt, qꝛ ſciebat ab eo nó amari Iaſonẽ. Nocentes pie. qꝛ nó interfecerunt prẽm niſi pp pietatem. s. vt ei prodeſſent. Pietate, nimio amore erga prẽm. Cęſa, inciſa. lacerata. Virginea, puellari, hãc fabulá ſcri. plene Ouid. lib. vij. metamor. Vt i quis. Alij culpẽt. i. damnent ea, q̃ feci. Tibi eſt me laudare neceſſe, qꝛ tuo amore compulſa ea feci. Pro quo. i. cũ cetius. Auſus es, oñdit igratitudinẽ iaſonis poſt tanta beneficia ipſam Medeá ab ſe eiicere auſus eſt. O iuſto, parentheſis eſt, q̃ſi diceret nó poſſum exprimere dolorẽ quẽ ꝯcepi. Auſus es, ꝯduplicatio eſt. Cede, abi. Æſonia, patris mei Æſonis, nam vt ſupra diximus in argumento Iaſon ſpõtaneum diuortium medeę perſuadere conatus eſt. Iuſſa, ſcilicet a te. Ceſſi, abii, diſceſſi.

ASCEN. DEBVIT ingratis ſcylla nocere viris, qꝛ et glaucus illi igratus fuerat. Queq; vo. carybdis. s. vtraq; aũt eſt in mari ſiculo. Soſpes ad Æ. Reuerſum in pr̃iam iaſonẽ, videlicet Theſſaliá (quam non recte tunc vocaſſet Theſſaliá, nondum. n. ſic dicta erat ſed poſtmodũ a theſſalo cõmuni Iaſoni ac medeę filio (et probat medea pp ingratitudinẽ eius, vocat ergo Æmonias vrbes Theſſalicas. ab Aemone enĩ rege dicta eſt Theſſalia prius Aemonia. Aurea lana, aureũ vellus. Quid referam Pelię. q. d. etiaſ ſuaſu meo cõpulſę ſunt filię Pelię patrem occidere putantes ſe pie cum eo acturas, hoc eſt ipſum ad iuuentam ętatem renouaturas, id autem ſuaſit medea in vltionem, qꝛ Iaſonis fratres, et vt quidaſ aſſerunt prẽm occidi fecerat Pelias. Nocentes, ergo pietate, quia putabant ſe rem piam acturas.

VOLS. DVOBVS Na. erant quattuor Medeę ex Iaſone filij, vt diximus cuꝫ diſceſſerunt Theſſalus et Therſander. Hymen cantatus, nuptiale carmen qđ feſceninum dr̄, qm̄ primum apud feſcennios inuentum ſit, vt Pompeius ſcri. Lampades, qnq; faces intelligit, quas in nuptijs accendi Varro tradit

Quo, quanto. Hoc.i. tanto peius erat.i. magis angebar. Diuerſi.i. in diuerſis locis domus. Tegebat, occultabat, non enim audebant clare flere.

Quis, quaſi dicat nullus, q̄ malaꝝ rerum nuntij nuncij eſſe debemus. Iuuabat.i. placebat mihi ignorare. Tanquam.i. quaſi fuiſſeꝫ plene inſtructa, et ſcirem te vxorem ducere. Minor.s. natu et ętate. E pueris, ex duobus filijs noſtris. Iuſſu, mandato meo. Studio.i. cupiditate q̄a pueri cupidi ſunt videre oīa noua. Geminę.i. duplicis. Ouidi. in amoribus. Me duplices occuluere fores, foris genitiuus eſt hoc loco ſingularis. Conſtitit.s. vt videret quid fieret.

Hinc, ex limine domus. Mater abi, verba pueri ad Medeam. Pompam.i. nuptialem triumphum et apparatum.

Aureus.i. veſtibus aureis indutus. Vrget.i. premit. Equos adiunctos.i. vehitur curru, et ducitur ab equis. Protinus, ſtatim auditis illis verbis.

Socialia, coniugalia, carmen ad tibias canebatur, erant tibiarum multa gn̄a, ſed q̄ nuptijs pręcinebant puellares dicebātur.

Tm̄ ſcelus.i. vt me repulſa aliaꝝ ſuſciperes vxorem. Peius erat, moleſtius videbatur orator dicit.

Triſtis, languida et moeſta, nam ſi ad ſionem aut ad frontem reſeras, ſeueꝝ & iracundum interpretabit. Minor e pueris, puer apud Terentium pro ſeruo vſurpat., hic vero pro filio. Hinc mihi, ad. das renunciauit.

Pompam, lętam in nuptijs multitudinem. Aureus, in veſte aurea more triumphantiuꝫ conſpicuus.

Iuſſa domo ceſſi natis comitata duobus,
Et qui me ſequitur ſemper amore tui.
At ſubito noſtras vt hymen cantatus ad aures
Venit, & accenſo lampades igne micant,
Tibiaq; effudit ſocialia carmina vobis,
At mihi funeſta flebiliora tuba.
Pertimui nec adhuc tantū ſcelus eſſe putabā,
Sed tamen in toto pectore frigus erat.
Turba ruunt et hymē clamāt himeneę freq̄ntāt
Quo propior vox eſt, hoc mihi peius erat.
Diuerſi flebant ſerui. lachrymaſq; tegebant,
Quis vellet tanti nuncius eſſe mali?
Me quoq; qcq̄d erat, potius neſcire iuuabat,
Sed tanq̄ ſcirem, mens mea triſtis erat.
Cum minor e pueris iuſſu ſtudioq; videndi
Conſtitit ad geminę limina prima foris,
Hinc mihi mater abi pompā pr̄ inquit iaſon
Ducit, et adiunctos aureus vrget equos.
Protinus abſciſſa planxi mea pectora veſte,
Tuta nec a digitis ora fuere meis.

VBER. DVOBVS Natis, quos ex te ſuſcepit. Et am.t. ſubaudi comitata. Quis.s. amor. Semp ſequit me.i. qui nunq̄ me derelinquit. At ſubito, corrigendus eſt hic textus, vt ſit ſenſus et ratio metri cōſtet. nam ſic legendum eſt. At ſubito noſtras vt hymen cātatus ad aures. Venit etc̄. ſenſus eſt. At poſtq̄ audiui carmina veſtre nuptialia, vobis quidem ſocialia, ſed mihi funebria. Pertimui, pēdet. n. ordo vſq; ad hūc locum, eſt aūt talis. At, pertimui. Vt.i. poſtq̄. Hymen cantatus.i. cantibus celebratus. naꝫ vt alibi diximus, inuocabat in nuptijs, vt vulgus hymen hymenęe frequentant. Lampades, faces nuptiales. Micant, ſplendent. Tibiaq;, tibię adhibebant nuptijs. Tubę vero funeribus. Perſius. Hinc tuba candelę etc̄. Tibiaq;.s. poſtq̄. Effudit, emiſit.

Carmina ſocialia vobis.i. tibi et vxori tuę p̄bentia ſignum ſocietatis.i. matrimonij. At mihi.s. effudit carmina. Flebiliora, ideſt triſtiora. Tuba fu. Ideſt quę funeribus adhiberi ſolet, vt ſupra diximus. nam erat etiam militaris tuba ad acuendos animos militum ad pugnā. Tantuꝫ ſcelus, vt legitime duceres illam. Frigus.i. timor. Turba ruunt ſintheſis eſt in numero. Ruunt, properant. Hymenęe, ſic legendum eſt in vocatiuo, nō autem hymenęa, quia nulla ratione poteſt talis accuſatiuus reperiri, faceret enim vel latine hymeneum, vel gręce hymenęon, vt alibi diximus.

Planxi.i. pcuſſi. Abſciſſa, lacerata. Nec fuere tuta, q̄ dilacerata ſunt. Animus, voluntas, ipetus animi. Suadebat.s. mihi.

ASCEN. HYMEN Cantatus.i. carmen nuptiale, quod epithalamium dr̄. accipimus enim nomina deoꝝ p̄ rebus quibus pręſunt. Hymen clamant.i. repetitbant vocem hymen dicentes, hymen o hymenęe, o hymenęe, vt eſt apud Catullum, et locutus eſt ſicut in euangelio vocatis me magiſter et domine. Hymenęa, ſcilicet feſta, aut gaudia, aut carmina, aut alia ad legitimas nuptias pertinentia, eſt enim adiectiuum Hymenęus hymenęa hymenęum. ſed ponitur hic ſubſtantiue, veruꝫ deus ipſe etiam hymenęus dicitur. nam gręce, hymenos dicitur membrana, ſeu pellicula virginalis clauſtri. Putatur tamen hymenęus fuiſſe, vir quidam Athenienſis, defenſor virginum in bello, ita vt eius pręſidio ad legitimas nuptias peruenerint. vnde eius nomen in nuptijs fauſtis & legitimis frequentabant, quamuis non deſint qui veneris et Bacchi filium putant. apud romanos autem talaſſio vocatur nuptiale carmen, quia talaſſo clamitando ſeruata eſt in captu ſabinarum egregię puellę virginitas. vt docet Plinius libro primo. Quo, ideſt quanto, propior, ideſt vicinior. vox eſt hoc, ideſt tanto peius, ideſt moleſtius erat mihi.

Quis vellet, quaſi dicat nullus.

SERTA, Coronabantur in nuptijs, qui aderant.
VOLS. Lęſe pr̄ gaude, τωδος a iuſto. Relicti, quos ſugi inferias, dicit ſua calamitate fraternis manibus inferias ſoluere. Serpentes igit̄ potui, ſub vno impetu videtur oīa colligere, vt cōmiſerationis vim augeat. Feros ignes, illos itelligit, quos efflare tauros martios diximus.

Repuli, reperiri, rettuli, in reliquis ſeruat naturā pręſentis. Medicatibus, ideſt medicaminibus, ab eo quod eſt hic medicatus quartę declinationis. Flammas.i.ignes amoris. Cantus, incantationes. Herbę, vires herbaꝝ. Artes.s.magicę. Dea.s. Diana. Sacra hecates.s.Proſerpinę. Diod. tñ ſcribit Hecaten filiam fuiſſe Perſę fratris Æetę viri crudeliſſimi, quę audacia et imanita patrē ſuperauit, q̄ cū ad venena mortifera ꝯficienda ſummū ſtudium ipendiſſet, prima aconitū inuenit, vim nāq; cuiuſq; veneni in cibis quos aduenis dabat, experta, his rebus ad modū edocta veneno patrē ſuſtulit, deinde regno aſſūpto templū Dianę ſtatuit, cui nauigātes hoſpites ſacrificabat, exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum, ex hac et Æta patruo, vult Diodorus nataꝫ Medeaꝫ, Circen, ⁊ Ægialeum, ſed de matre idya, de qua ſupra diximus certior eſt op̄inio, ergo Hecaten intelligamus Proſerpinam quę omnibus magicis ꝑeſſe dicitur, q̄ et ipſa Medea .vi. metamor. inuocaſſe dicitur his verbis. Tuq; triceps Hecate, quę cęptis conſcia noſtris. Ad iutrixq; venis, et ſupradicto loco. Statuitq; araſſe ceſpite binas dexteriore Hecatę. at leua parte iuuentę et item, ibat ad antiquas Hecates Perſeidos aras, ex quo oſtendit eam Medeę pro numine cultā fuiſſe. Sacra, quę facio, vt tuum animum flectat, ita ipſe loco ſupradicto. Haud procul egeſtas ſcrobibus tellure duabus. Sacra facit ⁊c. Nil agunt, ideſt nil proſunt. Non grata, ideſt non iucunda. Amare, acerbę, plenę anxietatis. Somnus, ideſt ſopor. Miſeram, ſcilicet me, ideſt nec dormio. Quę, ſcilicet ego. Non poſſum me, ſcilicet, ſopire, ideſt dormire facere. Draconem, peruigilem.

Ire animus medię ſuadebat in agmina turbę,
 Sertaq; compoſitis demere rapta comis.
Vix me continui, quin ſic laniata capillos
 Clamarem meus eſt inijceremq; manus
Lęſe pater gaude Colchi gaudete relicti,
 Inferias vmbrę fratris habete mei.
Deſeror amiſſis regno patriaq; domoq;,
 Coniuge qui nobis omnia ſolus erat.
Serpentes igitur potui, taurosq; furentes?
 Vnum non potui perdomuiſſe virum?
Quęq; feros pepuli doctis medicatibus ignes?
 Non valeo flammas effugere ipſa meas?
Ipſi me cantus artes herbęq; relinquunt,
 Nil dea nil Hecates ſacra potentis agunt.
Non mihi grata dies noctes vigilantur amarę
 Nec tenero miſeram pectore ſomnus habet.
Quę me non poſſum potui ſopire draconem,

Meas flāmas, amoris ęſtus. quos patior. Nil dea Proſerpinā intelligit, quam magicorum deaꝫ tradit eſſe Porphirius, ſunt qui ad Circen referant, qđ non placet. Hecates potētis. Hęc fuit Perſę filia imanis, venena nouit omnia et herbas patréq; ſuſtulit. Prima etiā aconitū inuenit, et plura venenoꝝ genera. Nō mihi grata dies, τωδες a ipe.
VBER. IRE in agmina. i. ire in mediaꝫ multitudinem, quę circū te et ſponſam tuā erat. Et demere. i. auferre. Serta, coronas, quas hēbat ſponſa tua. Cōpoſitis, ornatis. Laniata capillos.s.meos. Sic.i.ita lacerata et ſqualida. Quin.i.vt nō. Meus eſt.s.maritus Iaſon. Inijcerēq; manus.i. eū mihi caperē, et mihi debitū ipſa vendicarē, diximus ſupra de iniectione manus in epiſt. Oreſtis cū expoſuimus, Inijce nō timidas in tua iura manus. Lęſi pr̄, ꝯuertit ſermonē ad eos, quos vr̄ lęſiſſe dicēs. Nūc factā eſſe eoꝝ vindictā. Lęſe.s.a me. Colchi populi regionis meę. O vmbrę fratris, quem ego crudeliter interfeci. Habete inferias.i. eſtote placatę, et habete vobis factas inferias. Ex malis meis, exiſtimabant.n. fieri inferię mortuis.i. ſacra quotiens eoꝝ inimici vel hoſtes fuiſſent vel morte vel alio ſupplicio affecti, inde Virg. lib. x. Totidem quos educat vfens, viuēti rapit inferias, et Pyrrhus apud Ouidiū, placat Achilleos mactata Polyxena manes ſunt enim inferię ſacra mortuoꝝ. Deſeror. ecce quō eis ferantur inferię. Deſeror, vidua derelinquor. Regno patriaq; domoq;, amiſſis ⁊c. ſinthesis eſt. Coniuge.s. amiſſo. Qui ſolus erat omnia quia omnia amiſſa ęquo animo ferebam, dummodo eum haberem ſic briſeis ad Achillem. Tot tamen amiſſis te compenſauimus vnum. Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras. Serpentes igitur conqueritur q̄ potuerit domare ſerpentes et tauros et non potuerit domare Iaſona, et in amore ſuo retinere. Vnuꝫ, ideſt ſoluꝫ, ſcilicet te. Quęq;, duę ſunt dictiones, ideſt et ego, quę pepuli, ideſt remoui, pepuli autem legendum eſt non repuli, nā poſt ſe geminatur conſonnas in tribus pręteritis,

AVREVS, Ideſt pulcher, aut auro ornatus. Laniata capillos, ideſt habens capillos laniatos et diſciſſos. Lęſe pater gaude, et cętera. Docet ſe iuſtas dare pęnas patri et Colchis alijsq; quos amore Iaſonis offenderat. Habete inferias, ideſt ſacrificia quę inferis fiebant occiſione facta, qua inferi nimium gaudent. Coniuge qui quia propter ipſum, cętera dereliquerat. Quęq; feros repuli. vnum poſuit, vt actum eſt nam vſus multorum repulit habet, nec ſtaret hic verſus, ſi repulit ponatur. Doctis medicatibus, ideſt per medicamentum doctorum, aut medicamentis docte adhibitis. Sacra Hecates, quę magicis artibus pręeſt. **ASCEN.**

VOLS. MEA CVRA, In magico artificio diligentia. Pellex, a nomine odium excitat in glaucem, quę nouiter Iasoni nupserat. Noſtri laboris, is fuit Iaſonem ſeruare, quo fungebatur Creuſa. Stulte te maritę, inſanę vxori, quoniam putat te poſſe potiri, clam repit, vt indicet ſe vltionem moliri. Auribus iniuſtis, quę maritum alienuz occupat. In faciem, hoc ad pulchritudinem referri debet, damnas in me formam. Rideat, multos ſtomachi habet hęc conceſſio. Oſtro tyrio, ſtrato purpureo.

Aduſta, nam cum patre et domo conflagrauit. Quod ſi forte preces, per deprecationem epiſtolā claudit. Minora animis, quoniaz maiora meditor, q̄ litteris mādari poſſint.

Quod tu mihi ſępe fuiſti, in rapiēdo vellere id contigiſſe diximus. Sęuit, iuſtas querelas facit a natorum incommoditate. Tangor, moueor, quia tibi ſunt ſimiles. Auitę flammę, Medeę auum ſolem eſſe diximus.

Procubuiſſe, idest iacere ſicut ſupplicantes facere ſolent. Si ſum vilis tibi, ſi me paruifacis. Communis, ex vtroq; noſtrum genitos. Sęuiet, faciet aliquid crudele. Et nimium ſi. adducit eos in gratiam oſtendens eſſe ſimiles patri. Tangor, delector, imagine, ſimilitudine, ſic Dido ad Æneam libro quarto ęneidos ſi quis mihi paruulus aula, luderet ęneas, qui te tantuz ore referret. Madent, idest rigātur lachrymis, quia per eos recordor tui. Lumina, idest radios et lucem. Flammę auitę, idest ſolis aui mei flammę autem dixit, quia dicunt ſolem eſſe igneum.

Meritum, beneficium, quod tibi pręſtiti. Pignora, quia filij ſunt pignora matrimonij.

Torum, ius tori, idest matrimonium.

Inſana, idest amore demens. Tot res. patrem, patriā, matrem et ſororem.

Vtilior cuiuis quam mihi cura mea eſt.
Quos ego ſeruaui pellex amplectitur artus.
Et noſtri fructus illa laboris habet.
Forſitan & ſtulte dum te iactare maritę
Quęris, & iniuſtis auribus apta loqui,
In faciem moresq; meos noua crimina fingis,
Rideat et vitijs lęta ſit illa meis.
Rideat et tyrio iaceat ſublimis in oſtro,
Flebit et ardores vincet aduſta meos.
Dū ferrū flāmęq; aderūt ſuccusq; veneni,
Hoſtis medeę nullus inultus erit.
Q̄d ſi forte preces pręcordia ferrea tangunt,
Nunc animis audi verba minora meis.
Nam tibi ſum ſupplex, q̄d tu mihi ſępe fuiſti,
Nec moror ante tuos procubuiſſe pedes.
Si tibi ſum vilis, cōmunis reſpice natos,
Sęuiet in partus dira nouerca meos.
Et nimium ſimiles tibi ſunt et imagine tāgor,
Et quoties video, lumina noſtra madent.
Per ſuperos oro per auitę numina flammę.
Per meritum & natos pignora noſtra tuos.

ASCEN. MEA Cura non accipitur hic pro ſolicitudine, ſed quaſi procuratione et medela, qua curamus morbos, non qua torquemus et vrimus corda.

VBER. Duos, quatuor, commemorat Diodo.

CVRA, Diligentia, ars eſt. Pellex, concubina. Quos ego ſeruaui, ſcilicet a morte. Fructus vtilitatem, translatio eſt ſumpta, vel a terra, vel ab arboribus. Forſitan, communis eſt ſuſpitio vxoruz de maritis, quod de eis apud amicas maledicant, vt alibi diximus. Iactare, oſtentare, laudare.

Apta, conuenientia, ſcilicet de vitijs vxoris tuę, quę vt eſt iniuſta, ita libenter audiet. In faciem moresq; meos, idest male dicis de pulchritudine & moribus meis. Noua, inaudita. Fingis, comminiſceris, mentiris. Rideat, pro ridebit, rideat hic concedentis eſt per indignationem, et ſubauditur licet. Sublimis, ſuperba. Oſtro tyrio, idest purpura, quę apud tyron abundat. Flebit, ſubaudi tamen. Aduſta, cremata. Vincet meos ardores, quia magis ardebit quam ego nunc ardeo. Dum ferrum, enumerat ea, per quę poſſit ſe vlciſci. Succusq; veneni, idest ſuccus venenoſarum herbarum. Inultus, impunitus.

Quod ſi forte, Precatur nunc Iaſona. Meis animis, quia ſunt ſuperba et alta animo licet humilibus verbis tibi ſupplicem, et ſignificat eam qualem Horatius precipit. Sit Medea ferox eorum inuictaque. Quod, ſcilicet eſſe ſupplicem.

Cuius, idest cuilibet alteri. Pellex, gręcum eſt, licet a pellendo quidam deductum putent.

Maritę, idest vxori. In faciem, idest ad vituperationem faciei meę, vt ſupple rideat, et vitijs lęta ſit illa meis. Rideat, amara conceſſio, quę vim prohibendi habet, nam minabundo vultu profertur. In oſtro tyrio, idest purpura, quę apud Tyrum precioſa eſt, quia dibapha idest bis tincta. Flebit, et ardores vincet aduſta meos, quia plus eſt vſtum eſſe, idest conſumptum igni quam vri. Dum, idest donec aut quamdiu. Ferrum flammę et ſuccus veneni aderunt, idest extabunt. Hoſtis Medeę nullus inultus erit, per quod tacite etiam Iaſoni minatur. Quod ſi forte preces precordia, ferrea. Precordia dicuntur paſſionum ſedes pelliculę quędam cor et ei vicina cingentes. Quod. i. quę res. Tu mihi ſępe fuiſti, hoc eſt etiā ſupplex.

Cōmunis natos, accuſatiuus in, is legitime exit, dum genitiuus in ium, idem dixit Creuſa Æneę, Iamq; vale, et nati ſerua cōis amorem. Per auitę numina flāmę, idest per ſolis radios. Naz ſol auus eſt Medeę, pr videlicet Æetę. Numerauimus dotē idest perſoluimus tot beneficijs non pecunijs.

VOLS. REDDE Torum, me in tuum coniugium reuoca. Non ego te imploro, ſuaſio a facili.

Ipſe dediſti, Iaſon vltro de coniugio in templo ſolis, ſeu vt alij tradunt Dianę ſpopondit.

Villo aureo, non albo legas, beneficia pro dote commemorat. Opes Sisyphias, Sisyphus corinthum tenuit, cui me rope Athlantis nupſit et ex ea genuiſſe tradiţur Laertem Vlyxis patre Glaucūq; ē Creontem.

Quos equidem actutum, indignatio precihonem peperit.

Deeſt enim vlciſcar, iniuriam illorum morte.

Actutum, ex duabus altera ſeminata particulis ↄſtat actutum, ē confeſtim ſignificat. Parturit ira, indignatio me minabundam fecit.

Quo feret ira, nulla adhibita ratione impetus ſequar.

Conſuluiſſe, ideſt cum petat, vt ad coniugium reuocaret.

Viderit iſta deus, cuꝫ furore enunciandum eſt, cupido inquit noſtris rebus prouidebit. Agat, moliatur.

irriſio eſt. Confer, ideſt compara. Opes Siſyphias, ideſt opes Creontis filij Sisyphi, ſcilicet. Sisyphias autem contumelioſe dixit, quoniam conſtat eum fuiſſe latronem, qui ſuis latrocinijs maximas opes cumulauit, quarum heres fuit Creon.

Quod viuis, ideſt quod habes vitam. Nuptam, ſcilicet Creuſas.

Socerum. Creontem.

Potentem, diuitem. Quod potes eſſe ingratus eſt meum, ideſt beneficium meum, quia niſi ego eſſem ne ingratus quidem eſſe poſſes, q᷑ iam non viueres. Quos ſcilicet te et vxorem tuam ē ſocerum.

Auctutum, vna dictio et ſignificat ſtatim cito, et eſt eclipſis. Deeſt enim verbum, ſubauditur enim puniam, ſicut apud Virg. libro primo eneidos. Quos ego ſed motos preſtat componere, fluctus conuenit enim talis ſermo menti iratę. Sed quid attinet, quid opus eſt, quid pertinet.

Redde torum pro quo tot res inſana reliqui,
Adde fidem dictis auxiliumq; refer.
Non ego te imploro contra taurosq; virosq;,
Vtq; tua ſerpens victa quieſcat ope.
Te peto quem merui quem nobis ipſe dediſti,
Cum quo ſum pariter facta parēte parens.
Dos vbi ſit quęris? campo numeranimus illo
Qui tibi laturo vellus arandus erat.
Aureus ille aries villo ſpectabilis aureo
Dos mea quā dicam ſi tibi redde neges.
Dos mea tu ſoſpes dos eſt mea graia iuuentus,
I nunc Syſiphias improbe confer opes.
Quod viuis qđ habes nuptā ſocerūq; potentē,
Hoc ipſum ingratus quod potes eſſe meū eſt.
Quos eqdem actutū ſed quid ꝓdicere pęnam
Attinet ingentes parturit ira minas.
Quo feret ira ſequar facti fortaſſe pigebit,
Et piget infido conſuluiſſe viro.
Viderit iſta deus q nunc mea pectora verſat.

VBER. ADDE Fidem dictis, ideſt fac vt dicta tua ſeruentur et fidem habeant. Refer, ideſt redde ſicut ego dedi tibi quod eſt iuſtiſſimum. Non ego, dicit ſe preſtitiſſe auxilium in maiori re quā ipſa petat. Imploro, inuoco contra tauros ſicut tu imploraſti meum. Quieſcat, dormiat.

Victa ſopita, Notandum eſt poſuiſſe ſerpentem foemineo genere, ſicut et Iuuena. Et monuiſſe caput viſa eſt argentea ſerpens, nam vtriuſq; generis eſt. Ipſe dediſti, ideſt tu propria voluntate et ſponte. Cum quo pariter ſum facta parente, ideſt ex quo ſuſcepi filios. Dos vbi reſpondet obiectioni, quę poſſet fieri de dote.

Campo, ecce reſponſio. Numeraninius, ſcilicet dotem. Qui erat arandus vt ſeminares dentes ſerpentis. Tibi laturo, ideſt ablaturo.

Vellus, ideſt lanam auream, et eſt ſenſus accepiſti a me dotem magnam, cum taurorum ferocitas per me compreſſa eſt, et ira terrigenarũꝫ, et deniq; cum abſtuliſti vellus aureum, nam cum id per me habueris, eſt dos mea.

Spectabilis, pulcher. Villo, pilo et lana.

Quam, dotem. Neges, ideſt nolis mihi reddere. Tu ſoſpes, ideſt vita tua ſeruata eſt dos.

Mea graia iuuentus, ideſt omnes ſocij tui per me ſeruati ſunt. Improbe, perfide. I nunc,

Predicere, multo ante minari. Poenam, quam ſum ſumptura. Parturit, concipit, generat. Sequar quo ira feret, ideſt faciam id, quod ira ſuadebit. Facti fortaſſe pigebit, terret ipſum Iaſcna. dicens, ſe eſſe facturam id, cuius fortaſſe poſtea eam pigebit, ex quo oſtendit, id futurum et magnum et crudele.

Et piget, eſt ſenſus, ſi pigebit facti, pigeat, quia etiam piget me conſuluiſſe, ideſt profuiſſe, et rem vtilem feciſſe. Viro infido, ideſt tibi, qui non ſeruaſti mihi fidem. Viderit, pro videat, quaſi dicat non curo. Qui verſat mea pectora, ideſt qui mittit mihi in animum tam diras cogitationes.

LATVRO, ideſt ablaturo. Vellus villo ſpectabilis aureo, ſyneręſis eſt, ideſt contractio duarum ſyllabarum in vnam, ſicut. x. ęnei. dat ſalio villis oneroſum atq; vnguibus aureis. Sisyphias, ideſt corinthias quę in ęre corinthio plurimę ſunt. Quos quidem actutum, ideſt confeſtim, poſtquam ſenſero te nolle flecti, ſubticuit autem verbum, quod eſt occidam, aut trucidabo, ſed qui irę ſuę moderantur, ſolent verbum reticere, ſicut neptunnus ęneidos primo. Quos ego, ſed motos preſtat componere fluctus. Poſt mihi non ſimili pęna commiſſa luetis. Maturate fugam regi q; hęc dicite veſtro. Addit ergo. ASCEN.

Neſcio quid certe mens mea maius agit.



VOLS. MAIVS, ꝙ noſtris litteris mandatum ſit, aut cu pido ſuaſerit. Nam filios peremit, et ad Creuſam coronam miſit naphta, quę eſt ex genere bitumi nis, in quā ignes tranſiliunt, vt ſcri. Pli. vndecunqꝫ viſant aſpera, ſacrificatura igitur ad aras igne corre pta extingui non potuit, ſed cū patre. qui opem fer re voluit ē regia cō cremata eſt. Licet alij tradant radice quadam a Circe ac cepta Creōtis domū incendiſſe, quę eius naturę tradit, vt cuꝫ ea lignū ſuccendat, extingui non poſſit ad id pficienduꝫ Me deam mutatam fa cie conceſſiſſe Diodo rus per filium dona miſiſſe nouę nuptę impetrato ad vnum diē reditu ſcribit, quę cum tractari cępta ſūt, oia fuiſſe incēſa.

VBER. NESCIO Quid maius, pro neſcio quid magnū et ter ribile. Exitus rei fuit, ꝙ cum iaſon nequa quā precibus, et ver bis medeę flexus eēt, ſed ei iuſſiſſet, vt ex vrbe ſtatim diſcede ret (erat enim vt di ximus corintę.) Illa a Creonte impetrauit vnius diei dilationem, vt recederet, et interim noctu regiā clā ingreſſa qbuſ dam medicamētis imutata facie ne cognoſceretur domū incendit, quadā radice a Circe inuenta, quę eam vim habebat, vt incenſus ignis nequiret extin gui. Repente conflagrante regia iaſonem exiuiſ ſe ferunt. Creontem vero et glaucam, ſiue Creu ſam igne abſumptos, alij dicunt Medeę filios do na quędam venenis illita ſponte attuliſſe ad creu ſam, quę cum illa corpori applicuiſſet, incidit in morbum, et cum pater filię auxilium ferre volens eius corpori heſiſſet, e veſtigio expirauit, ita de hac re varia eſt opinio. Medea vbi cognouit iaſonem flammas euaſiſſe vltioni intenta, animuꝫ ad mor tem filiorum in patris calamitatem adiecit, et o mnes vno excepto qui aufugit iugulauit, eorumqꝫ corpora ſepeliuit in Iunonis templo. Deinde fidiſ ſimis fugę ſocijs aſſumptis noctę e Corintho fu giens Thebas ad Herculem venit, deinde Athenas ad Ægeum Theſei patrem confugit, ex quo fe runt medum genuiſſe, a quo Media regio, cui imperauit, nominata eſt, vnde veneficij accuſa ta digrediens in pheniciam delata eſt, inde ad ſu periores Aſię partes tranſiens cuidam potentiſſi mo regi heſit, ex quo quidam volunt potius ſuſce ptum filium Medum, a quo Media dicta fuit. er nuit poſtea multum, licet Solinus vbi de Italia tra ctat, dicat eam a Iaſone butroti ſepultam fuiſſe. Marſum vero filium marſis imperaſſe, qui ab eo dicti ſunt. At qui in fabulis tanta eſt varietas, vt Diodorus ſentiat Iaſona non multo poſt filios a Medea interfectos, diem ſuum obiſſe. dicit enim ꝙ filijs et vxore priuatus, cum omnes dicerent eum iuſte plecti, qꝛ in medeam ingratus fuiſſet, et cuꝫ vim doloris ferre non poſſet mortem ſibi conſciuit, ē hęc ſatis de Iaſone et medea.

ASCEN. SED QVID prędi cere pęnam, Attinet quaſi dicat nihil. Cętera a ſuperiori cō mentario explanata ſunt.

Laodomia Proteſilao.

Mittit, ē optat amans quo mitti tur ire ſalutem,
Aemonis Aemonio Laodo mia viro.

In.xiij. epiſtolam. Argumentum.

IPHiclus Phy laci filius vrbeꝫ theſſalię, phylacem in phthiotica regione te nuit pythios enim ſubditos fuiſſe Achil li Philoctetę et prote ſilao ſcribit Strabo. Iphiclus cum filios parere non poſſet, poculum ſumpſit, quod ex herba ſerpentibus noxia fuiſſe traditur filios ſuſcepit Proteſilaum et Podarcem qui cum nauibus quadraginta, vt auctor eſt Ho merus, ad Troiam nauigarunt, ſed cum grecis cęteris, qui cum Menelao contra troianos con ſpirarent ob tempeſtatem Aulide clauderetur Pro teſilaus, Laodomia Acaſti Philacei filia ex Lao dothea Proteſilai vxore cum viri deſiderio tenere tur, illius vmbra, quę ſępius occurrerat, ſolici tata, ad illum hanc ſcribit epiſtolam, qua ſua det vt belli periculis abſtineat, et vt coniugis vi uat memor. Fuiſſe ē aliam Laodomiam legimus bellerophontis ex Achęmene filiam, quam ex Io ue Sarpedontem Lyciorum regem peperiſſe tra dunt. Pacuuius et Titinius Proteſilaum tragędiaꝫ ędiderunt, ex qua multum in hanc epiſtolam Ouidius tranſtulit.

Mittit ē optat amans, quo mittitur ire, ſaluteꝫ. Principium a beniuolentia ſumptum eſt, quoniaꝫ nulla mouebatur indignatione. Ideo ingenioſe poeta exorſus eſt principium epiſtolę hoc modo.

Æmonis, a nomine patrię aliam beniuolen tiam excitat. Æmoniam ab Aemone rege dictaꝫ eſſe Theſſaliaꝫ ſcribit Plinius. et Proteſilaus et Lao domia erant theſſali.

Aulide te fama eſt vento retinente morari,
Ah me cum fugeres, hic vbi ventus erat.
Tunc freta debuerant, veſtris obſiſtere remis,
Illud erat ſęuis vtile tempus aquis.
Oſcula plura viro, mandataq; plura dediſſem
Et ſunt, quę volui dicere plura tibi.
Raptus es hinc pręceps, & q̄ tua vela vocaret,
Quem cuperent nautę, nō ego, ventus erat.
Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti,
Soluor ab amplexu Proteſilae tuo.
Linguaq; mandatis verba imperfecta reliquit,
Vix illud potui dicere triſte vale.

VOLS. AVLIDE Te fama eſt, cum Palamedes Vlyſſes et Menelaus, qui pro reddēda Helena legati ad Priamum iuerant, renunciaſſent, id Troianis & Priamo non placere coniunxit greci in Aulide biennio, vt edictum erat conuenerunt, ſed poteſtate et peſtilentia vexati cunctabantur. Erat enim irata Diana, quā eius ceruam Agamemnon trucidarat. Aulis beotię portus eſt profundiſſimus contra gereſtum Euboeę promontorium, vt ſcri. Stra. congreſtatq; nauium capax. Cum fugeres ex deſiderio, hoc dictum eſt. Nam Proteſilaus non fugit. Segnis aquis, mare ſęuire dicimus, cū inſanas excitat procellas, tranſlatione ſumpta ab animatis ad inanimata.

Plura mādata, animantium conſuetudinem exprimit, qui fabulando morę cām nectunt, ne ſeparent. Erat ventus, ſperabat qualem exoptant nauigantes, ſed mihi aduerſus. Triſte vale, ſic Perſius. Et nēm iſtud vibere triſte, quod fabius notat.

VBER. MITTIT Et optat, Gręcis proficiſcētibus ad obſidionem Troię reſponſum datū erat, qui primus in terram Troianam ex claſſe deſcendiſſet, eum manu hoſtis periturum, quare cum ea expeditione eſſet Proteſilaus Iphicli filius vir magni animi. Laodameia Acaſti filia eius vxor ſincere maritum amans de eius ſalute anxia hanc epiſtolam ad eum ſcripſit, cum intellexiſſet gręcos tempeſtate in Aulide retineri. Oſtenditq; q̄ grauiter tulerit eius diſceſſum, deinde eum monet, vt non ſit nimium audax in pugnando, memineritq; timendos Troianos, et pręcipue hectora, quem dicit ſe intelligere eſſe fortiſſimum. Preterea quoniam intellexerat ex oraculo reſponſum eſſe eum interfectum iri ab hoſte, qui primus Troianum ſolū tangeret, monet eū, et orat, vt vltimus deſcendat de naue q̄d ſi nolit reſpectu proprie ſalutis, faciat ſaltē reſpectu ipſius Laodameię, ne ſi forte periclitaretur, ſit ei cā doloris et mortis, q̄ eo mortuo nullo pacto vellet eſſe ſuperſtes. Laodameię duę fuerunt. Vna filia Bellarophōtis, ex qua Iuppiter genuit Sarpedonē et hęc filia Acaſti Theſſalici vxor Proteſilai, q et ipſe Theſſalicus fuit, vn̄ dicit Laodameia Aemonis. i. Theſſalica, nam Theſſalia Aemonia dicta eſt. Optat, ſalutem ire. Quo mittit. i. puenire ad maritū ſuū. i. cupit eū ſaluere et incolumē eſſe. Aulide, aulis Euboeę inſulę portus eſt obiectu laterū effectus, ad hunc cū gręci conueniſſent Troiam nauigantes Agamemnon Dianę ceruā occidit ignarus, vn̄ irata dea flatus ventorum remouit, ita vt nauigare nō poſſent, et peſtilentia laborarent, q̄re conſulta oracula dixerunt. Dianam Agamēnonio ſanguine placandā eſſe. Iphigenia igit Agamēnonis filia, cum ab Vlyſſe p nuptiarū ſimulationē adducta, iā in eo eſſet, vt immolaret. Dianę miſeratiōe ſublata eſt, et cerua in eius locū ſuppoſita, ipſa in tauricā regionē trāſlata Dianę ſacerdos effecta ē. Interea āt dū gręci in ea inſula morarentur, ɔiurauerunt ſe nunq̄ ah reuerſuros in patriam q̄ Troia caperet. Inde Dido apud Virg. Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui. Fama eſt. i. fert. Morari, manere, moram facere. Retinente, q̄ vt dixi Diana flatus ventorum ſuſtulerat, aut q̄ ventus eſſet contrarius. Ah me, melius, ah interiectio dolentis eſt q̄ prepoſitio. Dolet. n. talem non fuiſſe ventū, quo non poſſet nauigare cū ab eo eēt diſceſſurus. Segnis, turbatis. Vtile, aptū et cōmodū. Oſcula, enumerat quaſdam vtilitates ſibi futuras, ſi nunc retentus fuiſſet domi. Mandata, admonitiones. Quę vo. dice. quę dictura fui quę nō potui dicere, et dicit cām. Raptus es, abreptus, ablatus. Preceps, feſtinus. Quē. n. c. i. ſcꝫ, qualē nautę cupidi nauigandi optarent, non qualē ego cuperē, q̄ noluiſſes te diſcedere. Soluor, ſeparor, diſiungor.

Impfecta, incōpleta, nā nō potui finire q̄ tibi dicere volebā. Triſte, męſtum, et cū lachrymis mixtum.

ASCEN. MITTIT Et optat amans. Tota hęc epiſtola facilis eſt in verbis, nec tam vehemens πάθος habet in ſententijs, vt ſuperiores fere habuerunt, namq; eaꝫ ſcribit, non expoſtulat, neq; queritur de iniuria facta, ſed q̄ coniugem amat, eiuſq; imagine vexatur, cohortatur eum, vt ſibi proſpiciat ne pręſagia mortis effectum ſortiantur. Ea autem ſunt, q̄ egreſſurus limen pedem offendit, et q̄ vt nomen indicat primus in terram hoſtilem deſcenſurus eſt, et quia iam tunc cum adhuc in Aulide erat, aut potius cum illic ab ea adhuc eſſe putabatur, imago eius occurrebat. Tortellius docet, quia ſine aſpiratione ſcribitur Proteſilaus. Aemonis patronymicum a patria, quaſi dicat mulier ex Aemonia. Aulide pro aulidi ſi ſeruio credimus, nam nomina tertię declinationis pro aduerbijs in loco poſita in i exire debent pro de loco in e, vt ſtudui Carthagini Auinioni &c. et diſceſſit Carthagine. Auinione &c.

Ah me, Ordo eſt. Ah vbi erat hic vētus. s. profectioni in Phrygiam contrarius, qui te immoratus fuiſſet. Cum fugeres. i. tanq̄ fugiens me celeriter abires q. d. vtinam tunc ille flaſſet vētus. Et ſunt quę volui di. ea eſt occaſio ſcribēde epiſtolę. Triſte vale, non q̄ triſtitiā optat, ſed q̄ cum triſtitia foret, ſicut de funere miſeni di. Virg. triſte miniſterium.

Incubuit Boreas arreptaq; vela tetendit,
Iamq; meus longe proteſilaus erat,
Dũ potui ſpectare virum ſpectare iuuabat,
Sumq; tuos oculos vſq; ſecuta meis.
Vt te non poteram, poteram tua vela videre,
Vela diu vultus detinuere meos.
At poſtq̃ nec te, nec vela fugacia vidi,
Et quid ſpectarem nil niſi pontus erat,
Lux quoq; tecũ abijt, tenebriſq; exãguis obortis
Succiduo dicor procubuiſſe genu.
Vix ſocer iphiclus vix me grãdeuus Acaſtus,
Vix mater gelida mœſta refecit aqua.
Officium fecere pium, ſed inutile nobis,
Indignor miſerę non licuiſſe mori.
Vtq; animus redijt, pariter rediere dolores,
Pectora legitimus caſta momordit amor.
Nec mihi pectendos cura eſt prębere capillos,
Nec libet aurata corpora veſte tegi.
Vt quas pampinea tetigiſſe bicorniger haſta
Creditur huc illuc, quo furor egit ago.
Cõueniũt matres phylaceides, et mihi clamãt,
Indue regales laodamia ſinus.

VOLS. INCVBVIT. Valide ſpirauit. Virg. Incumbunt pelago dixit. Tetendit, impleuit. Vela diu, inſpexi vela dũ potui poſtq̃ tui vultus negabant. Succiduo, debili pre dolore. Nam aut letitia, aut dolore nimio interdũ ita mortales langueſcunt, vt pſiſtere nequeant. Dicor, alij narrant, ego pre dolore caſum non ſenſi. Socer pater tuus. Grãdeuus acaſtus, is erat vt diximus Laodomię pater nõ vt alij inſcite putauerũt Pelię filius, qui cũ argonautis nauigauit. Is enim alter ab illo fuit. Mater Laodothea fuit Laodomię mřes. Gelida aqua q̃ dolent ſi correcti frigore decidant frigida fouendi ſunt, lanius .n. calor frigore eximio excitat. Inutile q̃m ſine te pſtaret mori q̃ viuere. Redit, hęc ſyllaba i exacto pirahitur, ſi fiet colliſio, vt audit pro audiuit dicimus. Legitimus coniugali toro conueniens. Nec mihi pectẽdos. ornatus a cultus negligẽtia excitatur. Aurata ve. auro textili confecta qua vſus eſt Tarquinius in triumpho, vt Verri. ſcri. et Agrippa Claudij, in hac tñ nulla alia materia pter aur; fuit i Attalicis aliud q̃ aur; erat admixtũ. Bicorniger, Bacchus cornibus effigiari ſcri. Diod. feror inqt vt Menades Bacchi furore cõcitę. Philaceides, ex philace vrbe. Et mi. cla. inclamo te et tibi clamo, obiurgare eſt et iraſci Plau. in aſinaria. Nimis inquit riſum continui, vbi hoſpitem inclamauit, quod ſe abſente mihi fidem habere voluiſſet. Regales, ſi. regias veſtes.

VBER. INCVBVIT. Pręſto fuit, et totis viribus parauit. Virg. incubuere mari. Tetendit, flatu ſuo impleuit et extenſa fecit. Longe a meo aſpectu. Iam ſubito. Sũq; t. o. i. cũ tu oculos ad me cõuerteres, ego aſſidue te aſſidue ſpectantem ſpectabam. Vt poſtq̃. Te non po. s. videre. Tua ve. quę longius apparebant, q; erant aut maiora, aut altiora te. Detinuere diu i. ea proſpexi. Fugacia, ita legendũ eſt. i. celeriter euntia, et quę videbant fugere. Pontus mare. Lux abijt. s. ex oculis meis. Obortis te. i. inducta caligine ante oculos. Succiduo inclinato et flexo. a ſub et cado venit ſuccidus an penultima breui cũ vero longa eſt a ſub et cedo, vñ dr arbor ſuccidua q̃ſi ſuccedua. Iphiclus pr̃ tuus ſocer meus. Acaſtus, pr̃ meus. Grãdeuus ſenex. Mater, mea.

Refecit, inſtaurauit et viuificauit. Aqua ge. aſperſione aquę frigidę in faciẽ, q̃d ſolet fieri aliquo languore deficientibus. Pium, ex pietate pueniẽs, ſed inutile nobis q; vtilius fuiſſet mihi tunc mori, q̃ nunc viuere in tantis curis. Indignor, doleo et moleſte fero. Nõ li. nõ pmiſſu; eẽ. Vt. i. poſtq̃ aius redijt. i. poſtq̃ reſpiraui. Pariter, ſimul. Momordit, pupugit, tetigit. Nec mi. dicit ſe pr abſentiã mariti ita eẽ anxiã, vt nec ornatu corporis delectet, nec poſſit gaudere. Pectendos, pectine cõponẽdos, et ornãdos. Prębere. s. ancillis meis. Tetigiſſe. Bicorni. i. cornibus dicit ſe furore ita agi ſicut aguntur bacchãtes. Haſta pã. i. turſo, ẽ aũt turſus haſta pampinis inuoluta, quã bacchantes ferre ſolent. Ouid. in meta. Frõdẽtes ſumere tyrſos, impat. Tetigiſſe, ſtimulaſſe, cõcitaſſe in furorẽ, ſic Virg. iiij. ęneid. Sęuit inops ai, totaq; incenſa p vrbem Bacchatur qualis cõmotis excita ſacris thyas vbi audito ſtimulãt trieterica baccho &c. Ouid. iiij. faſt. Mentis inops, rapit qualis audire ſolemus. Threicias fuſis Menadas ire comis. Item in epi. Ariadnes. Aut ego diffuſis erraui ſola capillis. Qualis ab ogygio concita Baccha deo. Bacchus aũt dr̃ habere cornua pp ſuperbiam et elationem q̃ fer uor vini inducit. Matres, matronę mulieres. Phylaceides, ita eſt legendum, eſt. n. forma patronymica, pro deriuatiuo a phylace, quę vt Hom. in. ij. Iliados ſcri. fuit vrbs Theſſalię i qua Proteſilaus regnauit, quod et oñdit Luca. li. vi. Et prima rhoeteia littora pinu, quę tetigit phylace, hanc Ptolemeus poſuit in pieria parte Macedonię. Sita vero in phthiotica, quę tñ regiones ſunt in Theſſalia, quę ẽ Macedonia dr̃. Phylacus aũt pater Iphicli fuit, et ſic auus Proteſilai, vñ Proteſilaus apud poetas ſępe dr̃ Phylacides ipſa Laodameia Phylacia ab vrbe Phylace, vel a Proteſilao Phylacido interdum dicitur Ouid. lib v. de Ponto. Vt viuat fama coniunx Phylacia cuius Iliacam celeri vir pede preſſit humum.

ASCEN. INCVBVIT Boreas, ventus a Thracia in Troiam impellens. Nil niſi pontus. Virg. Cęlum vndiq; ẽ vndiq; pontus. Obortis i. preter ſpẽ ortis tenebris. Nec mihi pectẽdos, Docet ſe legitime amare. nec velle voluptati idulgerẽ tãtiſp, dũ vir ĩ caſtris ẽgat.

Finge tamen ſi vis &c. Quia argumentum ab exemplis inualidum eſt, poſſetq; dicere Helena ſe potius repetendam q̃ ſuperiores, aut quia marito ſuo carior ſit, aut quia maritus potentior cum fratre preſertim Agamemnone, purgat obiectionem, dicens etiam ſi Grecia tota bellum moueat in Troianos, nihil verendum eſſe, cum maiores vires, et copię ſint in phrygia, quam in Grecia.

Illa viris diues, alij legunt. Fortibus illa viris diues abundat equis, & eſt melior lectio. Nec plus Atrides confert ſpecialiter ſe cum Menelao, atque illi pręfert, oſtentans facinora ſua egregia, nam vt in troicis ſcripſit Nero Paris ſiue Alexander etiam Hectorem vicit luctando, vnde dicit.

Et cauſam nominis inde tuli. Eſt enim Alexander vocatiuus ab αλεγω verbo quod ſignificat arceo et ανηρ vir quod quaſi arcens et conſtringens in lucta viros.

VOLS. ILIONEVS, Deiphobuſq; fuit, paris paleſtra et ſagittatione valuit, qua Hector ſuperatus ira percitus Paridem trucidaſſet, niſi ſibi fratrem a paſtore regio, qui illum educarat, eſſe agnouiſſet. Ilioneus, Phorbantis filius fuit. De quo Verrius meminit. Deiphobus, ex Priamo et Hecuba natus eſt.

ſi, quamuis. Hectora fratrem, talem et tam fortem fratrem, qualis eſt Hector. Is vnus, ſcilicet ſolus. Inſtar, ſimilitudo. Innumeri militis, pro innumerorum militum, ideſt ipſe ſolus eſſe poteſt pro vno exercitu. Fallunt te, ignorantur a te. Cui viro, quali marito.

Poene puer iuuenes vario certamine vici,
 In quibus ilioneus Deiphobuſq; fuit.
Neue putes non me niſi cominus eē timendū,
 Figitur in iuſſo noſtra ſagitta loco.
Non potes hęc illi primę dare facta iuuentę,
 Inſtruere Atridem non potes arte mea.
Oīa ſi dederis nunq̄ dabis Hectora fratrem,
 Vnus is innumeri militis inſtar erit.
Quid valeam neſcis et te mea robora fallunt,
 Ignoras cui ſis nupta futura viro.
Aut igitur nullo belli repetere tumultu,
 Aut cedent marti Dorica caſtra meo.
Nec tamen indignor pro tanta ſumere bellum
 Coniuge, certamen pręmia magna mouēt.
Tu quoq; ſi totus de te contenderit orbis,
 Nomen ab ęterna poſteritate feres.
Spe mō non timida dijs hinc egreſſa ſecundis,
 Exige cum plena munera pacta fide.

Cominus, in paleſtra. Non potes hęc illi, nihil in iuuenta Menelaum geſſiſſe iactare potes. Mea arte, ſagittationem et paleſtram intelligit.

Quid valeam, qua ſim fortitudine.

Cui, emphaſim habet hęc dictio, qui ſagittatione et paleſtra valet, qui potentia et opibus pollet, qui diis immortalibus gratus eſt, qui ſui et ſuorum virtute totam non timet gręciam.

Aut igitur nullo colligit epiſtolam abigens quicquid helenam terrere potuiſſet, duo inquit timens, quo minus Troiam petas, ne repetita reddideris, aut ne laceſſiti bello te reddere cogamur, immo aut omnino non repeteris, aut ſi bello Troianos gręci tentarint, turpiter ſuccumbent. Dorica caſtra, Dores populi in Peloponneſo cum inde pellerentur, Parnaſum tenuerunt, deinde per Heraclidas reſtituti multas vrbes condiderunt, in Peloponneſo due tantum gentes conſtitere. Dorica, ſcilicet et Æolica, vnde Peloponneſiaci Dores ſunt appellati. Pro tanta, quanta eſt Helena.

Totus orbis, Aſia et Europa. Nomen feres, laudabunt te poſteri. Spe modo non timida, cum Spartam relinquas ſumma ſpe.

Exige, pete cum Troiam appuleris. Munera parta, et coniugium et regni partem.

Cum plena fide, nulla vtar perfidia, ſed promiſſa omnia plene ſeruabo.

VBER. VARIO CERTAMINE, In ludis agonalibus diximus in argumento primę epiſtolę. Ilioneus, qui non ſolum eloquentiſſimus, ſed et fortiſſimus fuit, vnde et Virg. Maximus ilioneus. Deiphobus, de quo Virg. Deiphobe armipotens genus alto a ſanguine diuum, fuit enim bellicoſiſſimus

Niſi cominus. i. certamine, in quo pprie et manu ſolum pugnatur. Figitur, locatur. Loco iuſſo, vbi ab aliquo, vel mihi placito. Non potes, extollit ſe, et Menelaum deprimit oſtendens eum non habere hos titulos. Arte mea, ſagittandi.

Aut igitur, concludit epiſtolam inferens ex ſupradictis q̄ aut non repetetur bello, aut ſi repetita fuerit, defendetur, et enim erit maxima gloria, q̄ propter eam Europa et Aſia magno bello certauerint. Tumultu belli, ideſt motu belli. Dorica, gręca. Cędunt, vincentur.

Magna pręmia, digna, propter quę non debeat me pudere ſumere bellum puderet autem ſi pręmia eſſent parua, et vilia. Contendent, certauerit.

De te, propter te, nam de interdum propter ſignificat. Teren. Quantumque me amas de fidicina hac. Feres, accipies.

Ab ęterna poſteritate, ideſt ab omnibus poſteris, qui erunt vsque ad finem ſeculorum.

Spe modo, hortatur eam, vt non dubitet diſcedere, et diſceſſura petere ab eo quicquid ipſa voluerit, quod promittit ſe fideliter pręſtaturum. Ordo eſt. Tu modo, ideſt tantummodo.

Egreſſa hinc, ex domo Menelai, et ex lacedęmone. Spe non timida, ideſt firma et certa ſpe non dubitans de me. Exige, repoſce.

Parta, promiſſa tibi a me.

Cum fide plena, ideſt pleniſſime, et ſine fraude, ſine vel dubitatione.

ASCEN. COMINVS Dicitur, quaſi cum manu hoc eſt conſerendo manus. Eminus contra quaſi e manu quando telum longe iacitur. In loco iuſſo, ideſt quem iuſſero figere, et eſt rara locutio, vim hypallages habens, non enim locus iubetur, ſed ſagittę in locum.

Omnia ſi dederis, contra Agamemnona Hectorem obijcit. Inſtar, ideſt ęquiualens quaſi in ſtatum et valorem.

Tu quoque, Pollicetur eam inſignem fore, ſi pro ea bellum moueatur, quam laudem mulierculę nonnunquam affectant, nam nihil glorioſius ducunt q̄ ob formam multis complacere, ſed iam re manifeſtaria finem facio.

VOLS. In.xvi.epiſtolam argumentum.

NVLLAM Quę reſpondeat epiſtolam feciſſe Ouidium aperte conſtat, cum ſuis olbus Sabinum poetam reſpondiſſe in amoribus ipſe teſtetur, cum dicit. Quã cito ɓ toto rediijt meus orbe Sabinus. Scriptaq; diuerſis retulit ille locis. Candida penelope ſignum cognouit Vlyſſis. Reliqua curioſis illic legenda relinquimus. Satis eſt admonuiſſe. Sabinus imperante Octauio vixit, ad triſenã amicam elegiarum librum dedit. Faſtorum inchoatos reliquit. epiſtolis Oui. reſpondit, cuius Helenam et hero cydipesq; legimus fragmentum. Cęteras, vt multa alia ſeculorũ ignauia abſideramus ſunt qui has epiſtolas nec Ouidij, nec Sabini eſſe animo coniiciant, quibus ſatis reſponſum eſſe exiſtimo, cum nulla habeãt argumenta quibus propoſitum firmare poſſint. Nos autem Sabini Helenam legendam contendimus.



Helena Paridi.

NVnc oculos tua cum violarit epiſtola noſtros,
Non reſcribendi gloria viſa leuis.

Iuppiter ex Taygete Atlantis et Piones filios genuit Lacedęmonem. Lacedęmon Amyclum, Amyclus Argalum. Argalus Oebalum. Oebalus Tyndarum. Tyndarus ex Lęda Helenam et Clitemneſtrã. Item mares geminos Caſtorem et Pollucem, q̃q̃ in fabulis eſt ex iouis hos genitos, quoniam in olores verſus iuppiter cum Lęda fuerit. Helena poſtquã coniunx Menelaus ſparte in Cretam conceſſit. Alexandri hoſpitis p epiſtolam amores cognouit, cui quaſi offenſa primum ridens obiurgat, deinde vt pudorem tueatur illius ſuaſiones infringere conatur, ſed quędã ſpargit ſemina. vñ non oĩno illius amorem negligere videatur. Demũ amantis votũ impleturę, vt honeſtius ita tutius viſuʒ eſt, ſi qd in deſiderio erat non lr̃is mandaretur, ſed Climene ⁊ Æthra comites fidiſſimę exponerent, quę de plugio ſumerent ſponſionem, id cum feciſſent cum Alexandro ad Troias abierunt, q̃q̃ vt diximus. alij ad Proteũ in Ægyptũ tempeſtate delatos eſſe, atq; ab illo ablatas Paridi ꝓdunt. Nunc oculos tua cum violarit epiſtola nr̃os, principiũ accõmodatũ eſt, nã licet aſpeꝗ videat, non tñ potiundi deſiderij ſpẽ tollit, quã faciunt, et ꝙ epiſtolam legerit, et ꝙ reſcribat. Violarit oculos noſtros, indicat epiſtolam legiſſe. Violare puellaꝝ eſt, quarum pudicitia proſtituitur. Gloria. ſeruatę pudicitię decus.

NVNC Oculos, vt alibi diximus. Scribit Ouidius ſecundo de arte. VBER.

Quę voluit legiſſe, volet reſcribere amãti. Helena igitur lecta epiſtola Paridis cum ea delectata eſſet, licet oſtendat ſe indignatam non potuit tamen non reſcribere. ita leuita eſt, et demulſa blanditijs Paridis, quas magno artificio cõtexuit. Reſpondet igitur epiſtolę Paridis, et primum quidem oſtendit ſe valde iratam ꝙ Paris auſus ſit eam talibus ſcriptis ſolicitare mox ita detegit ingeniũ vt det ſpem Paridi, et quodammodo ei aperiat conſilium ⁊ viam vt poſſit ea potiri, oſtenditur autẽ muliebre ingenium varium, et mutabile, et id quod Ouidi. in arte ſcribit. Forſitan et primo veniet tibi littera triſtis. Queq; roget ne ſe ſolicitare velis. Quod rogat illa timet, qđ non rogat, optat vt inſtes. dicit ergo. Cũ tua epiſtola, qua conatus es alienare me ab amore mariti, et ad tuum ſolicitare. Violarit, Lęſerit. Non reſcribendi, ſunt qui ita indicant. Gloria non reſcribendi eſt viſa mihi leuis, ideſt facilis, ſed melius leuis pro vili, et parua accipitur, vel certe ſic verius. Gloria reſcribendi eſt viſa mihi non leuis, ideſt non parua, ideſt putaui magnam gloriam mihi fore reſcribere tibi quia affeciſti me magna iniuria.

NVNC OCVLOS, Et cętera epiſtola hęc reſponſiua Helenę parum quidem in rebus difficultatis habet, eo ꝙ argumentum a Paridis epiſtola dependet, nec multum in verbis, eſt enim facilior et pedeſtrior q̃ Ouidiana compoſitio. vnde ex ſola phraſi Ouidianam neges. In principio autem alij nunc alij tunc legunt, et vtrunq; tolerari poteſt. Ego autem legerem potius nunc ſub hoc ſenſu. Cum ſcilicet ita ſit, ꝙ epiſtola tua violarit pro violauerit, hoc eſt lęſerit nunc noſtros oculos, qui ante hac nihil ſpurcum, aut laſciuum viderant, aut legerant (nam et oculi legunt.) ASCEN.

Gloria non reſcribendi, ideſt quę eſſet ei non reſcribendo, et non reſpondendo epiſtolę ſuę, quam fingit ſagaciſſima mulier ſe quodammodo inuitam accepiſſe, vt ex ipſius epiſtolę principio patet, ideo dicit.

Auſus es hoſpitij temeratis aduena ſacris
Legitimam nuptę ſollicitare fidem?
Scilicet idcirco ventoſa per ęquora vectum
Excepit portu tęnaris ora ſuo.
Nec tibi diuerſa quamuis e gente venires,
Oppoſitas habuit regia noſtra fores.
Eſſet vt officij merces iniuria tanti,
Qui ſic intrabas hoſpes an hoſtis eras?
Nec dubito quin hęc cū ſit tam iuſta vocetur
Ruſtica iudicio noſtra querela tuo.
Ruſtica ſim ſane dum non oblita pudoris,
Dumq; tenor vitę ſit ſine labe meę.
Si non eſt ficto vultus mihi triſtis in ore,
Nec ſedeo duris torua ſupercilijs.

VOLS. AVSVS Es Hoſpitij, ducit in odium ab audacia et temerata religione. Sacris te. hoſpitalitatis iura exprimit, q̄ ſub Iouis tutela ſunt, veteres q̄ primū hoſpites excipiebāt. Ioui et dijs alijs ſacra facere cōſueuerunt. Id apud Papi. Adraſtus facit cum Eteoclea et Tydeū excepiſſet. Item Virgiliana Dido. cum Troianos ſuo fouiſſet hoſpitio, qđ ex Homero tranſtulerūt apđ quē Pāthonius ſacrorum miniſter Alcinoi iuſſu. cū Vlyſſes in Phęaciā appulerat, pocula oībus q adeſſēt ꝓpinabat, vt Ioui cui curę ſunt hoſpites, vt ille ait, et fulminū auctori libaret. Sollicitare, adulterio interpellare. Fidem legitimā, lege et ꝯiugij ſponſione firmatā. Scilicet, Id. vt augeat cōtemptū, irriſione vtit̄ hoſpitalitatē exprobrās non ingt ob eā cām te hoſpitio fouimus, vt me ſtuprares. Portu ſuo, ſpartanoꝝ nauale eſt poſt tęnaron. Nauiganti ad ꝓmontoriū Maleā Gytheū nuncupant nauiū ſtatio manu effoſſa eſt. c et. xl. ſtadioꝝ. Ora tęna. portus laconicus ad tęnaron. Diuerſa gen. Id vt interpoſitū eſſe, q̄m Alexander phryx barbarus erat a gręcoꝝ moribus alienus. Oppoſitas fores clauſū hoſpitiū. Non ingt te vt peregrinū ꝓpulimus. Nam vt Thucydides ſcri. lex fuit ſpartanoꝝ q̄ peregrini in vrbe ſparte non intercipere̅tur. Eſſet iniuria, adulterij dedecus ſequeret̄. Sic, tanta hoſpitalitate receptus. Ruſtica, rudis nimiū et inepta. Ruſtica ſim ſane, fatet̄ ruſticitatē, quā obiectauerat. Paris, eamq; a pudore excuſat. Tenor, ꝯtinens viuendi rō. ſine labe, culpę offenſa, aut nota. Si nō eſt triſtis, mores peractę vitę tuetur, refutatq; obiectā Theſei rapinā. Triſtis non iracū. ſed lętus, ſi ore lęticiā ꝑfero. Torua ſu. ſuperbiā excludit, q̄ in ſupercilijs apparet, nec inueniſſe eminentiorē locum ſcri. Pli. aut vt ſolitaria maneret abruptior eſt.

VBER. AVSVS, Obijcit ei īgratitudinē, et īpietatē q̄ violauerit iura hoſpitij. Temeratis, violatis. Sacris, q̄ q̄n aliqs vir magnus excipiebat̄ hoſpitio. Ioui ē dijs hoſpitalitatibus ſacra fiebāt, qđ Vir. oñdit lib. i. ęnei. cū Dido ęneā excepit. Sic memorat, ſimul ęneā in regia ducit. Tecta, ſimul diuūtēplis īdicit honorē. Solicitare, cōmouere. Scilz, dictio eſt apta ad ironiā et īdignationē. Tęnaris, laconica. Oppoſitas, occluſas tibi. A gēte diuerſa remota, et q̄ nobiſcū nō habuiſſet ꝯſuetudinē. Idcirco, ꝑp hāc cāz vt iniuriā q̄ paras mihi īferres. Eſſet me. i. remuneratio et p̄miū. Tanti offi. i. bñficij accepti a nobis. Sic, ea ītētiōe, vt mihi iniuriā faceres, ē me abduceres. Hoſtis an hoſpes. q. d. potius hoſtis. Nec dubito. i. ſcio q̄ licet iuſte de te cōquerar, iudicabis me tn̄ ruſticam, quę cōquerar de eo, qui me amet. Sim, ꝯcedētis eſt. Dum, pro dūmodo. Tenor, perſeuerantia. Sine labe, ſine macula et infamia. Si nō rñdet ei parti, qua dixit, vultu non ceterā duro. Perlege, ſed formę ꝯuenientē tuę. dicit. n. q̄ ſi non eſt ſeueri et duri vultus, eſt tn̄ pudica. Torua, terribilis. Supcilijs, quibus oſtēditur ſeueritas. Virgi. conueniēs latio pone ſupciliū.

ASCEN. EST MIHI VIſa leuis, ideſt modica. Prēſupponit ergo peccatū eſſe in legendis epiſtolis amatorijs, ē in reſcribēdo, ſed maius in legendis vſq; adeo vt violata legendo paruū glorię mereat̄ non reſcribendo, et is certe animus eſt mulieribus, vbi ſemel libata eſt pudicitia, nihil in eis poſt illam cōmendandum eſt. Et ideo vt monet Naſo noſter. Principijs obſtandū eſt. Nā q̄ ex viſu, cuius p̄ma eſt amoris linea, ad alias gradatim peruenit̄. q̄ ergo violatam ſe ſenſit legēdo paruifacit, ne amplius violet̄ reſcribendo. Reſcribit tn̄ criminando, ſed ea quoq; eſt mulierū nā, vt quod lubentiſſime facturę ſunt, in principio negent, ſic tn̄ vt niſi inſtes, ipſe ſe corrigant, et placari poſſe ſignificent. De iure hoſpitalitatis āt ſcias q̄ id apud antiquos erat ſanctiſſimum, ita vt iouē ei preeſſe ſignificent. Vnde primo ęnei. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur, etc̄. Erat autem hoſpitium amicitię non mercedis grā, nam caupona dicitur diuerſorium mercennariū, quod tunc non tā frequens erat, vt nunc, quapropter neceſſe erat ſibi hoſpites comparare, inter quos magna fides obſeruabatur, quā Paris ſolicitando ꝯiugem hoſpitis violaſſe criminatur. Ora tęnaris, pro tęnaria, nam tęnarius promōtoriū eſt laconię, pro quo imperiti tęnarus legunt apud Alexandrū. Tęnarus infernī, etc̄. Hoſpes, an hoſtis eras, quaſi dicat potius hoſtis, qui ſic non, cum tanta hoſpitalitate, ſed tali animo intrabas. Nec dubito, callide iudicium illius laudat, ſuamq; pudicitiā commendat, in qua videlicet laborat. Vultus triſtis. ſeuerus et atrox. Et bene vultus potiuſq̄ facies. Nam vultus quaſi a volendo dicitur, facies a faciendo. Et ita facies a factore fit nec mutatur. Vultus a voluntate alius ē alius fit. Et laudē, quaſi laudis ſit habuiſſe commertiū, cū tam formoſa, quo verbo audaciā Paridis potius probat q̄ damnat, ſed mire in ſe crimen cenſet, qđ in illo laudē, q̄ſi mulieri ſit crimē, qđ viro laudi dat̄, ita. n. mūdo vi cum eadē ſit vtriuſq; apud deū cenſura.

VOLS. SINE CRIMINE, adulterij nota. Cępto tuo proposito, vt me rapias. Neptunnius heros, Theseū intelligit, quem ſe Neptūni filiū apud Minoē iactaſſe ſcribit Higinius. Factūq; fuiſſe piculū ex piecto in mare anulo, quem a Nereidibus acceptū ad Minoen retulit. Bis quoq; a te ſcꝫ. Nim crimē, ego in culpa fuiſſeꝫ. Pacto, ex rapina. Fructū, petitū. Me, vtꝫ optabat non violauit. Vlterius, vltra oſcula nihil a me habuit. Neqtia, Imodeſta petulātia. Quā iō obiurgat, qm̄ Paris dixerat. Si reddēda, forēs aliqd tñ añ tulissem. Reddidit intactā. Diodo. et Plutar. ſcri. Helenā itactā rediſſe. Sed Paris non ea vſus deſidia, ǭ primū ad Helenā inſulā appulit, ǭ ad ſummū terrę acticę iacet cū Helena ſeiunxit, ē ob eā cām nomē ſortitū eſſe ſcri. Stra. cū antea cranā vocaret. Et iuuenem, excuſato ab ętate, dignus īqt venia fuit qm̄ iuuenis, cuꝫ me rapuerit, modeſte ſe geſſit. Ne qn̄ no. vt ſemp ſiniſtro rumore in dolum ore verſer. Non tñ iraſcor, diſſimulata iracundia amanti ſpem ſuggerit, non enim inquit queror ꝙ a te amer, dubito ne ſimulato amore me deludas. Deſit fiducia, non eſſe in te fidem exiſtimē, aut facinus audere non confidam.

ęre iniuriā Paridi, dum magis incitat, dicit. n. tu nō fuiſſes ptētus bis, ꝙ voluiſſes aliud ꝙ̄ oſcula. Ordo eſt. Neqtia. i. libido, vt neqtia eſt ǭ te nō ſinit eſſe ſenē. Quę eſt tua, ǭ eſt tibi. Non fuiſſet ꝯtenta bis. s. paucis oſculis. Dij melius, voluerunt, ē cōſuluerunt mihi. Similis tui, ita proteruus, et libidinoſus, vt tu es, ꝙ me vitiaſſes. Modeſtia, ipſius Theſei. Minuit crimen, culpā rapinę. Theſea pęnituit, interrogatiue legendū eſt. q. d. an iō pęnituit, vt tu poſtea me raperes. Nequādo. i. vt ſemp hoīes de me loquantur. Nec tñ iraſcor, ecce more muliebri iaꝫ incipit ꝯciliari Paridi, et ei blandiri. Quis, niſi ſtultus. Prefers, oſtēdis. Non ſimulatus. i. non ē fictus, quia Paris dixit. Attulimus flammas huc, non inuenimus illas. Dubito, hoc, ne amor tuus ſit ſimulatus. Fiducia meę pulchritudinis credulitas. Facile credere, mulię n. propter hoc ſępe decipiunt. Verba veſtra. i. virorum. Carere fide, Terentius in andria. Fidelē haud ferme mulieri inuenias viruꝫ.

Fama tñ clara eſt, ⁊ adhuc ſine crimine vixi,
Et laudem de me nullus adulter habet.
Quo magis admiror quę ſit fiducia cępto.
Spemq; tori dederit quę tibi cauſa mei.
An quia vim nobis neptūnius attulit Heros,
Rapta ſemel videor bis quoq; digna rapi?
Crimen erat noſtrum ſi delinitā fuiſſem,
Cum ſim rapta meum quid niſi nolle fuit?
Non tamen e facto fructum tulit ille petitum,
Excepto redij paſſa timore nihil.
Oſcula luctando tantummodo pauca proteruus
Abſtulit vlterius nil habet ille mei.
Que tua nequitia eſt non bis contenta fuiſſet,
Dij melius ſimilis non fuit ille tui.
Reddidit intactā minuitq; modeſtia crimen,
Et iuuenem facti pęnituiſſe patet.
Theſea pęnituit paris vt ſuccederet illi,
Nequando nomen non ſit in ore meum.
Nec tamen iraſcor quis enim ſuccenſet amanti?
Si modo quē pręfers, nō ſimulatur amor,
Hoc quoq; enim dubito non ꝙ fiducia deſit,
Aut mea ſit facies non bene nota mihi.
Sed quia credulitas damno ſolet eſſe puellis,
Verbaq; dicuntur veſtra carere fide.

VBER. VIXI, Legitur et iuſi. i. fui lęta et iocata ſum, ſalua tamen pudicitia mea. Laudem de me, vt poſſit ſe iactare de ꝯcubitu meo. Quo, qua re, ǭobrē. Cępi, audacię tuę. Mei tori, mei concubitus. Neptūnius heros. i. Theſeus nepos neptūni. Attulit vim. s. in rapiēdo. Rapta ſe. a Theſeo. Bis etiā a te. Aduertendū eſt ꝙ lꝫ hoc exēplū videaꝫ diſſuadere Paridi, ne eam rapiat, tñ latenter ad incitandum poſitum. Delinita. i. blanditijs captata et illecta. Erat noſtrum cri. i. fuiſſet mea culpa. Rapta violenter abducta. Quid fuit meum. i. quid potuit imputari mihi. Niſi nolle. i. qꝺ nolui, et voluntas mea non fuit e facto. i. ex rapina ſua. Petitum, deſideratum. Redij, ab eo diſceſſi. Paſſa nihil excepto timore, quę nihil ab eo mali habui, niſi ꝙ timui. Abſtulit, accepit. Luctando contendendo. Non ſponte mea. Nil mei, nil deme. Vlterius, vltra oſcula. Quę tua, dum ſimulat Helena ſe dol-

NEPTVNNIVS Heros, Theſeus meam, ideſt meę opis et facultatis quid niſi nolle fuit, quaſi dicat nihil. Et ideo quia citra conſenſum nemo peccat, immunis eſt a crimine, licet contra voluntatem rapta. Nil habet ille mei, latine et ſignanter dictum et plusquam ſi diceret, nil habet ille meum, ꝙ tunc de rebus ſuis loqueretur nunc de ſe. Similis tui, ſt eleganter dictum. Nā ſimilis cum de moribus agitur potius genitiuo iungitur. Minuitq; modeſtia crimen, quia oſculis contentus erat. Nequando nomen non ſit in ore meum, ſemper ſit in ore vulgi de me loquentis, et de amatoribus meis. Nec tamen iraſcor quis. Incipit condeſcendere et pati ſe amari, ē vt muliebris naturę decorum ſeruatum agnoſcas, plus ſe moueri fatetur forma et amore Paridis, quam genere, aut diuitiis. Hoc quoque enim dubito. Ordo eſt. Ego enim dubito quoque, ideſt eſt hoc, an ſcilicet amor tuus in me ſimuletur non ꝙ, ideſt quia fiducia, ideſt bene confidendi de me ratio deſit aut quia mea facies non ſit bene nota mihi. Fallimur enim plerunq; in iudicandis rebus noſtris. ASCEN.

At peccant aliȩ, matronaq; rara pudica eſt,
Quis probibet raris nomen ineſſe meum?
Nam mea ꝙ viſa eſt tibi mater idonea cuius
Exemplo flecti me quoq; poſſe putas,
Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſȩ,
Error ineſt pluma tectus adulter erat.
Nil ego ſi peccem poſſum neſciſſe nec vllus
Error qui facti crimen obumbrat erit.
Illa bene errauit vitiumq; auctore redemit,
Fȩlix in culpa quo ioue dicar ego?
Et genus et proauos et regia noīa iactas,
Clara domus ſatis hȩc nobilitate ſua ē,
Iuppiter vt ſoceri proauus taceatur et omne
Tantalidȩ pelopis Tyndareiq; genus.
Dat mihi lȩda iouem cygno decepta parente,
Quȩ falſam gremio credula fouit auem.
I nunc ⁊ phrygiȩ late primordia gentis,
Cunq; ſuo Priamo laomedonta refer.
Quos ego ſuſpitio ſed q tibi gloria magna eſt,
Quintus is a noſtro ſanguine primus erit.
Sceptra tuȩ quamuis rear eſſē potentia Troiȩ,
Non tamen hȩc illis eſſē minora puto.

VOLS. AT PECCANT Aliȩ, illud Paridis reſumit. An faciem culpa poſſe carere putas. Idonea, ad tui argumēti firmamētū apta. Matris in admiſſo, mōſtrat exēplū ſuȩ cāȩ non ꝯuenire, potuit inqt lȩda mr̄ excuſare culpā ab errore, ſed qꝛ I nr̄a cā oīa ſūt apta, nulla eſt excuſatio. Admiſſo, pc̄ō. Sub fal. imagine, luſȩ a Ioue q falſo ſe cygnū ſimulauit. Nil poſſuʒ neſciſſe, cū oīa ſint aperta nullū errorē afferre poſſū. Obūbret, cȩlare poſſus. Vitiuʒ, adulterij ſcelus. Auctore, magnitudīe Iouis qui fuit adulterij cā. Redemit, cōpenſauit. Fȩlix, ad lȩdȩ fecunditatē reſpexit. Et genus et ꝓauos, ſui generis cōmendatiōe Paridis iactantiā ꝯtēnit. Domus hȩc, quȩ te hoſpitio ſuſcepit, q̄ tu ꝯtemnere videris. Nobilitate, antiqtate generis. Iuppiter vt ꝓauus ſoceri. Honeſta occupatio. Pliſtenes Helenȩ Socer natus ex Pelope, cuius auus fuerat Iuppiter ex pr̄e Tantalo, vt diximus. Tyndareiq; genus, tyndari ꝓgeniē recenſuimus. I nunc, inhibet per ꝯceſſionē, nō inqt eſt Phrygū genus cū nr̄o cōparandum. Quintus, de Priamo intelligit, q qntus erat a Ioue. Nā Iuppiter Dardanum. Dardanus Ericthoniū. Ericthonius Troū. Trous laomedontē. Laomedon ꝑamū. Priamus paridē genuit. Is Iuppiter primus, qm̄ ex lȩda et Ioue nata eſt Helena. Sceptra tuȩ q̄uis, ꝯcedit Phrygias opes, ſed per recriminationem refellit. Troianū impiū opulētiſſimū fuit auctis ab Ericthonio diuitijs, d quo Hom. meminit.

VBER. AT PECCANT, qꝛ dixerat. Lis eſt cū forma magna pudicitiȩ, dicit ſe velle eē inter raras. i. iter eas, q ſeruāt pudiciciā. At peccāt aliȩ, obiectio. Quis ꝓhibit, rn̄ſio obiectionis. Nā mea qꝛ Paris dixerat, Hȩc tibi nēpe patrē furta dedere Iouē, ad hoc rn̄det mr̄em poſſe excuſari, qꝛ decepta ſit, ſe vero nullam poſſe hēre excuſationē īprudētiȩ. Admiſſo, delicto. Sub imagine, cygni. Adulter, Iuppiter. Poſſuʒ neſciſſe nil. i. ſcio ꝙ peccem neq; poſſum excuſari ꝑ ignorantiam, nam duȩ negationes affirmant. Adumbret, tegat. Illa, alia excuſatio. Vitiuʒ, crimen ſuum. Redemit, recompenſauit. Auctore, propter auctorem, quia Iuppiter. Fȩlix in culpa, ideſt bene peccaſſe. Quo Ioue, ideſt quia magna excuſatione, qꝛ tu non es Iuppiter, quo poſſim excuſari. Quod genus, rn̄det ad id qđ dixerat. Phryx erat, et idē. Non dabimus certe ſocerꝫ tibi clara fugantē, lumina. Hȩc domus, mea et Menelai. Iuppiter, cōparat nobilitatē ſuā cū nobilitate mariti. Vt, q̄uis. Proauus ſoceri. i. Atrei, diximus ſupra. Tātalū filiū fuiſſe Iouis. Tātalus genuit Pelopē. Pelops Atreū, vñ Agamēnon et Menelaus, lʒ qdam eos Pliſtenis fuiſſe dicant. Tyndarei, pr̄is mei putatiui. I nunc. q. d. fruſtra iactas genus tuum. Primordia, initia. Suo. s. filio. Suſpicio, veneror. Sed q tibi gloria magna ē. i. ſed is quo tu potiſſimum gloriaris, qntus eſt tibi in ordīe, et mihi ē primus. Iouē āt ītēt, nā Helenȩ primus ē, qꝛ eius pr̄. Paridi do qntus, qꝛ Iuppiter genuit Dardanū ex Electra. Dardanus Ericthoniū. Ericthonius Troē. Tros Ilum. Ilus Laomedōta. Laomedon Priamum. Priamus Parin et reliq̄s filios, ergo qntus eſt Iuppiter a Paride excluſiue. Sceptra, rn̄det ad id, quod dixerat. Sceptra parens Aſiȩ, qua nulla potentior ora eſt, finibus immenſis vix obeunda tenet ⁊c. Hȩc, noſtra grata.

ASCEN. SED Quia credulitas dāno ſolet eſſe puellis, hoc eſt lʒ, qꝛ amabilis ſum ꝯfidam me amari, tñ qꝛ credulitas multis obfuit, vereor credere, et potiſſimum qꝛ Troiani perfidi, et periuri ꝓhibent, aut potius generaliter in oēs amatores dcm̄ eſt. At recitat obiectionem Paridis conātis exēplo in crimen allicere, ſed prudenter rn̄det turpiter arctura. Error. i. deceptio ineſt in admiſſo. s. adulterio mr̄is luſȩ. i. deceptȩ ſub falſa imagine, qꝛ in ſpecie cygni ꝯcubuit cū lȩda matre Helenȩ Iuppiter, vñ addit. Pluma tectus adulter erat. Obūbret. i. occultet, aut ꝓtegat ab infamia. Quo Ioue. q. d. nullo ſed manifeſtario adulterio. Eoq; mortali, cum ſim ex deo genita atq; imortalis hn̄da. Genus tyndarei, ſicut in ep̄la Paridis ſecutus Thucididē declinauit a ntō tyndareos huius tyndarei, ꝓ q̄ nos tyndarus tyndari. Quo ego ſuſpicio. i. non contemno, nec deſpicio, ſed ſuſpicio, quaſi inferiores aſpicio, ſed is. s. Iuppiter, qua ex nīs tibi glīa magna eſt, qntus. s. a veſtro ſanguine, erit primus a noſtro ſanguine. Tua epiſtola diues. s. pollicitationibus, ſed vt dicit gnato, pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Si iam diuitiis locus hic, numeroq; virorum
 Vincitur, at certe barbara terra tua eſt.
Munera tanta quidem ꝓmittit epiſtola diues,
 Vt poſſint ipſas illa mouere deas.
Sed ſi iam vellem fines tranſire pudoris,
 Tu maior culpę cauſa futurus eras.
Aut ego perpetuo famam ſine labe tenebo,
 Aut ego te potius, q̃ tua dona ſequar.
Vtq; ea non ſperno, ſic acceptiſſima ſemper
 Munera ſunt, auctor quę precioſa facit.
Plus multo eſt, ꝙ amas, ꝙ ſum tibi cã laboris,
 Quod tam per longas ſpes tua venit aquas.
Illa quoq;, appoſita quę nũc facis improbe mẽſa,
 Quamuis experiar diſſimulare, noto.
Tu modo me ſpectas oculis laſciue proteruis,
 Quos vix inſtantes lumina noſtra ferunt.
Et modo ſuſpiras, mõ pocula proxima nobis
 Sumis, quaq; bibi tu quoq; parte bibis.
Ah quoties digitis quoties ego tecta notaui
 Signa ſupercilio pene loquente dari.
Et ſępe extimui ne vir meus illa videret,
 Non ſatis occultis erubuiq; notis,

VOLS. BARBARA, si opulentia superamur, non tñ barbari sumus. Epiſtola diues, quę diuitias pollicetur. Mouere, in ſententiam trahere. Ipſas deas, a maiori arguit. Fines pudoris. honeſtatis lineã. Tu maior cã, tua cã non ob diuitias flecterer. Vtq; ea nõ ſperno ruſticitatis notã euitare nititur. eſt.n. minime vrbanum verbum oblata munera ꝯtemnere. Auctor q̃ pcioſa facit, maioris comomenti ſunt munera et pluris facienda, quo q impendit eſt pſtãtior. Plus multo ꝙ amas, magis tuo amore q̃ diuitiis ad amandũ moueor. Spes tua, quę eſt vt me adducens ꝯiungeris. Per lõgas aq̃s, p tantam nauigationẽ, ex Troia p helleſpontum in Laconiam vſq;. Illa quoq; appoſita, amoris ſigna, quę Paris dederat recenſet, vt a cauſa arguat ſe allici poſſe ad amandum. Improbe, improbum dicimus, qui in petendo audatiuſculus eſt. Experiar diſſimulare nõ intelligere tentẽ.

Noto, optime calleo. Inſtantes, proſpectum vrgentes. Ferunt, intueri patiuntur, tanto oblatu me luſtras, vt vis tuorum oculorum aciem intueri patiar. Pene loquente, quoniam eo adeo aperta erant ſigna, vt intelligerentur perinde atq; loquens.

VBER. SI IAM diuitiis, q: paris dixerat. O quotiẽs dicas, quã paup Achaia nr̃a. Vna domus q̃uis vrbis habebit opes. dicit ꝙ ſi terra ſua vincitẽ diuitiis. ſaltem hoc hꝫ ꝙ nõ eſt barbara ſicut terra Troiana.

Munera. dixit .n. ipſe. Dona parens, fratresq; et cũ genitrice ſorores etc̃. ad h̃ rñdet, ꝙ ſi vellet ei obſeq; faceret potius eius cã q̃ cauſa munerꝫ, q:. Turpiter ingenuum munera corpus emunt. Tranſire fines pudoris. i. verecundię. Ɛ eſt ſermo Cice. ad Luccium. Nam qui ſemel verecundię fines tranſierit etc̃. Non ſperno. i. accepta et grata habeo. ſupto te eſt Virgi. Munera nec ſperno. Munera, sñia eſt color. et eſt ſenſus. Munera quę auctor. i. ille, qui dat. Facit pcioſa, facit digna, nã munera p dignitate dantis pcium capiunt. Sunt acceptiſſima, ſunt gratiſſima. Plus multo, ſcilicet eſt mihi. Quod amas. i. multo pluris facio amorem tuum. Per tam longas aquas. q: dixit ſupra. Attulimus flammas huc, non inuenimus illas. Hę mihi tam longę cauſa fuere vię. Illa quoq;, reſpondet ad id, quod dixit. Ah quotiens aliquem cantaui potus amorẽ, etc̃. quę ſequunť. Inſtãtes, fixe aſpicientes. Nr̃a lumina vix ferunt, quia vix poſſum tantum tenere oculos in tuos, quantum tu tenes eos fixos in me. Et modo ſuſpiras, nam ipſe dixit. Sępe dedi gemitus. Qua pte bibi. ſignũ ẽ.n. amoris ea parte poculi bibere, qua aliu bibe rit Ouidi. in primo amoꝝ ad amicam. Quę tu reddideris ego primus pocula ſumam. Et qua tu biberis, hac ego parte bibam. Ideꝫ precipit in. ij. de arte. Fac primuꝫ rapias illius tacta labellis. Pocula quaq; bibit pte puella, bibas. Digitis manu. Supercilio pene loquente. i. ita declarante animuꝫ tuum ac ſi locutus eſſes. Ipſe, in amoribus. Verba ſupcilijs, ſine voce loquentia dicam, idem in ſecũdo de arte. Multa ſupercilijs multis loquare notis. Erubuit, puduit me. Notis, ſignis. Non ſatis occultis, ideſt nimis manifeſtis.

ASCEN. SED SI Iam vellem. ingenue ſatis. ſed muliebri affectione. Atq; ea non ſperno. i. lptotes. i. gratanter accipio ſicut in illo Virgiliano. Munera nec ſperno ſic acceptiſſima ſemper etc̃. prouerbiale eſt, quod in eunucho dicitur ſic a gnatone ad militeꝫ querentem. Ah tu leta eſt. Non tam, ipſo quidem dono q̃ ꝙ abs te datum, id vero ſerio triumphat plus multo eſt ꝙ amas. non id quod amas intelligimus, ſed q: amas. et ita in reliquis. Illa quoq;. Docet ſigna amoris eius ſe notaſſe. Ordo eſt. q̃uis ego experiar diſſimulare. i. an poſſim diſſimulare, tamen ſupple ego noto. i. obſeruo et annoto illa ſcilicet ſigna, quę improbe. i. improbanda facis nunc menſa appoſita. i. poſtq̃ menſa appoſita eſt.

Tu laſciue. Nam extra carmen diceres laſciuus vt docet vlla. Nec eſt aduerbium laſciue, quia hoc vltimam produceret. Quos, ſcilicet oculos tuos inſtantes, ideſt inſtanter me intuentes. Lumina noſtra, ideſt acies oculorum noſtrorum.

Vix ferunt, ideſt tolerare, aut ſufferre poſſunt.

Ah quotiens, quaſi dicat frequentiſſime notaui ſigna tecta, ideſt occulta dari digitis, et ſupercilio pene, ideſt quaſi ſe loquente.

VOLS. NEC VOX Falſa, quoniam nullo aſſlaris pudore. In orbe menſę, Romę pręcioſiores menſę rotundę fuerant ex cytro arbore, vt ſcribit Iunius. ſub noſtro nomine, de me ipſa intellexi, licet ſub alio nomine factum fuerit, quod indicat, cum dicat Alexander. Indiciumq; mei falſo ſub nomine feci. Ille ego ſi neſcis verus amator eram. Deducta, expreſſa, et continenter adiuncta. Oculo renuente, iterum per nutum negante. Sic, oculorum nutibus. Capi, in amorem tuum allici. Eſt quoq; ↄfiteor. ↄcedendū eſt, ꝙ negari non pōt. Sed inuenienda cōtra. vnde aduerſarij rōnes refellamus. Vnde honeſtatē formę pręponendam eſſe contendis. Rara cui ſimilis vix alia reperitur. Poteſt, velle, optare debet. Felix tuo coniugio beata. Eſt virtus, ſuaſio ab honeſto, ire contra appetitū fortitudo eſt. Quod optas, multi proci ↄſpirant in tuū deſideriū. Nimis oris, plurimū in loquendo audacię. Si vidiſſem. Tyndarus cum multi peterent Helenę coniugium, ne quis offenderetur, dedit ex conſenſu omnium Helenę optionem, vt quem vellet eligeret pręſtito iureiurando ſe illi opitulaturos quem elegiſſet, illa Menelaum ſibi deſumpſit, et ideo in bellum Troianum cum illo cuncti iureiurando aſtricti conferunt, vt ſcribit Thucydides. Ad poſſeſſa, ad eam, quę alterius eſt poſſeſſoris.

Sępe vel exiguo, vel longo murmure dixi,
Nil pudet hunc, nec vox hęc mea falſa fuit
Orbę quoq; in mēſę legi ſub nomine noſtro,
Quod deducta mero littera fecit, amo.
Credere me tamen hoc oculo renuēte negaui,
Hei mihi, iam didici, ſic quoq; poſſe loqui,
His ego blanditijs, ſi peccatura fuiſſem,
Flecterer. his poterant pectora noſtra capi.
Eſt quoq; (confiteor) facies tibi rara poteſtq;
Velle ſub amplexus ire puella tuos.
Altera ſed potius felix ſine crimine fiat,
Quam cadat extremo noſter amore pudor.
Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere,
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.
Quā multos credis iuuenes optare, qđ optas,
Qui ſapiunt oculos an Paris vnus habes?
Non tu plus cernis, ſed plus temerarius audes,
Nec tibi plus cordis, ſed minus oris ineſt
Tunc ego te vellem celeri veniſſe carina,
Cum mea virginitas mille petita procis,
Si te vidiſſem, primus de mille fuiſſes,
Iudicio veniam vir dabit ipſe meo.
Ad poſſeſſa venis, pręreptaq; gaudia ſerus,
Spes tua lenta fuit quod petis, alter habet.

Iudicio te nobis anteferendum erit. Velle, optare. Fęlix, quę habeat talem maritum, qualis es tu. Sine crimine, ſine culpa, ideſt altera, quę non ſit nupta. Cadat, pereat. Extremo, peregrino, qualis es tu. Meo exemplo, quę licet non habeam maritum pulchrum tamen eo ſum contenta. Eſt virtus, ſententia eſt. Placitis, quę placuerunt, eſt enim participium, non autem legendum eſt placidis. Quam multos, id eſt quot q. d. plurimi ſunt. Qui ſapiunt, ideſt qui intelligunt, et cognoſcūt. An vnus, ideſt an ſolus, q. d. non. Plus cernis i. plus vides, ꝙ alij. Sed plus audes. i. audatior alijs. Cordis intellectus et ſenſus. Minus, verecundię, cuius os. i. facies teſtis eſt. Tunc ego, dicit ꝙ vellet eū veniſſe ad petendū ipſam vxorem cum erat nubilis, et a multis petebatur, ꝙ prępoſuiſſet eum omnibus. Virgil. Menelaum parat mihi, ſi hoc dico, ꝙ etiam prępoſuiſſem te ei. Ad te, dicit eum nunc ſero veniſſe, quia iam eſt coniuncta, et dicata alij. Ad poſſeſſa, ad ea gaudia. quę aliorum ſunt. Pręrepta, pręoccupata. nam talia ſunt prius occupantium. Lenta, pigra. Alter, Menelaus.

VBER. EXIGVO Murmure, tenui, et ſubmiſſa voce ne audiret. Hunc, Paridem. Nec vox, fuit falſa. i. et vera dixi. In orbe menſę. i. in menſa quę rotunda fiebat apud antiquos. Iuue. Magnos niſi ſuſtinet orbes. Grande ebur. Deducta, diuiſa. Ouidi. in amoribus. Verba leges digitis, verba notata mero. idem in ſecundo de arte. Blanditiasq; leues tenui perſcribere vino, vt dominam in menſa ſe legat illa tuam.

Renuente, nutu tibi reſpondente. Flecterer, mouerer, inducerer. Si fuiſſem peccatura, ideſt ſi voluiſſem fallere fidem coniugij.

Eſt quoq; ad id, quod dixit.

Nec puto collatus forma Menelaus et annis.

ASCEN. ORBE QVOQ; , videtur ſenſus et ordo, Ego quoq; legi in orbe menſę, ideſt quo verbaris in menſa, vulgus ſciſſoria aut inciſoria vocat ſub noſtro nomine (nam in orbibus argenteis, ac aureis ſolent dominorum nomina ab artificibus inſcribi) legi inquit amo, illud verbum amo, quod fecit littera deducta mero, ideſt vino loco atramenti ſiue incauſti, vt ſignificet Paris ſe amare Helenam, cuius nomen ſuperius poſitum erat. Alter exponit ſuperior interpres, tu vtrumuis ſequere lector.

Eſt virtus pla. Aureum verbum. an Paris vnus, ideſt ſolus habes, Paris in vocatiuo latine dixit. cum vſitatius pari dicatur. Proci ſunt, qui petunt. Connubium. Ad poſſeſſa, ideſt ad res poſſeſſas, ideſt ad me poſſeſſam, aut ad gaudia poſſeſſa, et pręrepta.

Vt tamen optarem fieri tua troica coniunx,
Inuitam ſic me non meru laus habet.
Deſine molle precor verbis conuellere pectus,
Neue mihi quã te dicis amare noce.
Sed ſine quã tribuit ſortẽ fortuna tueri,
Nec ſpolium noſtri turpe pudoris habe.
Ad Venus hoc pacta eſt et inaltę vallibus ide,
Tres tibi ſe nudas exhibuere deę
Vnaq; cũ regnũ belli daret altera laudem.
Tyndaridis coniunx tertia dixit eris.
Credere vix equidẽ cęleſtia numina.poſſum
Arbitrio formam ſuppoſuiſſe tuo,
Vtq; ſit hoc verum certe pars altera ficta eſt,
Iudicij precium qua data dicar ego.
Non eſt tanta mei fiducia corporis vt me
Maxima teſte dea dona fuiſſe putem.
Cõtenta eſt oculis hoium mea forma probari,
Laudatrix Venus eſt inſidioſa mihi.
Sed nihil inficio. faueo quoq; laudibus iſtis,
Nam mea vox quare quod cupit eẽ neget?
Nec tu ſuccenſe nimium mihi creditus ęgre,
Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides,
Prima mea ẽ igitur veneri placuiſſe voluptas
Proxima me viſam pręmia ſumma tibi.
Nec te palladios nec tę iunonis honores,

VOLS. VT TAMEN optarem, excuſat voluntatem licet mollis videat. Quãuis optem tuũ pingium, nõ in Menelai thalamũ odi. Auellere, vellicare, ſolicitare ſororem pingi vices. Tueri, in ſua honeſtate ſeruare. Spolium pudoris, noli me iniqua pudicitia ſpoliare, ſumpta a militibus metaphora, qui in victoriã hoſtes ſpoliant. At Venus hoc pacta eſt, ſuaſionem Paridis ex auctoritate deorum prępomit. Pacta eſt, meũ coniugium ꝓmiſit. Nudas, iudicaturus Paris de dearũ forma illas nudatis corporibus voluit conſpicari, qđ Home. in Iliade reddit. Credere vix eqdem, ꝓpoſitũq; id nõ refellit ſed verborũ ambitu cõcedit. Formã tuo iudicio pulchritudinem mã daſſe. Vtq; ſit hoc verum, eſto ꝙ iudicaris de illarũ forma. Precium iudicij, me go Venerem pręmiũ victorię tibi me ꝓpoſuiſſe. Fiducia corporis, non ita I mea forma ↄfido. Vt me maxima dona, vt exiſtimẽ ꝓ ſummo ꝓmio dari debere. Teſte dea, ex veneris teſtimonio et iudicio. Contenta eſt, ſatis laudata videtur ẽ vltra opinionem ſi homines meam laudarint formam non tantum dij. Laudatrix venus, id mihi vĩ fictũ, ꝙ me Venus laudarit. Sed nihil infi. nõ diſſimulabo, aut verborũ longo ambitu vtar, ſed aperte dicam. Faueo, gratę ſũt mihi tuę laudes, fauemus.n. his quorum officium gratum eſt. Vñ et fauere lingua eſt, cum in re lęta ꝑamur. Succenſe, me non grauiter feras, ſi non dicar facili credulitate. Succenſere eſt his, qui officium, vt ↄſeruunt amici non pręſtiterit. Iraſcimur quibus iniuria laceſſiti ſumus. Prima mea eſt igitur hac diuiſione quicqd inſinuauerit detegit, duo me inqt maxime delectãt, et ꝙ Venus me laudarit, et ꝙ tu cunctis ꝓpoſueris.

VBER. VT Tamen, dicit ꝙ ſꝑius libenter feciſſet eius coniunx, ſi venuſſet in templum, tñ non eſt ſic inuita et male libenter cũ Menelao, vt nunc optat eſſe ↄiunx Paridis. Vt optarẽ.i. cuperẽ. Deſine, repellit eũ a ſe, ne amplius eã ṽbis ſolicitet. Cõuellere, cõmouere, labefactare, et facere vacillare. Molle, muliere, ẽ ꝑ ↄñs mutabile. Ne noce mihi, ſolicitãdo me Quã, me. Sine, ꝑmitte, patere. Me tueri, ſeruare. Sortẽ, conditionẽ. Spolium, rapinam. Turpiter, ideſt cum infamia mea. Et Venus, ad id quod dixit, pollicita eſt thalamo te cytherea meo. Et in altę vallibus idę, propter illud. Dũq; tuo poſſem circundare brachia collo. Contenta eſt virtus Pallade dante mihi. Cum Venus et Iuno Pallasq; in vallibus Idę. Corpora iudicio ſuppoſuere meo. Vna, Iuno. Altera, Pallas. Tertia, Venus. Tyndaridis Helenę. Arbitrio iudicio. Vt, quamuis. Altera pars, quã dicis, ſcilicet ꝙ ego dicar data. Precium, ideſt merces et remuneratio iudicij, quod pro Venere dediſti. Non eſt, ideſt non tantum confido meę pulchritudini, vt credam me datam tibi a dea pro maximis donis, quę tibi dari potuerunt. Cõtenta eſt, ideſt ſatis eſt mihi, ꝙ homines et mortales laudent pulchritudinem meam. Et oculis hominum, mea forma ꝓbari. Laudatrix Venus; ſed ꝙ Venus laudauerit, vt dicis, vereor ne decipiar. Inſidioſa, fraudem parans Inficio, nego. Faueo, aſſentior. Quod cupit eſſe.s. pulchra. Nec tu, ſenſus eſt, nec tu iraſcere mihi, ſi vix credo tibi, quod iudicio Veneris ego ſim exiſtimata pulcherrima. Tu creditus de his, quę de me dicis. Nimium ęgre, nimium difficile. Nec ſuccenſe, nec iraſcere. Tarda, ideſt magnę res, non cito ſolent credi, eſt autem ſententia rhetorica. Prima, precipua. Proxima, ideſt ſecunda. Me viſam tibi, me putatam et iudicatam. Sũma, ſubaudi mihi voluptas. Te non prępoſuiſſe honores palladios, quos Pallas offerebat.

ASCEN. DESINE MOLLE. Vide quam prudenter amatorem moneat, nam dicendo, deſine molle precor verbis conuellere pectus, ſignificat pectus molle conuelli poſſe, ſi ille non deſierit. At Venus hoc pacta eſt. Callide deuenit, ad id quod maxime affectat ſignificans Venerem auctorem fore, ſi quid committat criminis. Laudatrix inſidioſa, quia per laudes eius prouocare in adulterium, quod minus erit vituperandum, vt pote a Venere perſuaſum.

VOLS. BONIS, Pulchritudini et corporis dotibus. Virtus, quã Pallas proposuit. Regnum, id Iuno obtulit. Ferrea translationem hanc necessariam fuisse scri. Fabius. Nam cũ verbis proprijs deficeremus, vnde obstinatos hoies notaremus, qđ saxi erat illis tribuimus, duros asperosq; et ferreos appellauimus.

posset dicere Paris, quare ergo nõ amas me, videt dicis, se nõ nolle amare eũ, quẽ vix sperat vnq̃ posse eẽ suũ, sed cũ dixit, vix dedit aliquã spem, nõ enĩ omnino negauit se putare. Quid bibulũ, ex similitudine ondit non esse sibi sequendum amorẽ Paridis cui nõ sit possibile morẽ gerere. Quid coner, qđ

> Auditis helenes pręposuisse bonis.
> Ergo ego sum virtus ego sum tibi nobile regnũ
> Ferrea sim si non hoc ego pectus amem.
> Ferrea, crede mihi, non sum sed amore recuso,
> Illum quem fieri vix puto posse meum.
> Quid bibulum curuo proscindere littus aratro?
> Spemq; sequi coner quam locus ipse negat.
> Sum rudis ad veneris furtum, nullaq; fidelem
> Dij mihi sunt testes, lusimus arte virum.
> Nũc quoq; q̃ tacito mando mea verba libello,
> Fungitur officio littera nostra nouo.
> Fęlices quibus vsus adest, ego nescia rerum
> Difficilem culpę suspicor esse viam.
> Ipse malo metus est iam nunc cõfundor et oẽs
> In nostris oculos vultibus esse reor.
> Nec reor hoc falso sensi mala murmura vulgi.
> Et quasdam voces retulit Aethra mihi.
> At tu dissimula nisi si desistere manis,
> Sed cur desistas, dissimulare licet.

Sed amare repugno amorem fassa in eo difficultates notat, primuz difficultatis causam in Paridis persona, reijciens vix puto, dubio sermone vsa est, ne omnino amãtem excludere videatur demum in illius sententiam accessura.

Quid bibulum, a simili auget difficultatem. Bibulum, aridum, naz quod aret facile humorez hauriit. Spem, non est sperandũ fructum cõsequi. Locus ipse, si natura solũ sit sterile. Sum rudis, a nouitate re tertiam difficultatem notat.

Ad veneris furtum, ad amorẽ. Nulla arte, dolos in amore esse Clereta lena apđ Plautum quibus alliciantur amantes his notat versibus in asinaria. Bene salutando cõsuescunt conuellendo blanditer. Osculando oratione vi nulla venustula. Si papillaz pertractabit haud est ab re aucupis. Suauiũ si sumi pferit, sumere eum licet sine retibus. Tacito, occulto. Fęlices, cum suspirio legendum, quod indicat iam in amore persuasum esse, ita vt rei facultate desideret. Vsus, amoris experientia. Difficilez culpę, cum facile sit peccare, mihi tamen difficile vr.

Ipse malo metus est, difficultas ex formidine, quę orit ex sinistro rumore, formido mihi est impedimento. Iam nũc, ante patratum facinus καιρος a tempore. Confundor, nescia sum quid agam. Nostris vultibus, id de culpa facit cõsciẽtia vt q̃ maxime in occulto sunt, in ore hominum versari suspicemur, et q̃ in nos oẽs conijciant oculos. Quasdam vo. de nr̃o amore rumores. Cur desistas, sequere potius, apertius expulit quid animi haberet.

VBER. BONIS Auditus Helenę.i. pulchritudini meę q̃ nũq̃ videras. sed tñ audieras. Ego sum virtus, &c. idest ergo me pro virtute, me pro regno, qđ a Iunone pmittebat, accepisti. Sim, pro ero. Ferrea, dura, inhumana. Si nõ amẽ hoc pectus.i. talem aĩus tuũ, et ita ostendit, qđ diximus supra in epistola Paridis mulieres laudibus suę pulchritudinis delectari. Delectant etiam castra preconia formę, sed q̃ dixit se esse ferream, nisi amet talem in se animum,

tentem. Bibulum, epitheton littoris et harenę. Spem, quaz locus in se negat, q̃ nũliter ex ipso loco possit haberi, sed per hanc similitudinem intellexit amorẽ Paridis. Sum rudis, ad ducit rationes, quare hęc spes videatur negari, et arguit a maioribus suis, et añ acta vita. Rudis, noua, imperita. Lusimus, decepimus. Vir. Quid natum totiens crudelis, tu quoq; falsis, ludis imaginibus. Nulla ar. nulla fraude. Nunq̃ decępi maritũ meum. Dij mihi sunt testes.i. dij sciũt, et est parenthesis.

Nunc quoq;, dicit se nunq̃ ante scripsisse ad aliquem aliuz. Tacito libello, secretę epistolę. Nouo, inusitato. Vsus.i. expẽtia, et exercitatio. Nescia, iperita. Suspicor viam difficilem, quã qui habitũ fecit non peccandi, nescit quõ incipiat peccare. Ipse metus est malo.i. timor iaz nocet mihi. Iam nunc, anteq̃ peccem. Oẽs oculos esse in.n. vult.i. puto oẽs me iã respicere, et hic oculos in me cõuersos, et dicere, hęc est, quę maritũ decępit, quę est ad alterũ. Falso, sine causa. Sensi, percępi, intellexi. Murmura, susurros quosdam de me. Æthra, comes mea Quasdam voces, quę de me, et de te dicuntur. Dissimula, occulta, et ostende nihil esse. Nisi tu manis, idest potius vis. Desistens, cessare ab amore meo. Sed cur delatenter ostendit sibi gratum esse, q̃ pergat.

BONIS Helenę, idest formositati. Fęlices quibus vsus adest, paulatim in consensum delabitur, nam velle significat, sed non audere. Ipse malo metus, idest metus mali, qui solet a malo detinere, est mihi malo, idest ad malum.s. ad infamiam, q̃ qui audacter et confidenter peccãt, pre se ferunt innocentiam, at rubescentes confidenter culpam, q̃ vultu pdunt, vebit ergo assueta esse et non metuere, ne agnoscat. Æthra et Climene, proprie sunt nomina pedissequarum. At tu dissimula, et. id sępe aperit poeta, quod mulieribus sępe in voto est velle, scilicet committere culpam, si citra infamiam possent, vnde cohortatur, vt dissimulet. ASCEN.

Lude,ſed occulte, maior; non maxima nobis
Eſt data libertas,q Menelaus abeſt.
Ille quidem procul eſt; ita re cogente profectus
Magna fuit ſubitę iuſtaq; cauſa vię.
At mihi ſic iuſſum eſt,ego cũ dubitaret,an iret,
Quam primum dixi fac rediturus eas,
Omine letatus,dedit oſcula resq;,domusq;,
Et tibi ſit curę troicus hoſpes,ait
Vix tenui riſum quem dum cõpeſcere luctor,
Nil illi potui dicere,prętер erit,
Vela quidem ventis Creten dedit ille ſecundis.
Sed tu non ideo cuncta licere puta.
Si meus hinc vir abeſt, vt me cuſtodiat abſens.
An neſcis longas regibus eſſe manus?
Fama quoq; eſt oneri.nã quo cõſtantius ore
Laudamur veſtro,iuſtius ille timet.
Quę iuuat vt nũc ẽ,eadẽ mihi gloria dãno eſt,
Et melius famę verba dediſſe fuit.
Nec q abeſt. hic me tecum mirare relictã.
Moribus et vitę credidit ille meę.
De facie metuit, vitę confidit.et illum
Securum probitas,forma timere facit.

VOLS. NON Maxima,quoniam q̃uis abſit,non tamen omnia audere,licet, vult.n.cuſtodem ſibi appoſitũ fuiſſe ſignificare. Re cogente,Menelai diſceſſum a neceſſitate tuetur, quem ſimplicitate Paris damnarat. Magna cauſa,ea erat, vt diuiderentur in Creta Atrei bona. Dubitaret, de diſceſſu in ambiguo eſſet. Fac rediturus eas, hoc omẽ ad diſceſſum innuit. Erit, Paridis Troiani hoſpitis curam gerum. Cuncta,ea etiam,quę minus honeſta ſunt. Cuſtodiat,cuſtodiã adhibuerit. Longas manus, quę etiã remotiſſima cuſtodire poſſunt. Fama,nominis celebritas. Eſt oneri,diffi cultatem parit. Eadem glo pulchritudinis frequens fama,ẽ ſeruati pudoris decus. Verba dediſſe,nõ ſeruaſſe ab ineunte ętate ſine labe, ſed deceptam violaſſe pſtaret. Dare verba,eſt cũ factis dicta nõ ↄſentiũt, qȯ Ter. ſeruus indicat, cum dicit,cui verba dare difficile eſt credit, fidem adhibuit,nouit recte actam vitam, et probatos mores. De facie, ſola pulchritudo illum timere cogit cum cętera meam vitam pbet.

OCCVLTE,caute,ne aliquis aduertat. Maior,q
VBER. Paris dixerat. Sed tibi,et hoc ſuadet rebus non vo ce maritus.Neue ſui furtis hoſpitis obſit, abeſt.Reſpondet ipſa ſe eſſe aliquãto in maiore libertate q̃ ſi maritus adeſſet,ſed non tamen hẽre maximã, vt poſſit facere quod velit. Maior,q̃ ſi adeſſet. Sed non ma.q etiam obſeruor. Ille, Menelaus. Procul,longe. Re cogente.i.neceſſitate exigente. Vię profectionis eius. Sic viſum eſt.s.eſſe eundum. Cum dubitaret an iret,oñdit Menelaum ſine cõſilio ſuo non diſceſſiſſe. Rediturus q̃pri.i.celeriter, eſt.n.q̃primũ vna dictio cõpoſita. Letatus omine .i.accipiens pro bono omine,q ego dixiſſem ei,vt iret. Res, patrimonium noſtrum. Domus,familia. Troicus hoſpes,Paris ſit tibi curę, et hoc eſt qȯ ſatis dixit eum mandaſſe cum dixit. Idẽ mando tibi dixit iturus. Curam pro nobis hoſpitis vxor agas. Vix tenui riſum,cum vidi eum ita ſtultum,vt mihi commendaret eum,qui ſibi nocere poſſet. Compeſcere,cohibere. Luctor, nitor. Erit.i.fiet hoc eſt erit mihi, commendatus. Creten,deeſt in. Ideo ob hanc cauſam.s. q abſit

Licere cuncta.i.omnia eſſe tibi licita, ſatis enim tibi eſſe debet,ſi potes me videre et alloqui, neq; debes vlterius ſperare licere tibi. Abſens.s.etiam. Regibus principibus,qualis ipſe eſt. Longas manus longam poteſtatem etiã in locis remotis. Fama quoq; dicit ſe etiam terreri metu infamię,ne dicatur adultera, qȯ derelicto marito legitimo ſecuta ſit amorem. Eſt oneri.i.afſert onus,et obligationem quandam pudice viuendi. Quo, quanto. Cõſtãtius, firmius. Veſtro ore .i.verbis diuum virorum. Iuſtius, deeſt eo.i.tanto, q̃to enim aliqua mulier magis laudat,tantomagis de ea timendũ eſt, nã ſola miſeria caret inuidia. Quę iuuat, latenter innuit qȯ libenter peccaret, ſi auderet, dicit enĩ gloria meę famę, et honeſtę vitę. Quę iuuat,q̃ delectat me. Vt.i.ſicut nũc eſt.i. honeſta, vt nunc eſt, eſt mihi damno, q inijcit mihi ruborẽ faciendi, qȯ a me petis. Quod eſſet vtilius, et melius foret.i. vtilius mihi eſſet.

Dediſſe verba famę.i. decepiſti ipſam famam,et me non eſſe talem,qualem fama prędicat, hoc eſt melius eſſet non obſeruare fidẽ marito. Dare verba eſt decipere. Credidit,confiſus eſt. Moribus, meis honeſtis,et vitę ante perſpectę. De facie metuit.i.pulchritudo mea facit illum timere, et ſuſpicari de me,ſed vita cognita honeſta facit illũ confidere. De facie,ideſt propter faciem,et pulchritudinem. Securum,ſine cura et timore.

ITA RE,ideſt vtilitate cogente profectus. Quã primum dixi fac rediturus, quamprimum, ideſt
valde cito,quod dictũ ille pro felice omine ſumẽs ASCEN.
mox profectus eſt. Hoſpes troicus,aut Troianus, aut quod illi glorioſius eſt,a troe ortus. Erit,comici dicunt fiet,et eſt imperioſe dictum,ſed modeſtius dixit, erit ſcilicet curę. An neſcis longas, prouerbiale eſt. Fama quoq; eſt oneri,veretur enim famam bonam polluere. Et melius fuit dediſſe verba famę,ideſt fouiſſe famam inanem,et decepiſſe eam. Nec q abeſt,ſubtilis,et oratoria reſponſio. Nam quod ille in contumeliam Menelai dixerat, iſta in ſuam, laudem vertit (ſuam dico Helenę,ne barbare loqui putes) De facie,ideſt propter pulchritudinem faciei.

VOLS. PRÆCIPIS. Suades a ipis opportunitate. Dixerat enim, Paris, Vtere mandatis simplicitate viri. Et si. ꝯcedit suasionē, ſed petit differri factū, qm̄ adhuc pendebat aliꝯ culpę ꝯsuetudine. Exacta, formata pendebat adhuc. Et vir abeſt, cōmoditatē repetit ex snia Paridis, vt facile oñdat ſe iniurā. iniciꝯ ſententiā. Me miſeram, ad culpę memoriam ſuſpirat. Male, non honeſte, turpe ē adulterium ſuadere. Bñ, ſub honeſtatis ſpecie, vellē ingt, qd ex volūtate turpe eſt, vt quadam neceſſitate fieri poſſet, vnde iudicare tur honeſtū. Ruſticitas, timiditas, et in amore difficultas. Vtilis, qm̄ illā culpā diluere poſſunt. Sic per violentiam ē iniuriā. Eſſe felix, dio ꝯiugio beata. Dum nouus eſt cepto. Anceps Paridis in fide adhuc amori repugnat. Cępto, q nunc nos inuaſit, facile. n. amor reprimitur, ſi antq̄ inualeſcat abiſcere conabimur. Flāma re. cum primum ignis incendit. Certus in hoſpitibus, etc. aperit vnde oriat̄ timor, quo ad impugnandus amorē impellabat, hoſpites inquit fidē amantibus non ſeruant, argumento vſa a ꝯditione, et inconſtantia. Hypſipyle teſtis, exemplo inconſtantiam probat Iaſon Hypſipylem reliquit, The. Ariadnam. Non exhibitis, qui non fuere ſeruati ex foedere.

Perſuades, tuā epiſtola, et rōnibus ad me ſcriptis. Ruſticitas, ruſticus, pudor. Ipſe de arte. Et ſi ruſticitas non vetat ipſa, rogat. Excutienda, eijcienda, repellenda. Ipſis paſſis. i. his qui eam paſſi ſunt. Sic, ſcilicet inferendo iniuriam. Ego forem coacta eſſe felix. i. cogerer habere ea bona, quę mihi ꝓmittis, et per te mihi contingere poſſunt. Dū nouus eſt, oſtendit mutabilitas muliebris, poſtea quā. n. ſignificauit ſe cupere quod Paris ſuadebat nunc hortatur, vt potius deſiſtat ab amore, qđ nōdū eſt vehementer auctus, et multis exēplis rōnibusq; ꝓbat, quare nō debeat ſeq̄ Paridē. Pugnemus, reſiſtamus. Flāma, ꝓbatio a ſimili, ꝙ amor incipiēs facile poſſit extingui, ſicut ignis nouus parua aqua extinguitur. Certus, firmus, et eſt ſententia rationē cōtinens. Hoſpitibus, peregrinis non habētibus certum domicilium. Errat, vagatur amor. Vt ipſi, hoſpites. Firmius, ſtabilius. Hypſipyle, probat exemplis. Minoia virgo. Ariadne filia Minois, de Hypſipyle, et Ariadne viſum eſt ſupra in epiſtolis earum ad Iaſonem, et Theſea, vtraq; iuncta in toris non exhibitis, ideſt non datis, ſed negatis eis, de qua re iuſte conqueruntur.

Tempora ne pereāt vltro data pręcipis, vtq;
Simplicis vtamur commoditate viri.
Et libet, & timeo, nec adhuc exacta voluntas
Et ſatis, in dubio pectora noſtra labant.
Et vir abeſt nobis. & tu ſine coniuge dormis,
Inq; vicem tua me, te mea forma capit
Et longę noctes. & iam ſermone coimus,
Et tu (me miſeram) blandus. & vna domus
Et pereā, ſi non inuitant omnia culpam.
Neſcio quo tardor, ſed tamen ipſa metu
Q̄đ male ꝑſuades, vtinā bñ cogere poſſes,
Sic mea ruſticitas excutienda foret.
Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis,
Sic certe felix ipſa coacta forem.
Dū nouus eſt, cępto potius pugnemus amori,
Flāma recens parua ſparſa reſedit aqua.
Certus i hoſpitibus non eſt amor, errat, vt ipſi,
Cumq; nihil ſperes firmius eſſe, fugit
Hypſipyle teſtis, teſtis minoia virgo,
In non exhibitis vtraq; iuncta toris.

VBER. TEMPORA Ne pereāt, ad id qđ dixerat Paris, vt te nec mea vox, nec te meus inciet ardor. Cogimur ipſius cōmoditate frui. Aut erimus ſtulte &c. reſpōdens dicit. Et libet. Cupio. Et timeo, voluntas, legētium eſt non voluptas. Nec adhuc eſt exacta. i. ſatis perfecte deliberata. Labant, vacillant. In dubio, in incerto vtrum debeam vti commoditate abſentię viri. Et vir abeſt, reſpōſio eſt ad id, quod dixit. Sola iaces viduo tam longa nocte cubili, in viduo iaceo ſolus et ipſe toro. Inuicē, viciſſim. i. tu me amas, et ego te. Et noctes longę. ſ. ſunt. Et iam coimus, ideſt coniungimur, et ſimul ſumus. Sermone, ſimul loquendo. Et tu blandus, ſubaudi es. Et domus, in qua ſumus. Et vna. i. ambo ſumus in eadem domo. Me miſeram, per interpoſitionem legendum eſt, et eſt dolentis. Pereā, quaſi iurantis eſt. i. moriar, ſi omnia, quę in parte tua ſunt, non inuitant me ad ſequendum te. Neſcio quo metu q. d. et ſi ſit ſine rōne. Bene cogere, qꝛ cupiunt puellę cogi. Quod male, ideſt vix.

ASCEN. ET TV ME miſeram, hęc particula, me miſeram, inſeritur, quaſi per parentheſim, et regitur ab o particula ſubintellecta vel ab heu, vt ſit o me miſeram, ſed qꝛ non tam vehemens eſt: excandeſcentia pulchrius ſupprimit̄, q̄ exprimatur. Quod male perſuades, qꝛ vix poteſt perſuadere; et eſt votum multis cōe, ſed dānandum. Dum nouus eſt cepto ſanctum quidem ꝯſilium, ſed longe a ſententia et aīo mulieris. Pugnemus amori. i. cum amore repugnemus amori, ſicut in. iiij. ęnei. Placito ne etiam pugnabis amori. Verba enim ad ꝯtentionem ꝑtinentia apud Virg. cum datiuo ꝯſtruuntur, loco cuius nos ablatiuum, et cum prępoſitione ponemus, vt ſolus tibi certat amyntas &c. Sparſa reſedit, aut reſidit, et puto potius legendū reſidit a re et ſido, vt ſit ꝑſentis tēporis, non ꝙ dicam cum Alexan. ſido carere pręterito, id. n. falſum eſt, nam vt Valla docet ſedi facit, ſed quia ſententię magis congruit pręſens q̄ pręteritum tempus. Niſi ſit ſparſa aqua, ideſt cum iam ſparſa fuerit aqua. Poteſt etiam a reſido deduci, vt ſit reſedit ſe data eſt. Amor err. ideſt durabilis,

VOLS. OENONEM. In fide deſtitutas ſe a Paride Oenone ſua epiſtola ꝯqueſta eſt. Adde q̃ cupias. in conſtantiam arguit a neceſſitate. Expedi. parant tibi nauigandi neceſſitatē. Nox ſperata, qua metū futurus es. Curſibus in medijs. ab auriga trāſlatio eſt in medio inquit amoris gaudio. Nouitatis, nouarum cogitationū, ſiles nouus amantē ſubire conſueuerūt. An ſeq̄r, tranſit ad eā Paridis ſuaſionē, que eſt. Troica claſſis adeſt armis i inſtructa viriſq; Iā facient celeres remus, et aura vias. Nō ita contemno, a fama id fieri nō poſſe mōſtrat. Probris, adulterij criminibus. Sparte, ſpartani holes. Achaia, peloponeſus. Vxor, ea eſt hecuba Cyſſei regis filia. Tot fratres, ex quibus nos legimus. Hectorē, Helenum, Chaonē, Troilū, Deiphobum, Palidoros onos, Æſacem, Antiopum, Tencrū, Demoōtē, Echemonē, Cremonē, Gergythonē, Cebrionē, Phorbātem, Dorionē, Polydamantē, Pammonē, Antiphontē, Agathonē, Hypporin. Aganoem, Laocoontem, Apolbum, Theſtinum, Thymetum, et Polliterum, Puelle vo tradūtur, Creuſa, Caſſandra, Iliorie, Lycaſte, Polyxena. Dardanideſq; nurus, Troiane puelle, vel Priami nurus. Qui, quomodo. Tuum crimen. dixerit Paris. Si pudet aut metuis ne me videare ſecura. ipſe reus ſine te criminis huius ero.

rū referūr, pronurus ad auum ſicut nunc Laomedonta auū Paridis. Cōtemno, paruifacio. Preconis, voces. Volu. velocis. illa, fama. Probris, ignominijs, vituperijs. Sparte, Lacedemon. Achaia, peloponneſus, vel grecia. Quid poterit loq de me, niſi me eē adulterā. Quid ſentiet, qd iudicabit. Tu qq; cū videbis me fregiſſe fidem Menelao. Qui. i. quō. Anxius, ſollicitus, ē plenus timoris. Exemplis tuis, ne aliud ita me ſollicitet ē alienet a te, ſit tu a Menelao. Cauſa timoris, qr putabis eū veniſſe eadē intentiōe, qua tu huc veniſti. Ipſe, tu. Dices adulte. me appellabis adulteram. Oblitus noſtro etc. i. oblitus q̄ nō potes o male dicere de me, qn male dicas de teipſo. Ineſſe, piūctum eſſe. Et auctor, cā. Obruat, tegat. Ante, potius ē eſt imprecatio muliebris. Sic dido apud Virgil. iiij Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat. Et briſeis ad Achillē. Deuorer ante p̄cor ſubito telluris hiatu. Aut rutilo miſſi fulminis igne cremer.

Tu quoq; dilectam multos infide per annos
Diceris Oenonem deſeruiſſe tuam.
Nec tamen ipſe negas, et nobis omnia de te
Querere, ſi neſcis maxima cura fuit.
Adde q̃ vt cupias conſtans in amore manere,
Non potes, expediunt iā tua vela phryges.
Dum loqueris nec cū, dū nox ſperata paratur,
Qui ferat in patriam, iam tibi ventus erit.
Curſibus in medijs nouitatis plena relinques
Gaudia cum ventis noſter abibit amor.
An ſequar vt ſuades laudataq; ꝑgama viſam?
Pronurus et magni Laomedontis ero?
Non ita contemno volucris preconia fame,
Vt probris terras impleat illa meis.
Quid de me poterit Sparte qd Achaia tota?
Quid gentes Aſie, quid tua Troia loqui?
Quid priamus de me, Priami qd ſentiat vxor
Totq; tui fratres, dardanieq; nurus?
Tu quoq; qui poteris fore me ſperare fidelem?
Et non exemplis anxius eſſe tuis?
Quicunq; iliacos intrauerit aduena portus,
Is tibi ſolliciti cauſa timoris erit.
Ipſe mihi quoties iratus, adultera, dices,
Oblitus noſtro crimen ineſſe, tuum.
Delicti fies idem reprehenſor et auctor,
Terra, precor, vultus, obruat ante meos.

ASCEN. MVLTOS Infi. vocatiuus ē, o infide. Nec tū ipſe ne, hoc placere videt Helene q̄ confitendo fiḡt ſe iuſtam habere repudij cauſam et non mendacem eſſe.

VBER. TV QVOQ; qui mihi tot tantaq; ꝓmittis. Infide piure, et fraudulēte. Oenonē, vxorē tuā, vt vidimus in epiſtola ipſius Oenones ad Paridem. Querere inueſtigare. Adde, adducit aliā rōnem q̄ comites Paridis inſtabāt, vt iāiam diſcederent.

ASCEN. Expedīt, expedire parant. Parat, cōſtituit inter nos. Plena nouitatis. i. nūmō incepta. In medijs curſibus, poſt īceptū ē eſt trāſlatio. Abibit tecū, et obliuiſceris mei. An ſeq̄r, ad id, qd dixit, ibis Dardanias ingens regina ꝑ vrbes. et itē. Innumeras vrbes atq; aurea tecta videbis. et item Ilion aſpicies firmataq; turribus altis Menia Phebee ſtructa canore lyre. dicit ergo, viſam pergama laudata a te. Pronurus, nurus ad patrem mariti

Adde q̄ aut cupias. Argumentat̄ ēt, ſi velit non poſſe diu manere. Pronurus, vna ē dictio, ſicut pnepos, ſed nepos eſt ex filio aut filia genitus, pnurus non pnepotis, ſed nepotis vxor, q̄ ergo Paris eſt nepos Laomedontis, vxor Paridis erit pnurus, ſicut Hecuba mr̄ eius nurus. Non ita ꝯtemno. i. nō vſq; adeo paruipēdo. Preconia. i. diffamationez. Volucris fame. Vt illa impleat. i. vt ſinā illaz implere terras meis probris. Quid de me poterit ſparte, hec ſparte huius ſpartis, ſicut crete cretis.

Tu quoq; qui. i. quō poteris, aut q̄re, ſeu qua via poteris ſperare me fidelem fore, et nō exemplis anxius eſſe tuis Egregiū argumentū quo multi ꝯtendunt non ducendas, q̄ ꝓce, aut precio induċte in ſtuprum conſenſerint ante nuptias, q̄ quod viro preſtiterunt, cenſende ſunt etiaz alteri preſtare paratę, ſi conſimilis conditio offeratur.

VOLS. AT FRVAR iliacis,quod paris ab opibus ſuaſit quandam repetit inuidia prię charitatē illis aſ-ponēs. Purpura nēpe mihi,purpurea veſte dona tā a Paride fuiſſe Helenā Martialis ſcri. Tellus ip-ſa,ſolus prium. Quo mō,ꝗ dulcedine ē occulta charitate.qsq.n.pīę ꝯſuetudine tenet. Quis mihi

Æſonia domo, vt ſupra. Auſus es ęſonia dicere ede domo. Nō minus,nihilominus,iꝫ habuiſſet tot ꝓmiſſa. Æetes,pr eius. Hypsęa parēs.i.mr eius Hypsęa noīe iꝫ vt ſupra diximus ſm alios, Lydia nolaret. Calciope,medeę ſoror fuit, ſed timebat cum tu ei ꝓmittebas. Fallitur,snia eſt rhetorica.

At fruar iliacis opibus cultuq; beato,
Donaq; promiſſis vberiora feram.
Purpura nempe mihi precioſaq; texta dabunt
Congeſtoq; auri pondere diues ero.
Da veniam faſſę non ſunt tua munera tanti,
Neſcio quo tellus me tenet iſta modo.
Quis mihi ſi lędar phrygijs ſuccuret in oris?
Vnde petam fratres? vnde parentis open?
Omnia Medeę fallax promiſit iaſon.
Pulſa eſt Aeſonia non minus illa domo.
Non erat Aetes,ad quem deſpecta rediret.
Non Ipsęa patens, Claciopeq; ſoror.
Tale nihil timeo ſed nec Medea timebat
Fallitur augurio ſpes bona ſępe ſuo.
Omnibus inuenies,quę nūc iactantur in alto
Nauibus a portu lene fuiſſe fretum.
Fax quoq; me terret,quam ſe peperiſſe cruentā
Ante diem partus eſt tua viſa parens.
Et vatum timeo monitus,quos igne pelaſgo
Ilion arſurum pręmonuiſſe ferunt
Vtq; fauet cytherea tibi,quia vicit,habetq;
Parta per arbitrium bina tropħea tuum.
Sic illas vereor, quę, ſi tua gloria vera eſt.
Iudice te,cauſam non tenuere duę.
Nec dubito quin te ſi perſequar, arma parent,
Ibit per gladios(hei mihi) noſter amor.

ſi lędar, ꝓpoſitū ſuū firmat ab incōmo-dis, quę pōt abſenti-bus a pria exoriri. Oia medeę. exem-plo auget incōmo-da,Medea inquit ab Iaſone pulſa eſt. Ipsęa, Diodorus Hecatem Medeę ma-trem fuiſſe ſcri. Apol-lonius ex canaſea Nympha genitā ꝯten-dit Ibicus ex Eury-clyde. Sophocles ex negra. Heſio,ex phoe dra. Chalciopeq; ſo ror,ꝗ Phryxo nupſit vt diximus. Tale, vt me pellas. Augu rio,cogitatione.eue-nit interdum aliter, ꝗ opinemur. Om-nibus inuenies, a ſi-mili arguit poſſe in triſticiam, ē odium tm̄ amorem verti. Iactantur,agitan tur procellis. Lene, tranquillū. Fax quo q; me terret, diſſua-det rapinam hanc a ſomnis. nā locus eſt ſuadēdi, aut diſſuadē di,vt ſcri.cice.a ſom nis,a ꝯiectoribus, ab

Suo augurio, ſua bona ſpe,et eo quod augurat ſibi bñ euē-tur. Oibus,ſimilitu dine hoc ꝓbat,dicit eni initia eſſe blāda ſed fines aſperos. eſt ergo ſenſus. naues ꝗ in mari tempeſtate iactant, qn exiuerūt ex portu, habuerunt vētos proſperos, ſed poſtea mutati ſunt, et ita vult ſigāre, ꝙ fortuna ſua poſſet ſi bi mutari, ꝙ ſi eam nunc diligit poſſet mutare voluntatē. Fax quoq;,dicit ſe ēt terreri ſomnio he-cubę, ꝗ pridie quam pareret Paridē,ſom-niauerat ſe parere facem, quaꝫ dicit ti-mere fore incendiuꝫ Troianū, vt vates ꝓ-dicunt.Virgi.Et face ꝓgnas Ciſseis regina Parin creat vrbe pa-terna. Monitus,di-uinationes. Vt fa-uet,dicit ꝙ ſicut Ve-nus ei fauet, ꝙ tulit iudiciū ꝓ ſe,ita timet ne Iuno, et Pallas,ꝗ offenſę fue-

augurijs Hecuba facem parere ſomniauit.ideo in tragędia exclamat. adeſt fax inuoluta ſanguine, vt apud Ciceronē in libris de diuinatione licet in-ſpicere. Et vatum timeo monitus, arguit a vati-cinijs. Calchas incendium Troianum prędixit, vt Ho.teſtis eſt. Pręmonuiſſe, prędixiſſe. Bi-na trophea, victoriam ex duabus eſt conſecuta. Illas, Iunonem et Palladem de te vlciſci velint. Si tua gloria vera,ſi verus eſt,quod tu iactas ad tuam gloriam,vt de his iudicium tuleris.

VBER. AT FRVAR, obiectio. Vberiora ꝓmiſſis.i.plu ra,ꝗ miſiſti. Cōgeſto, cumulato et vndiq; ad me collato. Da veniā.vrſio. Faſſę,mihi verū fatenti. Tanti,vt velim hinc diſcedere. Neſcio quo.q.d. incredibiliter. Tenet,iuuat,delectat. Oris,regio nibus. Phrygijs. Troianis. vbi habeo nullos ex meis. Omnia, ꝙ Paris poſſet dare nunꝗ te de-feram,ero loco ꝓpinquorū,et fratrū et parentis. Ad ducit exemplum, quo oñdit ſe timere ne decipiat.

runt,nō obtinuerūt cām in illo iudicio,ſibi ſi ſint aduerſę et inimicę. Bina trophęa,duas victorias a Iunone et Pallade. Nec dubito. rñdet ad id qđ dixerat. Nec tu rapta time,ne nos fera bella ſe-quant eē.Dicit.n.ſe nō dubitare, qn bella moueā tur pp ſe. Per gladios,p arma,ꝓbat p exēplū atra cis. Atrax Strabōe teſte vrbs eſt Theſſalię ex ea fuit Hippodamia vxor Pirithoi, pp quaꝫ inter Lapythas et cētauros aſprima pugna orta ē,vt diximus in epiſtola Phyllidis ſup eū locum, ſuſiq; bimēbres.

TERRA ꝓcor vultus.ſic Dido.Sꝫ mihi vel tellus optē ꝓus ima dehiſcat. Nō ſūt tua munera tāti. In oibus oſtēdit ſe pſonā potius ꝗ rē eius amar. Quis mihi ſi lędar.alijs qq; argumētis ꝓbat I extremā re gionē relicta pria nō eē ꝓficiſcēdū. Fallit au.egre giū adagiū,cuius ſēſus,ꝙ ſperanti oia auſpicia ſępe bōa vīr ē fallit ſępe augurio ſuo,ꝙ nimis ſibi ꝓ-ſpicit,et quod ſpat ſibi ꝓmittere audet. Oibus inue nies eē.ꝙ nemo turbulēto mari retiacula ſoluit. ASCEN.

An fera centauris indicere bella coegit,
Atracis ęmonios Hippodameia viros
Tu fore tam lentum iuſta Menelaon in ira,
E geminos fratres tyndareonq; putas.
Quod bene te iactas, et fortia facta loquaris
A verbis facies diſſidet iſta tuis.
Apta magis Veneri. quā ſunt tua corpa Marti
Bella gerant fortes tu Pari ſemper ama.
Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto,
Militia eſt operis altera digna tuis
His ego, ſi ſaperem. pauloq; audacior eſſem,
Vterer, vtetur, ſiqua puella ſapit.
Aut ego depoſito faciam fortaſſe pudore.
Et dabo coniunctas tempore victa manus.
Quod petis vt furtim pſentes iſta loquamur,
Scimus quid captes, colloquiumq; voces,
Sed nimiū pperas, ⁊ adhuc tua meſſis ī herba ē
Hęc mora ſit voto forſan amica tuo.
Hactenus arcanum furtinę conſcia mentis
Littera, iam laſſo pollice ſiſtat opus
Cętera per ſocias Climenen, ętrāq; loquamur
Quę mihi ſunt comites, conſiliumq; duę.

VOLS. ATRACIS. Hippodamiam Atracis fluminis filiā intelligit, quam Pirithous Ixionis ex dia filius duxit vxorem, nuptię in Pelio Theſſalię monte geſtę ſunt. Centauri, qui aderant cum foeminis vim pa raſſent, Theſei Herculiſq; manibus trucidati, et in fugam acti ſunt. Æmonios, Neſtorem, Theſeu, Pirithoum et Herculem ſignificat, et lapytas qui centauros ſuperarunt. Iuſta Ira, ęquum eſt pro rapta coniuge iraſci Fortia facta loquaris. i. nec plus atrides animi Menelaus habebit. Iſta facies, quę amorem non pre ſe fert. Veneri, ad amandū. Marti, ad bellum. Tu pari qui mollis et delicatus es. Altera militia, qua eſt amoris, et Veneris, non martis. His ego ſi ſaperem, colligit iam epiſtolam, ita vt plus ſpei, ꝙ timoris relinquat. His, quę polliceris et tui corporis dotibus. Si ſaperē, duo de ſe notat, ꝙ rudis ſit, et timida. Faciaꝫ, vtar tuis bonis. Coniūctas manus, amori ſuccumbam. Quid captes, tranſlatio ab aucupibus. Noui, inquit, quod velis a me ſumere. Quid voces colloquium, honeſtius locuta eſt, ꝙ ſi rem aperte dixiſſet. Tua meſſis in herba pulcherrima tranſlatio, maturius inquit agendum eſt. qm̄ nondum amor omnis incaluit, ita vt iam ſuas ſentiat vires, et perfectus ſit. Amica, qm̄ tuum deſiderium implebit. Arcanū opus, noſtri amoris deliberationem quę in occulto fit. Cętera, quę huic libello non erāt mandata. Comites, conſiliumq;, quas habeo comites et mei conſilij participes. Suadet arcana comiti debere, cum hęc ſint, quibus credi poſſit.

VBER. ÆMONIOS viros, Lapythas Theſſalię populos. Indicere, denunciare mouere. Tam lentum, tam pigrum. Ira iuſta, pro rapta coniuge. Quod bene, ad id quod dixerat. Nec plus atrides animi Menelaus habebit. Quam Paris aut armis anteferendus erit, et reliqua quę ſupra de ſe dixit, reſpondet Helena Paridem potius habere faciem aptam Veneri ꝙ armis. Recenſes, numeras, et commemoras. Diſſidet, diſcrepat, et non conuenit cum his quę dicis. Hectora, quia dixerat. Omnia ſi dederis nunquam dabis Hectora fratrem. Vnus is innumeri militis inſtar erit, dixit Helena ſine pugnare Hectora pro te. Altera mi. s. amoris, ꝙ militat omnis amans, et habet ſua caſtra cupido. Operis tuis. i. exercitijs, et factis, et legendum eſt operis in ablatiuo, non autem in genitiuo, ꝙ dignus cū gtō non iungitur. His. s. operis. Si ſa. ſi vellem facere rem meam. Faciam, vtar his operis amoris. Dabo ma. cō. tractum eſt ab his, qui ſe dedunt manibus coniunctis. Tempore, in tempore. Quod petis, reſpōdet ad id quod dixerat, ſed coraꝫ vt plura loquamur. Excipe me lecto nocte ſilente tuo. Furtim clam. Quid ca. i. q̄ras. Et quid voces colloquiū, ꝙ vis colloquium tuum eſſe ꝯcubitum. Sed ni. prope. dat ei ſpē eius qđ petiuerat. In herba. trāſlatio a meſſibus, quę nō ſunt certę, cum ſunt adhuc in herba, ſed poſtꝙ ſunt collectę. Hęc mora. hęc dilatio. Sit, pro erit. Amica, tuo voto, ꝙ pderit tibi. Hactenus, dicit ſe nolle mandare plures epiſtolas ꝙ cętera vult loq̄ p Climenē, et Æthram comites ſuas ꝙ erāt internuncię et medię inter ipſam et Paridē. Ordo. Littera hactenus conſcia mētis furtiuę. i. cui hactenus cōmiſſi ſecreta meę mentis. Siſtat, finiat. Opus ar. i. offm̄ ſcribendi ſecreta. Laſſo pol. i. manus ſcribēdo fatigata. Cętera, ꝙ inter nos agenda reſtant ad pficiēdū, qđ vtrīq; volumus. Cōſiliū meū, cū qbus omnia mea ꝯſulere ſoleo.

SIC illas vereor, quas fingunt poetę Troię quoq; inimicas fuiſſe. Vnde de Iunone dicit Maro ęneidos primo. Veterisq; memor ſaturnia belli. Prima quod ad Troiam pro caris geſſerat argis. De Pallade autem lib. ij. Omnis ſpes Danaum, et cępta fiducia belli Palladis auxilijs ſemper ſtetit. Ilion arſurum, dicitur hoc illum ilij, hoc ilion ilij, et hęc ilios ilij. An fera, ꝙ paris multis exemplis docuit, raptas eſſe ſine vltione, ipſa contra docet grauem vltionem ob Hippodamię raptū factā. Tyndareūq;. s patrem ſaltem putatiuum a noiatiuo Tyndareus. Faciet iſta. i. tua tam foemina et mollis. Altera militia s. veneris eſt digna tuis operis, ideſt exercitijs, et operationibus a nominatiuo opera operę, aut operę operarum. His ego. s operis, et ita conſenſum plenum adhibet. Scimus quid captes, quia coitum. Cętera manifeſtaria ſunt. ASCEN.

VOLS. In .xvij. epiſtolam argumentum.

ABydon Mileſij Lydorum rege permittente condidere nobilitatã, vt ſcribit Melas Leandri amore, ea eſt in Aſia cui ſeſtos in Europa vrbs opponitur, Herus patria ſtadijs .xxx. diſtat intercedente anguſto Mari a caſu virginis Helleſponto nuncupato, id eſt Aſiam ab Europa diuidat Xerſes ponte coniunxit anguſtię in latitudinem vt Hero. auctor eſt ſtadiorum ſeptem, in longitudine vero .ccc. protenduntur. Leander Abydenus cum Seſtię herus amore teneretur noctu maris anguſtias, vt Philoſtratus ſcribit, natare ad illam conſueuerat, diebus ſeptem tempeſtate interclußus epiſtolam mittit, primum ſoliti natatus dilationem diluit, deinde queritur, ꝙ natandi facultas ob tempeſtatem ſit ablata, demum et ad conſtantiam hortatur, ꝙ ꝗprimum fieri poterit enatabit, ex poſita prioris temporis conſuetudine.



Leander Heroni

MIttit Abidenus, quam mallet ferre, ſalutem.
Si cadat ira maris Seſta pñella tibi.
Si mihi dij faciles, & ſunt in amore ſecundi,
Inuitis oculis hęc mea verba leges.

Mittit abydenus quam vellet ferre ſalutem beniuolentiam a voluntate ſibi conciliat. Abydenus, ex abydo Leander. Si cadat vnda maris, dilationis cauſam ipſum principium indicat, ſi ceſſant procellę, ferrem, non mitterem ſalutem. Seſta puella, Hero ſeſtia ſignificatur, ad quam natabat Leander. Si mihi dij faciles, auget πάθος in principio hęc dubitatio, quę a deorum auctoritate dilationis cauſam tutatur. Dij non modo ad Venerem cupidinemq; referri puto, vt alij exiſtimerunt. Verum etiam ad Neptuni, et Maris numina, quos procellas feciſſe queritur. Inuitis oculis, quoniam me non epi. videre voluiſſes.

undam tanto amore dilexit, vt ad eam noctu per Helleſpontum nataret, et ea potitus rurſus renataret Abydon, verum cum maxima tempeſtas in mari orta eſſet, quę iam pręteritis ſeptem diebus adhuc non ceſſabat, qua impeditus Leander non potuerat ad amicam ſuam, vt ſolebat, natare, ne Hero enim ſui oblitum exiſtimaret, aut eam reliquiſſe, cum inueniſſet quendam nautam audacẽ in eo tempore tempeſtatis nauigantem Seſton ſcripſit ad Hero amicam ſuaꝫ hãc epi. qua vehementerꝫ amorem ſuum firmum, et ſtabilem cõfitetur et excuſat ꝙ iam ſeptem diebus non potuerit ad eaꝫ natare propter maris commotionem. Excuſat etiam quare ipſe non iuerit cum nauta, qui illuc nauigabat, potiusquaꝫ litteras daret, poſtremo pollicetur ſe breui iturum, et ſi mare non fuerit tranquillum, ſe potius cõmiſſurum periculis, quam diutius cariturus conſpectu, & colloquio ipſius Herous interea dicit vt habeat ſecum loco ſui hanc epiſto. Abydenus, ex abydo, legendum eſt autem abydenus, non abydeus. Ferre, portare, vt ipſe veniret. Seſta, ex Seſto deriuatiuum formauit nõ ſuperans primitiuũ ſyllaba quod raro fit, nam Seſtia debuit dicere, declinatur autem hero heroos vel hero heronis ſecundum latinam declinationem ſicut Dido didoos et didonis, et ſimilia nomina gręca, vt Priſcianus voluit, licet Phocas grammaticus velit tantũmodo gręce declinari, ſed vſus contra eſt. Faciles, benigni, exorabiles. Secundi, fauentes. Inuitis oculis, non libenter, quia ſi me amas, vt opto malles me videre ꝗ legere hanc meam epiſtolam.

VBER. MITTIT Abydenus. Helleſpontus anguſtus eſt admodum. Incipit autem hoc mare a finibus Troadis, et vſque ad Propontidem Thracię, ſic dicitur ab Helle filia Athamantis quam fabulę tradunt in eo mari demerſam. Is Helleſpontus teſte Plinio ſeptem ſtadijs Europam ab Aſia diuidit, et illic inter ſe contrarias vrbes habet, in Europa Callipolim et Seſton, in Aſia Lampſacon et Abydon vnde fuit Leander, qui Hero puellam ex Seſto ori-

MITTIT Abydenus. Epiſtola hęc Leandri ab Ouidio excogitata ſub nomine Leandri non multum habet ambiguitatis in contextu, ſed ſalis et leporis plurimum, ideoq; paucis percurram. Puella Seſta pro ſeſtia, videlicet Hero, quod nomen declinatur, hęc Hero, huius herus, hanc hero o hero, cęteris non vtimur. Ordo autem eſt, o Seſta puella, Abydenus, ſcilicet Leander, et loquitur de ſe in tertia perſona tanquam de alio. ASCEN.

VOLS. MEA VOTA, natandi deſiderium. Pice nig. turbulentiã aeris intelligit, q̃ nubiũ obtectu ꝯtigit. Adeunda, nauiganda p naues. tanto minus natari põt. Vnus, a numero rem difficiles facit. nemo q velit nauigare, eſt inuẽtus pter vnũ, ẽ is audacia notandus eſt. In ſpeculis oĩs abydos erat, culari. Virg. in buc. ſpecula de mõtis in altũ. Celare amorem meũ, velut ante celaueram. Quẽ volumus tegi. quẽ volumus eſſe ſecretũ et occultum. Protinus, blandit nunc amicę ſuę dicẽs ſe inuidiſſe epiſtolę ſuę, q ipſe non veniret, quo illa deſerebatur. Admotis, appropinquatis. Vincula, fila. qbus litterę ſolent ligari.

Sed non ſunt faciles. nã cur mea vota morant?
Currere me nota nec patiuntur aqua?
Ipſa vides coelum pice nigrius, & freta ventis
Turbida, perq; canas vix adeunda rates.
Vnus, et hic audax a quo tibi littera noſtra
Redditur, a portu nauita monit iter.
Aſcenſurus eram, niſi q dum vincula prorę
Solueret, in ſpeculis omnis abydos erat.
Non poterã celare meos, velut ante, parentes,
Quemq; tegi volumus, non latuiſſet amor.
Protinus hęc ſcribens, felix i littera dixi,
Iam tibi formoſam porriget illa manum.
Forſitan admotis etiam tangere labellis,
Rumpere dum niueo vincula dente volet.
Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
Cętera cum cartha dextra locuta mea eſt.
Ah quanto mallem, q̃ ſcriberet, illa nataret,
Meq; per aſſuetas ſedula ferret aquas.
Aptior illa quidam placido dare verba põto.
Eſt tamen et ſenſus apta miniſtra mei.
Septima nox agit. ſpaciũ mihi longius anno,
Sollicitum raucis quod mare feruet aquis.
His ego ſi vidi mulcentem pectora ſomnum
Noctibus, inſani ſit mora longa freti.
Rupe ſedens aliqua ſpecto tua littora triſtis,
Et quo non poſſum corpore, mente feror.

ſoluit ab honeſto ſe non mari ea nauicula crediſiſſe. Oĩs abydos abydeni oẽs. Felix i littera, ſermocinatio hęc, q̃ cũ inanimatis rebus hĩ ad monendũ eſt aptiſſima, vt ſcri. Fabi. Tangere labellis, baſiaberis. Vincula litterarum ſigilla. Dextra locuta, cuʒ ſcri. dextra loquendi prebet officiuʒ. Cuʒ charta, ſiue ea fuerit vitelliana, q̃ amatorijs epiſtolis dicata erat, vt ſcrib. Pli. ſiue auguſta. q̃ in epiſtolis plurimum auctoritatis habebat. Sedula, natatu aſſiduo laborioſa. Dare verbera, natando ꝯcutere. Mei ſenſus, meę cogitationis, quam exprimit. Septima nox agitur, a numero et tpe dolores auget. Si vidi ſomnũ. ſi dormiui. Rupe ſedẽs aliq̃, mouet miſeratione ab expoſitione. Ponit añ oculos rem, vt geſta eſt,

Locuta cum charta .i. cętera ſcripſi. Ah q̃to malleʒ nataret, ad te veniẽs. Quas ſcribe. q̃ mitteret hanc epiſtolaʒ. Sedula, intenta. Aptior dare verbera põto. s. magis apta eſt natando pcutere vndas trãquilli maris, q̃ ſcribere. Apta miniſtra mei ſenſus. i. et optime exprimit, et litteris notat qđ in aio habeo. Senſus. Voluntatis animi. Longius anno. Ex affectu amantis, cui expectãti tẽpus vĩ longiſſimũ. Feruet, mouet ęſtuat. Raucis, murmurantibus. His ego, iurat Leander ſe non dormiuiſſe his noctibus. Vidi ſomnũ. i. dormiui. Terẽtiana eſt elocutio. Mora freti inſani ſit longa. i. pcor diu duret tempeſtas maris, quod minime vellem. Rupe, alto ſaxo. Littora tua.

quę cum cauſis oĩbus probet, epiſtolis tñ maxime ꝯueniunt, quę in narratione poſita ſunt.

SED Non ſunt faciles, nõ exaudiũt mea vota.

VBER. Morant, impediũt. Currere, natare. Nota, aſſueta. Ipſa, tu me mihi hoc credas. Nigrius, obſcurius. Celũ, aera. Vir. Eripiunt ſubito nubes celũq; diemq; Teucrorũ ex oculis. Pice, pix liquor, q manat ex picea arbore nigerrima. Turbida. cõmota. Vix adeũda p rates. i. per q̃ naues vix queant ire, ne dũ hoies adhibiũt. Vnus, ſolus. Et hic. s. audax, q non timet periculũ nauigationis. Soluit iter, mouit nauẽ, ingreſſus eſt nauigationẽ. Aſcenſurus, rñdet obiectioni, q̃re nõ aſcenderit cum illo nauta pp multitudinẽ ſpectantiũ, cũ nauis a littore diſcedebat. Vincula, funes, retinacula. Prorę .i. nauis ſynecdochen. ps p toto. Oĩs abidos. i. oẽs abydeni. Erat in ſpeculis. i. in loco, vñ ſpectabãt diſceſſum nauis. Specula non ſigt ꝓprie feneſtrã, ſed quẽlibet locum eminentem vñ poſſumus ſpe

Seſti vbi tu es. Mente feror, venio cogitatione, quo corpore venire non poſſum.

ASCEN. FACILES Sunt exorabiles ſubito facientes, qđ petimus. Nauita. i. nauta. Mouit, non mouet legendum. Omnis abydos. i. tota ciuitas abydena. Erat in ſpeculis. i. altis feneſtris. Vnde ſpeculabatur tempeſtatem. Protinus hec ſcribens felix i littera dixi, ideſt imperatiuum eſt ab eo. Etiam tangere penul. lon. eſt. n. futuri tpis indicatiui modi verbi paſſiui., tangar tangeris vel tangere etc. Ah quanto mallem vt ſup. ille nataret. q̃ ſcriberet, quaſi dicat plurimo. Septima nox. bene nox. quia tunc et amata deſideratur, et natare ſciebat. Spacium, appoſitio eſt. πάθος habens. Ex quo non poſſum ferri ſup. corpore. Inſani ſit mora longa freti, dura amantis imprecatio. Vnde per quę timemus, iurare ſolemus, vt Palinurus in vi. Maria aſpera iuro, ẽ de ſtyge dicitur. Dij cuius iurare timent, et fallere numen.

N

VOLS. LVMINA Vigilantia, incenſam facem intelligit, quam in ſumma turri Hero erigebat, vt ad illam Leander notationum dirigeret, eam opinor turrim intelligere, quę Seſto erat oppoſita ad octo ſtadia ſeparata. Inceptis iuuenilibus. quę maturioris ętatis non tentaſſent. Sunt iuuenes, quoniam minoris prudentię audatiores.

gnum imminrat ſubibo. Corpus in auras tollere, dummodo poſſem volare. Sępe pependit, libratum eſt in vndis, dum natauimus.

LVMINA Quin etiam. Solebat enim Hero ponere lumen in quadam turri ſua, ad quod lumen Leander natabat, quod dicit ſe videre aut ex affectu putare videre. VBER.

Tumidum equor, maris inundatio.

Aduerſis aquis. obiectis procellis.

At tu de rapidis. expoſtulationis enarratio miſeratiõe nõ caret. De rapidis ventis, poetica dictio. Nam ventorumque immanſuetiſſimumque orator dixiſſet Boream, q violentia cęteros ventos ſuperat.

Certa prelia, qui mihi bellum indixiſti. Certa mente, animo obſtinato, et diuturno.

Sęuis, vteris immanitate.

In me, qui amo, nefas eſt Veneris milites violare.

Quid faceres. Borę amorem exprobrat, vt memoria perpeſſę flammę ad manſuetudinem inuitet.

Quid faceres. qua

Lumina quin etiam ſumma vigilantia turre,
Aut videt, aut acies noſtra videre putat.
Ter mihi depoſita eſt in ſicca veſtis arena,
Ter graue tentaui carpere nudus iter.
Obſtitit inceptis tumidũ iuuenilibus ęquor,
Merſit & aduerſis ora natantis aquis.
At tu de rapidis immanſuetiſſime ventis
Quid mecum certa prelia mente geris?
In me (ſi neſcis) borea, non in ęquora ſęuis,
Quid faceres, eſſet ni tibi notus amor?
Tã gelidus cum ſis, non te tñ improbe quondã
Ignibus actęis incaluiſſe neges.
Gaudia rapturo ſiquis tibi claudere vellet
Aerios aditus, quo paterere modo?
Parce pcor? facileq; moue moderantius aurã
Imperet Hippotades ſic tibi triſte nihil.
Vana peto pcibusq; meis obmurmurat ipſe,
Quasq; quatit, nulla parte coercet aquas.
Nunc daret audaces vtinã mihi Dedalus alas,
Icarium q̃uis hic prope littus adeſt.
Quicquid erit, patiar, liceat mõ corpus in auras
Tollere, quod dubia ſepe pepẽdit aqua.

Acie noſtra, noſtri oculi.

Vigilantia, ſtantia in nocte quaſi pro vigilia. Ter mihi, dicit ſe voluiſſe ſępe aggredi natare, ſed territum magnitudine tempeſtatis.

Graue iter, nauigationem periculoſam.

Tumidus commotum. At tu. conuertit ſermonem ad Boream, de quo conqueritur, q ita eum impediat.

Certa mente. ideſt animo deliberato.

In me, amantem.

Incaluiſſe, exarſiſſe.

Incenſus eſſe, quod eſt contra frigiditatem. Actęis, Athenienſibus, propter raptam Orithiam. diximus in prędenti epiſtola hanc fabulam. Aditus aerios iter per aera.

Quo modo paterere

vtereris violentia. Solemus enim his manſuetiores eſſe, qui ea offenduntur culpa, quam nos aliquando admiſimus. Tam gelidus Boreas quoniam ex ſeptentrione ſpirat eſt frigidiſſimus, vt ſcribit Pli.

Ignibus actęis, Atticę Orithię amore. Orithiam a Borea raptam fuiſſe diximus. Gaudia rapturo cum Orithiam rapere deſtinaſti. Aerios aditus, quo minus ad arcem Athenienſem euolares. vnde Orithiam rapuiſti. Quo modo, qua patientia fuiſſes. Parce precor, ſis tuo exemplo manſuetior.

Auram tuũ ſpiritum. Hippotades. Aeolus Hippotę filius ex Menalippe, non fuit ventorum rex, ſed Aeolus alter ſuperioris Aeoli filię ex Neptuno, qui Aeolias inſulas tenuit, et ventis imperaſſe fert. Homerus. Vana quoniam meis precibus Boreas non mouetur, ſed immanior eſt. Coercet, mitigat, impellit, inquit maria ad meas preces non mitigat.

Dedalus, qui fabricatis ſibi et Icaro filio alis Minois iram fugit. Littus Icarius, non dubitarem volare, licet icarus ſuo caſu proximo mari nomen dederit. Varro tamen ab Icaro inſula Icarium pelagus appellatum ſcribit, vbi Icari ſepulchrum viſebatur. Quicquid erit patiar, periculum q̃uis ma-

re. q. d. ęgerrime. Facilem leuem, nõ impetuoſam.

Hippotades. Aeolus nepos Hippotę Troiani ex Egeſta eius filia in Siciliam delata, quę etiam mater fuit Aceſtis regis Sicilię, vt alibi diximus. Sic adiuuantis eſt. Nihil triſte, nihil quod ſit graue & moleſtum. Vana precor, dicit ſe fruſtra hęc optare, quia nihilominus perſeuerat ipſe ventus.

Obmurmurat, contra murmurat, & crepitat.

Coercet, mulcet, placat. Quatit, commouet.

Nunc daret, optat vt ſibi eſſet poteſtas volandi, ſicut Dedalo, qui cum a Minoe in turri munitiſſima eſſet incluſus, alas ſibi et filio fabricauit, quarum auxilio euolauerunt, ſed Icarus filius in mare delapſus ei nomen dedit. Icarium quamuis hic prope littus adeſt, quaſi dicat, q poteſt me admonere periculoſum eſſe credere ſe aeri. et volare.

Tollere, eleuare. Pependit, ſupra ſtetit.

CERTA. i. deliberata mente, quaſi dedita opera. ASCEN.

Nec in ęquora ſęuis. i. et non in ęquora. malus autem eſſet verſus ſi legatur non in ęquora ſęuis.

Ni tibi notus amor, q Orithiam captus amore rapuit. Nunc daret audaces vtinam etc. cum natandi nulla ſit ſpes, optat volatum.

Interea dum cunctа negant ventiq; fretumq;,
Mente agito furti tempora prima mei.
Nox erat icipiens, nāq; ē meminiſſe voluptas,
Cum foribus patrijs egrediebar amans.
Nec mora depoſito pariter cum veſte timore,
Iactabam liquido brachia lenta mari.
Luna mihi tremulum lumen pbebat eunti,
Vt comes in noſtras officioſa vias.
Hanc ego ſuſcipiens faueas o candida dixi,
Et ſubeant animo latmia ſaxa tuo.
Non ſinit endymion te pectoris eſſe ſeueri,
Flecte precor vultus ad mea furta tuos
Tu dea mortalem coelo delapſa petebas.
Vera loqui liceat, quā ſequor ipſa dea eſt.
Neu referam mores coeleſti pectore dignos,
Forma niſi in veras non cadit illa deas.
A veneris facie non eſt prior vlla tuaq;,
Neue meis credas vocibus ipſa vide.
Quantum cum radijs fulgeas argentea puris,
Cum cedunt flammis sydera cuncta tuis.
Tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt,
Si dubitas cęcum Cynthia lumen habes,
Hęc ego vel certe non his diuerſa locutus,
Per mihi cedentes nocte ferebar aquas,

VOLS. CVNCTA, Et volatum et natationem. Tempora prima, cum primum ad te natani. Meminiſſe, preteritę foelicitatis memoria iucunditate non caret. Egrediebar, vt ad te natarem. Lenta, natatu flexibilia. Tremulum, quod aquę motu ſtare non videtur. Latmia ſaxa, Endymionis Latmij amorem nō obliuiſcare, quem vt ſcri. Cic. dormientē in latmio Ionię mōte luna oſculabatur, iuſſerat enim illum perpetuo dormire. Endymion, amor endymionis. Pectoris ſeueri, īmanſueti et in amantes difficilis. Seueros dicimus, qui eodem equitatis tenore ducti in ſenſordia non mouentur. Tuos vultus, lumina eſti miniſtres. Mortalem, a maiori arguit ſimilitudinem. Tu inquit hominē, ego vero deum. Vera loqui liceat, ęgre nō feras vera fateri. Forma, laudat hero a corporis bonis. A Veneris facie, excludit duas has, ne videatur numina offendere, quorum auxilio nitebatur, poſt venerem et lunam nulla ē hero pulchrior. Argentea, lunę colorem blandum eſſe Pli. ſcri. poetę a ſimili argenteam dixerunt. Puris, omni excluſa humiditate, quę nebulas facit. Concedunt, inferiora ſunt. Habes lunę cęcum nihil vides. Hęc ego, dixi non his diuerſa, ſed fere eadē. Cedentes, iter prębentes et ad natandum faciles.

tibi luna pudori, ſenſus eſt ergo, recordare luna latmij montis, vbi cum Endymione concubuiſſe diceris. Seueri, triſtis, alieni a voluptatibus. Tu dea, anteponit amorem ſuum amori lunę mortalem Endymionem. Quam ſequor. i. q̄ ego peto. Eſt dea, non autem mortalis. Neu re. hic eſt ſenſus vt taceā mores, quos hęc mea puella hēt diuinos. Talis pulchritudo non poſſet ei contingere, niſi eſſet dea. A facie Veneris. i. poſt pulchritudinē Veneris et tuam. Non eſt quę antecedat eam. Ipſa tu. Quanto, comparatio, et eſt ſenſus, o luna quāto es ſplendentior omnibus aliis ſtellis, cum tu nitidiſſima fulges in cęlo, tanto illa ſua pulchritudie ſuperat oēs alias puellas. Concedunt flammis tuis. i. vincuntur ſuo ſplendore. Cynthia, o luna nam luna et Diana eadē eſt, quę cynthia dicitur a Cyntho monte Deli. Habes lumen cęcū, nō bene vides. Vel certe. i. ſaltem. Non diuerſa, non contraria. Cedentes mihi, dantes locum corpori meo. Ferebar, ibam.

VBER. NEGANT Cuncta, prohibent omnia. Agito mente, cogito et reuoluo omnia. Mei furti, mei concubitus. Nox erat, deſcribit tempus, quo primum natauit ad Hero, et ea potitus eſt. Nox incipiens, prima pars noctis. Nanq; eſt meminiſſe voluptas, parentheſis eſt. Amans, ego captus amore tui. Patrijs, paternis. Cum veſte, quia eram nudus. Iactabam, mouebam. Lenta, mollia. Tremulum, propter motum aquę. Vt, ſicut, tanq̄. Officioſa, pręſtans officium. Hanc, lunam. Faueas, adiuues me. Subeāt, veniant in mentē. Latmia ſaxa. i. mons latmus, qui eſt carię Endymonis a luna, vt ferunt adamati fabula nobilis. Dicit autem Latmon, non autē Latymnon, vt Tortel. putauit, vnde deriuatiuum latmius Ouidi. alibi. Latmius Endymion non eſt

ASCEN. NOX Erat, aperit argumentum poeta. Idem ero, nauigium, nauita et vector, quia ſe traijciet ſine naui ac gubernatore. Elicen, vrſam maiorem. Nec arcton, ſcilicet minorem, videlicet cynoſuram. Andromedem, Perſei vxorem in sydera tranſlatam. Claramq; coronā, ſcilicet Ariadnę a Baccho datam, in qua tua pręfulget ſtella. Parrhaſis, vrſa, ideſt arcadica, patronymicum a loco ſumptum. Palęmona, ſcilicet portunum. Miraq; et cętera, ſcilicet glaucum. Omnia protrita et expoſita ſunt. Sępe per aſſiduos. Dat brachijs affectionem mentis ſuę, quę fictio multum gratię habet. Quid mihi, ordo eſt. Quid mihi prodeſt, q̄ ſeparor non lato, ſed anguſto ęquore, quaſi diceret nihil, quia non minus et cętera. Si dubitas cęcum cynthia lumen habes. Eadem enim eſt quę luna, et Diana, et Proſerpina dicitur, et cynthia a monte Deli, in quo nata dicitur. Hęc eo vel certe non, his diuerſa, [illegible] ligatio idem facit, ideo ſubiungit, Per mihi cedentes nocte ferebar, et cętera.

Vnda repercuſſę radiabat imagine lunę,
Et nitor in tacita nocte diurnus erat.
Nullaq; vox vnq̄ noſtras veniebat ad auras,
Pręter dimotę corpore murmur aquę.
Alcyones ſolę memores Cęycis amati,
Neſcio quid viſę ſunt mihi dulce queri.
Iamq; fatigatis humero ſub vtroq; lacertis,
Fortiter in ſummas erigor altus aquas.
Vt procul aſpexi lumen meus ignis in illo eſt,
Illa meum dixi littora lumen habent.
Et ſubito laſſis vires rediere lacertis,
Viſaq; q̄ fuerat mollior vnda mihi
Frigora ne poſſim gelidi ſentire profundi,
Qui calet in cupido pectore pręſtat amor.
Quo magis accedo propioraq; littora ſunt,
Quoq; minus reſtat plus libet ire mihi.
Cum vero poſſum cerni quoq; protinus addis
Spectatrix animos vt valeamq; facis,
Tunc etiam nando dominę placuiſſe laboro,
Atq; oculis iacto brachia noſtra tuis.
Te tua vix probibet nutrix deſcendere in altū,
Hoc quoq; enī vidi nec mihi verba dabas.

VOLS. IMAGINE, Splendore, et aſpectu. Alcyones ſolę cum Alcyones aues in mari ſentiuntur tranquillitatem promittunt, maxime cum nidificant. Diagoras Samius ſex dies Alcyones dixit. Ariſto. vero et ſimonides .xi. phylochorus .ix. Ceycis amati, canunt me natante, quoniam ſubit earum mē tem Ceycem amaſſe nā vt Nicander ſcribit Ceyx luciferi filius cum ad oraculū Apollinis vxore inuita nauigaſſet i mare decidit, Alcyone, vt Theodo. auctor ē. Scironis Attici latronis filia de viro ſolicita in ſomnis a Ione eſt monita, vt littus peteret, illic cum mariti cadauer reperiſſet, ſe a ſcopulo in mare prę dolore deiecit. Dij miſeratione moti vtrunq; i aues Alcyones conuerterunt. Hegeſandrus addit antea, medonem Alcipem, Pallentem, Drimo, Aſteriem, Alcyonis gigantis filias cum patris interitum intellexiſſent in has aues fuiſſe conuerſas. Fortiter, omni conato. Lumen, quod in turri eminebat. Meum lumen, Hero ſignificatur. Et ſubito, cum loca vbi conſiſtis inſpexi, auget vires memoria futurę fœlicitatis, aut periculi. Mollior, ad natandum facilior. Frigora, quę natantibus maxime obſunt.
Minus reſtat, ad natandum ſupereſt. Plus libet tanto magis propero. Iacto brachia, maiori robore nato. Vidi quod vix retinere. Dabas verba, me non captabas.

VBER. RADIABAT, Splendebat. Repercuſſę, reuerberatę, nam aqua videtur retroflectere radios lunę.
Et nitor diurnus, ideſt lux quę ſolet eſſe diei erat in nocte, ideſt nox erat clara ſicut dies nulla vox alicuius vel hominis vel animalis. Aquę dimotę, diuiſę. Corpore meo. Alcyones ſolę .i. ſolum modo audiebam Alcyones volucres, quę videbant dulci voce querelam effundere. Memores Ceycis amati, tangit fabulam, quam Oui. ſcri. lib. xi. met. Ceyx .n. luciferi filius prodigijs, quę ei apparuerant perturbatus ad oraculum Apollinis in claron nauigare decreuit, nam delphos ire non poterat, quoniam Phorbas cum Phlegijs populis delphos infeſtabat. Cum autem alcyone eius coniunx Æoli filia hanc nauigationem ei diſſuadere conaretur, veri ta periculum eius, ille affirmauit intra alterum menſem ſe reuerſurum, verum tempeſtate maxima oborta ſubmerſus eſt. Illa aſſiduo viri deſiderio ſolicita cum ad tempus promiſſum reuerti non videret deos continuis precibus fatigans, tandem miſericordia Iunonis, cui precipue ſupplicauerat, factum eſt vt in ſomnis admoneretur de obitu mariti immiſſo ſomno ſub ſpē Ceycis ſubmerſi. Illa igitur excitata ſomno cadauer mariti in littore inuenit, quare nimio percuſſa dolore in volucrem Alcyonem et Ceyx in aliam volucrem cō miſeratione deorum conuerſi ſunt, hę volucres per ſeptem dies fœtificantes tranquillum habent mare, coeunt .n. et priſtinam coniugalē concordiā ſeruant, has igitur ſolas volucres perturbato mari querelā effundentes audiſſe dicit. Aduertendum eſt autem pro nomine mulieris dicinari Alcyone Alcyones, pro volucre vero Alcyon vel Alcyonis, vt hic locus oſtendit, dicit enim Alcyones non autē Alcyone. Iamq; fatigatis, ſolent natantes defatigatis brachijs ſuſtentare corpus aliquantulum ſuper vndis, quod ſe feciſſe dicit. Erigor eleuor. Vt, poſtquam. Lumen quod in turri tua apponis. Meus ignis, meus amor. In illo lumine. Subito, dictis his verbis. Mollior, facilior ad natandum. Amor qui calet in pectore cu. i. qui facit calorem in pectore meo amoris pleno. Preſtat, efficit. Ne poſſim ſentire frigora profundi .i. maris. Quo magis, q̄to magis. Accedo appropinquo. Minus reſtat, ſcilicet vię ad perueniendum ad littus. Plus libet, plus animi eſt mihi et voluntatis. Cerni, videri a te. Spectatrix, tu quę ſpectas me. Addis animos, facis me animoſiorem. Vt valeam, vt poſſim, et ſim fortis. Laboro curo. Dominę, tibi iacto cum arte et oſtentatione.

ASCEN. ALCYONES Solę, quia Alcyones tempore ſummę tranquillitatis et quietis nidificant. Plautus volens ſignificare tranquillitatem et ſilentium dixit. Alcyones eſſe in foro. Quo magis, ideſt quanto magis accedo. Cętera nox et nos, modeſte rem turpem tangit, quia celari vult ſua furta Venus. Multa enim amantibus delectabilia ſunt, quę aſpectu obſcęna, et auditu horribilia videntur.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

VOLS. PRIMA Aqua, in ora primi littoris, quę agitatione vndaꝝ perluitur. Dijs magnis, quos in logiſtorico Var. putat eſſe cęlum et terram, alij Iouem Mercurium et Mineruam deos magnos credunt. Ægyptij Iſidem et Oſiridem magnos deos contendunt. Cętera. procaces luſus et amantium gaudia, quę geſſerũt

Fugatura, expulſura noctem, nam adueniente aurora nox abit. Pręuius aurorę. i. pręcedens aurorem. Virg. Naſcere pręq; diem veniens age lucifer almum. Congerimus, coniungimus, commiſcuimus. Rapti curtatim. Paruas moras eſſe noctibus. i. noctes eſſe breues. Cũctatus moratus ita oſculando nos.

Nec tamen effecit, quãuis retinebat euntem,
Ne fieret prima pes tuus vdus aqua.
Excipis amplexus fœliciaq, oſcula iungis,
Oſcula dijs magnis transmare digna peti.
Deq; tuis dēptos humeris mihi tradis amictus
Et madidam ſiccas ęquoris imbre comam.
Cętera nox et nos et turris conſcia nouit,
Q ꝗq, mihi lumen per vada mõſtrat iter.
Non magis illius numerari gaudia noctis,
Helleſpontiaci q̃ maris alga poteſt.
Q uo breuius ſpacium nobis ad furta dabatur
Hoc magis eſt cautum ne foret illud iners
Iamq, fugatura Tithoni coniuge noctem,
Pręuius aurorę lucifer ortus erat.
Oſcula congerimus ꝓperata ſine ordine rapti
Et querimur paruas noctibus eſſe moras.
Atq; ita contactus monitu nutricis amaro
Frigida deſerta littora turre peto.
Digredimur flētes repetoq; ego virginis ęquor
Reſpiciens dominam dũ licet vſq; meam.
Si qua fides vero eſt veniens huc eſſe natator;
Cum redeo videor naufragus eſſe mihi.

continet. Lumen, qd in turri eminens videbat. Quaꝫ maris vnda inundationis maris helleſpõti, nullam habet quietem, qm̃ maris anguſtię fluunt et refluunt. Illud tps quod nobis ſupereſt. Iners, ſine amoris officio. Iamq; fugatura tpe παθος cum aurora diem nunciaret. Lucifer, is aurorę filius eſt diei nuncius. Amaro, ingrato. vtrunq; n. offendebat, gaudebamus noctis longitudine. Æquor virginis, helleſpontum, quod a virginis caſu nuncupatũ eſt. Si qua fides poſtulat fidẽ pro re ac rem maximã loqui aggrederetur. Eſſe natator, habeſ natandi facultatẽ. Naufragus, facile ſubmergi poſſe, vt is, q nullã hẽat natãdi peritiaꝫ.

Monitu, mandato et pręcepto. Amaro acerbo, quia inuitus audio me moneri, vt inde diſcedã. Deſerta turre relicto loco, vbi voluptatem accepimus. Digredimur, diſcedimus. Aequor virginis, mare dictum ab Helle puella, quę in mare delapſa ei nomẽ dedit. vt dixi ſupra plene in argumento epi. Hypſipyles ad Iaſonem. Vſq; dum licet, ideſt aſſidue dũ poſſum. Si qua fides vero eſt, ideſt ſi veritati quam dico creditur. Huc, ad te. Videor mihi eſſe natator, ideſt videor optime ſcire natare, propter affectũ amoris qui me audiat. Ouidius de Thisbe. Audacem faciebat amor. Cum redeo, ideſt cum diſcedo a te. Videor eſſe naufragus, videor ſubmergi fluctibus ẽ periclitari.

DESCENDERE in altum, vt venias mihi obuiã.
VBER. Hoc vidi q voluiſti procurrere in ęquor, nec tamẽ effecit nutrix tua. Vdus, humefactus. Prima aq̃. i. aqua magis vicina littori. Excipis. s. cũ ſum in littore. Oſcula digna peti dijs magnis transmare. i. oſcula quę & dij cęleſtes, vt aſſequerenẽ poſſent tranare mare ſicut ego. Amictus veſtes. Adeptos de tuis, qbus te ſpoliaſti, vt me tegas. Imbre. i. aq̃ non. n. ſolum ſigt pluuiam, ſed & ſimpliciter aquã Virg. i. ęnei. Laxis laterꝫ cõpagibus oẽs, accipiũt inimicum imbrem. Nox, nã ſupra dixit, nox erat incipiens. Cętera ſubticuit rem pudendaꝫ. ſic Oui. in primo amo. Cętera quis neſcit, feſſi requieuimus ambo. Turris, in qua ambo ꝯuenimus. Lumẽ. s. nouit cętera. Non magis, dicit gaudia illius noctis ita eſſe innumerabilia, ſicut eſt innumerabilis alga maris Helleſpontiaci, quod tranabat ipſe Leander. eſt at alga minuta quędã herba, quę naſcit in mari, vñ alibi. Nunc leuis eiectã detinet alga ratẽ. Ad furta, ad ꝓhibitos nr̃os occultos. Illud ſpaciũ foret iners. i. eẽt ſine effectu voluptatis, quia dabã operam, vt illud totũ colligerẽ, et in voluptate ꝯſumerẽ. Cõiuge Tithoni. i. aurora vxore Tithoni.

NON MAGIS illius, Ne exſaturatus abeſſe putetur, vt qui nullam captaturus ſit deinceps voluptatem ex amica, dicit voluptates, quas ex illius cõplexu obtinuit innumeras fuiſſe, et q non magis poſſint numerari, q̃ vnda maris helleſpontiaci, quod aſſidue fluit, et refluit, aut quod cum hęc ſcriberet innumeris procellis, atq; vndis agitabatur, ſunt tamen qui legunt alga non vnda. Eſt autem herba vilis, quę ad littus propellitur. vnde in buccolicis. Virgilius. Proiecta vilior alga. Vtroq; modo et verſus et ſenſus bonus eſt, concorde rem tamen ſuperiori. Ne foret illud iners, ideſt ſine Veneris arte tranſactuꝫ, hos eſt, ne nos ſimus quaſi inertes. in illo. Hoc. i. tanto magis cautuꝫ. i. prouiſum. Et querimur. i. cõquerimur. Atq; ita ꝯtactus. i. ꝓpulſus monitu. Nutricis amarę. s. amantibus, q coegit ſeparari aduentante die. Alij legunt cunctatus. i. immoratus, heſitans qd agereꝫ, ſed legerem potius cũctatur. Natator, q ob peritiã artis ſpõte ſe in aq̃s immittit. Naufragus, q fracta naui, ſiue nandi peritus, ſiue Iperitus cogit diuꝫ põt natare, vt ſe ſaluet, non vt voluptatem capiat. ASCEN.

VOLS. AD TE, Cum a te nato. Prona, preceps et na tatu facilis. Cliuus, collis quidam ad ſuperandum difficillimus. Vrbe mea, tanta vis amor eſt, vt et naturam vertat. Odiſſe enim impellit, quod amare il la dulce conſueuimus. Hei mihi, ſuſpiratio hec ſu mitur a loci diuerſitate, quæ ab amāte diſtluderet. turbatur, quod non fieret, ſi eſſemus in eadem ter ra. Ventus cū leuis.i.ventus, q eſt parua cauſa. Cur mihi obeſſe, cur pōt nocere impediēdo na tationē meam, qd facere non poſſet ſi eſſemus ſi mul. Delphines, piſces ſunt repando dorſo homi ni amicum alal, de quoꝝ natura videat Pli. et So

Hoc quoq; (ſi credas) ad te via prona videtur,
A te cum redeo cliuus inertis aquę.
Inuitus patriam repto, quis credere poſſet?
Inuitus certe nunc moror vrbe mea.
Hei mihi cur aīs iuncti ſecernimur vndis?
Vnaq; mens tellus non habet vna duos?
Vel tua mę ſeſtos vel te mea ſumet Abydos,
Tam tua terra mihi quā tibi noſtra placet.
Cur ego confundor quotiens confundit ęquor?
Cur mihi cauſa leuis ventus obeſſe poteſt?
Iam noſtros curui norunt Delphines amores,
Ignotum nec me piſcibus eſſe reor.
Iam patet atritus ſolitarum limes aquarum,
Non aliter multa quam via preſſa rota.
Quod mihi non eſſet niſi ſic iterare querebar.
At nunc ꝑ ventos hoc quoq; deeſſe queror.
Fluctibus ī modicis athamātidos ęquora canēt
Vixq; manet portu tuta carina ſuo.
Hoc mare cū primū de virgine nōia merſa
Quę tenet eſt nactum tale fuiſſe puto.
Eſt ſatis amiſſa locus hic infamis ab Helle.
Vtq; mihi parcat nomine crimen habet.

Vndis, parua freti diſtantia. Vna tel lus, ſiue ſeſtia, ſiue abydena. Cōfundor reddit poſt narratio nem ad q̄relas, q̄ au get ſciſcitatione. Cā leuis, nullius mate rię admirat qd cum leuiſſimus ſit ventus, rē tantā poſſet im pedire. Iaꝫ noſtros curui norūt Delphi nes, brutis eius amo ris notioneꝫ tribuit quę exornatio a Ci ce. conformatio di plurimum valet in re explicanda, et ad mouendam miſera tionem. Curui Del phines, Epitheton propriū delphinoꝝ eſt qui alio vocabulo Simones appellant ad qd nomen voca ti accurrere dicūt. Li mes attritus, orbita facta eſt natandi cō ſuetudine in medijs aqs. Multa rota, auget ſimilitudine hyperbolem, limes in mari cer nitur. vt orbita in vijs medijs rotaꝝ curſu ꝯtrit. Quod mihi nō eſſet, monet miſerationē a mu tatione fortunę. Sic, per natatū. Iterare, iter ad te dari. Æquora athamātidos. Athamantis filia fuit Helle, quia helleſponto nomen dedit. Canēt, ꝓcellis aſſiduis ſpuma opiunt. Hoc mare, auget q̄relam alienę fortunę memoria. Tale fuiſſe, ꝓ cellis agitatum his ſimilibus. Merſa virgine, cū in mare ſubmerſa eſt Helle. Noia, nā helleſpōtus eſt nūcupatus. Hꝫ crimē, ex culpa ſortitū eſt nomē.

VBER. PRONA, Facilis et q̄ſi pendens, nā facilius deſcē dimus, q̄ aſcēdimus. Cliuus, aſcenſus monticulus. Inertis, imobilis, q̄ non ita facile natat ſicut aq̄ mobilis. Quis credere poſſet. q.d. nullus, niſi qui ſciat, quanta ſit vis amoris, nāliter. n. oēs libenter redeunt in patriam. Ouidius. Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctas. Detinet. Nunc, cū ad te natare non poſſum. Iuncti animis, pares et cō iuncti amore. Cur ſecernimur, cur ſeparamur. Vna tellus, eadē terra. Cur non hēt duos. i. cur non ſumus ambo in eadem terra. Sumat ꝓ ſu meret. Cur ꝯfundor, cur ꝑturbor, et moueor aio. Quotiens ęquor ꝯfunditur, quotiens mare per

li. his igit̄ dicit Lean der, ſe iam eſſe notū ꝓpter frequenteꝫ na tationē ſuam. Pi ſcibus. s. alijs, qui eni non adeo ſunt fami liares hoībus. Iam patet, hyperbole eſt, hoc. n. fieri non pōt, ſed vt amator dicit ita crebro ſe ſępe na taſſe, vt appareat in aquis q̄ſi limes qdaꝫ quem ſuo corpore fecit tanq̄ orbita rotę, vel via, per quā multę rotę incedūt. Attritus, frequen tatus. Solitarum, aſſuetaꝝ meę nata tioni. Multa rota, pro multis rotis. Quod mihi non eſſet, et c. Senſus eſt. ego ante q̄rebar, q non poſſem ad te ite rare, ideſt venire. Nē ſi ſic, natando. Sed nunc queror hoc. s. iterare natando. Deeſſem mihi, nō ꝯcedi mihi. Per ventos. i. cauſa ventoꝝ. qui me ꝓhibent. Æquora athamantidos. i. pontus Hel les, quę vt dixi filia fuit Athamantis. Canent, ſpu meſcunt. Immodicis, maximis. In portu, vbi vtplurimum ſolet eſſet tranquillitas. quanto ergo minus tuti erunt homines in medio ipſius. Hoc mare, dicit helleſpontum ita eſſe commotum, vt fuit quando merſit Hellen. ē ab ea nomen ac cepit. Reor puto. Fuiſſe tale, vt nunc eſt. i. ita turbatum. Cum, ideſt quando. Primum, primo. Eſt nactum, eſt adeptum, eſt aſſecu tum. Nomen de virgine merſa, de Helle ſub merſa. Satis infamis, ſatis ad infamiam et ſę nitiam nominatus

ASCEN. QVIS CREDERE Poſſet, quia natura cogimur amare patriā vnde eſt illud. Nos patrię fines et dul cia linquimus arua. Curui Delphines, ſic etiā im pingunt natantes, vt pingi ſolent. dicit aūt puerorum eſſe amatores, vnde poterunt amores noſſe, q̄q̄ hyper bolicos dictū accipimus. corripitur aūt vltima, q in accuſatiuo delphinas facit. Hoc quoq; deeſſe, per colliſionem deeſſe biſſyllabum fecit, ſicut in Iuuena. deeſt monoſyllabum eſt dicens. Nō deeſt prolato iel unus venditor auro.

Inuideo Phrixo,quem per freta triſtia tutum,
Aurea lanigero vellere vexit ouis.
Nec tamen officium pecoris,nauisq; requiro,
Dummodo quas findam corpe, dent aquę.
Arte egeo nulla.detur modo copia nandi,
Idem, nauigium, nauita, vector, ero.
Nec ſeq̄r,aut Helicē,aut qua Tyrus vtit̄ Arctō
Publica non curat sydera noſter amor.
Andromeden alius ſpectet, claramue coronaz
Q ueq; micat gelido Parrhaſis Vrſa polo.

VOLS. PHRIXO. Phrixus poſt ſororis caſum in colchos delatus eſt ad Aetā. Freta triſtia,p hęc procelloſa maria. Pecoris aurei velleris arietis, quo vectus eſt Phrixus. Findā corpore,natatōis periphraſis. Arte egeo nulla, non alienis opus eſt adminicu, lis,ea ſunt nauigia,nautę vela remi,quibus vndis vehimur. Idē nauigi uz ptes iterptant. Eli cen, ex ſnia Aglato, ſthenis locutus eſt, q ſcri. Cynoſurā et Eli cen filias Olenij Vul cani filij Ionē in Ida ſilua nutriſſe, et ob hoc in cęlū ab illo re latas. Adratus ſcri. elicen gręci, cynoſu, rā Phęnices in naui gatione obſeruant, vt in Arateo carmi, ne monſtrat germa nicus,cū dicit. Dat gratijs dicę curſus maioribus aſtris.Phęnicas cynoſura regit,et nos qd de his ve, teres ſenſerint in interpretatione germanici expo, ſuimus. Tyrus,phęnix nauta. Arctō,minorē vr, ſam,quā cynoſurā appellāt. Publica,q̄ alijs nota et cōmunia ſunt. Andromadē,hanc Cephei filiaz fuiſſe in trage.ſcri.Euripides in cęlū relatā ob Per, ſei grām,quā ſecuta eſt. Alij ad Ægyptios reſpiciūt q nauigatione Andromadē obſeruāt. Clarāue co ronā,ariadne coronā in cęluz. tranſlatā diximus quā cretēſes velut sydus peculiare ſequunt̄. Parrha ſis vrſa,maiorē vrſam,q̄ fuit arcadica,intelligit ca liſto nolatam Lycaonis filiā,licet arytęus Tegeates non Caliſto,ſed megiſto vocatā ſcribat Cethei filiaz ē Lycaonis neptē,cui iuppiter in amoris p̄miū cę, lū dedit.Parrhaſij fuere archadię populi vetuſtiſſi, mi. Polo geli.ſeptētrionē intelligit,i q̄ hęc fulgēt sy, dera circa axez. Q.d. Perſeus, Andromadē ſigt,quē amaſſe Perſeū,et a cęto liberaſſe ſcrib.Eurypides.

VBER. VTq;.i.et q̄uis. Parcat mihi,me nō ſubmergat. Habet crimē, hz infamiā nōīe q appellatur Helle, ſpontus.Inuideo Phrixo,optat ſe poſſe trāſuehi vl, tra mare, ſicut phrixus tranſlatus eſt ab ariete.

Quē ouis aurea vellere lanigero.i. ouis ſiue aries hn̄s pellē aureā vexit vltra mare ſine ſubmerſione.

Nec tn̄ regro officiū decoris,aut nauis.i.non tn̄ q̄ro hr̄e vel arietē,vt hūit phrixus,vel nauē aliquā dummō poſſim meo corpore.natare. Nulla arte tranſeundi,vel naue vel alio mō. Mō,immō,vel dummō. Copia facultas. Idē,ego idē. Nauigiuz nauis. Nauita q regā et agā nauē. Vector,paſſi, ue accipit.i.qui vehar,vt Luca. Cauſa eſt hęc ſola timoris.Vectorē nō noſſe tuū.i.eū quem vehis ſunt n.verba Cęſaris ad amiclā. Nec ſequar,dicit ſe nō nauigatuꝝ ad obſeruationē sydeꝝ,ſicut alij ſolēt. dicit.n.ſe tm̄ ſpectare iumē ſui amoris. Elicē vr, ſam maiorē dicit,quā fabulę ferunt ex Caliſtone a Ione cōpreſſa,poſtq̄ arcada filium peperit factam, nā ex puella formoſiſſima a Iunone in vrſam eſt ꝯuerſa deindecū poſt quīdecimū annū filius Ar, cas in venatione egreſſus mr̄ez occiſurus eēt igno, rans Iuppiter id ſcelus ꝓhibens ambos in cęlū trā, ſtulit ē in ſeptentrionali polo collocauit, ſed Iu, no exorauit tethyn et oceanū,ne pellicem ſuaz ſuis aqs mergi paterent̄. itaq; oñi eas nunq̄ occidere, vt Virg. Arctos oceani metuentes ęquore tingi. Ad hanc obſeruationem nautę nauigai ſolēt ſed Gręci obſeruant Elicen.phęnices vero Cynoſurā quas dici mus minorē Vrſaz, de qbus Ouid. in tri. magna minorq; fe, rę,quaꝝ regit altera graias.Altera ſidoni as,vtraq; ſicca rates. Idē lib.iij.faſtoꝝ.Eſſe duas arctos,quaꝝ cy noſura petat.Sidōijs elicen graia carina notet.De his ēt ita ſcri.Mar.manil.aſtronomicon lib.i.ſūma tenēt axis miſeris notiſſima nautis.Si, gna p immenſuz cupidos ducentia pontū. Maiorēq; Elicen maior decircinat arcton. Septē illā ſtellę cer, tātes lumine ſignāt. Qua duce p fluctus gra'ę dāt vela carinę. Anguſto cynoſura breuis torquet̄ in orbe. Taz ſpacio quā luce minor,ſed iudice vincit. Maiorē tyrio,pēnis hęc certior auctor.Nō apparen tem pelago q̄rentibus orbē. Manifeſte igit̄ appet q̄re dixerit,aut q̄ Tyrus vtit̄ arcton.ſignit.n.cynoſurā quā vt apparet,Tyrij obſeruāt cū altera,hoc eſt Eli, ce obſeruet̄ a graijs. Publica sydera,quę oēs aſpicere pn̄t. Andromadē,ſtellā Andromades fuit aūt An, dromade cephei et caſſiopes filia in ęthyopia, cu, ius mr̄ caſſiope de pulchritudine nymphis nerei, dibus p̄ferens,earū irā p ſupbia ꝓuocauerat, q̄s vt placaret Cepheus Hamonis oraculuz ꝯſuluerat,a q̄ reſpōſuz fuerat filiā marinę bellnę exponēdā eſſe, quā nereides mari mittebāt,vt illa deuorata tādem placarent̄. Quod cū Cepheus feciſſet.et eā in littore ſaxa alligaſſet,caſu quodā ſupuenit pſeus filius Io, uis et danaes,q ſupra ea loca volans,cū puellā for moſiſſimā aſpexiſſet eius amore captus, cum eius p̄re pactus ē,vt ſibi ſpōſa et vxor daret̄,ſi eā liberaſ ſet.ea igit̄ liberata cū Phinea fratrē cephei,eā vxorē volētē et multos illi auxiliātes i ſaxa vertiſſet,tādez victor argos cū ꝯiuge reuerſus ē,q̄ poſtea in ſtellas, q̄ Andromade dr̄ mutata ē,eſt aūt legēdus andro made p.d.nō.Andromache. naz hęc vxor fuit He, ctoris,q̄ nunq̄ mutata legit̄. Claramq; coronā.i. ſtellā Ariadnes de q̄ diximus in epi.phedrę,gēmę .n.coronę Ariadnes q̄ nouē fuiſſe ab Ouid.dr̄ in ſtellā q̄ corona dr̄.ꝯuerſę fuerunt,de qua Vir li.i. Geor.Gnoſiaq; ardentis decedat ſtella coronę. Vr, ſa parrhaſis.i.arcadica.naz Parrhaſos vrbs fuit ar cadię. Gelido,frigido ſeptētrionali,et eſt quaſi ite, ratio eius,qd dixit. Nec ſequar aut Elicen etc.

VRSA Parrhaſis pro parrhaſia,nomen patrony micum pro patrio, a parrhaſio monte Arcadię aut a parrhaſijs populis eiuſdem regionis. ASCEN.

At mihi qđ Perſeus, ⁊ cū Ione Liber amarunt
Indicium dubię non placet eſſe vię.
Eſt aliud lumen multo mihi certius iſtis,
Non erit in tenebris quo duce noſter amor.
Hoc ego dū ſpectem, Colchos,atq; vltia Ponti
Quaq; viam fecit theſſala puppis,eam.
Et iuuenem poſſim ſuperare Palęmona nādo,
Miraq; quem ſubito reddidit herba deum.
Sępe p̄ aſſiduos lāguent mea brachia motus.
Vixq; per immenſas feſſa trahuntur aquas.
His ego dum dixi precium non vile laboris,
Iam dominę vobis colla tenenda dabo.
Protinus illa valent,atq; ad ſua pręmia tēdūt,
Vt celer eleo carcere miſſus equus.
Ipſe meos igitur ſeruo,quibus vror,amores,
Teq; magis, cęlo digna puella,ſequor.

VOLS. CVM Ione,ea eſt caliſto quā amauit Iuppiter. Liber bacchus in cęlum rettulit cum coronam ariadnā. Nō pl eſſe indiciū,more aliorꝫ nautarꝫ hęc sydera in curſu non ſeruo. Multo clarius,nō accenſa in turre face, ſed de Hero placet intelligi. In tenebris,in obſcuro,ſed obſeruabilem hēbit lucem et clariſſimum sydus quod ſequar. Theſſala pinus,argo, q̄ colchos petijt. Palemona, is eſt portunus, quem es melicertam dicunt vnus ex athamantis filijs. cum quo mater relicto heo promontorio bacchi furore cō cita in mare ſe precipitauit, cui portus tutela tribuit. Reddidit herba deū. glaucum anthedonis filium ſignificat, qui cum in ſcopulis legarum quę ſunt ad euboeam piſcaretur, piſces quos in ripam proijciebat,tacta herba in mare reſilibāt quam et ipſe cū tractaſſet in mare tranſiliens factus eſt deus. Stra. in balenam verſum ſcribit. Languent,fatigata ſunt. Tendunt.fortius ſe mouent.

Eleo carcere,apud Elidē in peloponneſo equorū certamina inſtituta ſunt ab Ætolis epeis, et Heraclidis duce Helo, quę Elin incoluerunt templumq; Iouis olympij condiderunt,vbi fuit ſimulachrum eburneum phidię opus:alij ſcribunt ludorꝫ, et delubri auctores extitiſſe Herculem Iouis ex Alcmena filium quem aiunt primum certaſſe,et palmā obtinuiſſe. Carcere,locus eſt vnde equi ad curſum mittunt, quem Neuius oppidum appellat. Seruo obſeruo tanquam sydera. Sequor te magis non aſtra natatu ſeruo, ſed dominam, quę mihi eius memoria vires ſufficit. Ibis in cęlum.

VBER. AT Mihi quā Perſeus amauit.i. Andromades. Et liber.i.bacchus,et ſigt Ariadnem. Cum ione.i. quam Iuppiter amauit, ſignificat autem Caliſtonem in vrſam mutatam, vt diximus eſt autem ſenſus, nolo habere pro indicio natationis meę ſtellam Andromades,vel Ariadnes, vel Caliſtonis ideſt Vrsę. Indicium,demonſtrationem Signum.

Aliud lumen ſcilicet quod tu o hero in turri tua mihi oſtendis vel lumen intelligit ipſam amicam. Quo duce,quo regente me. Non erit in tenebris, non ignorabit iter. Dum.ideſt dummodo.

ſpectem,hoc lumen tuum, Eam,paro ire Colchos,et vltima ponti,ideſt etiam in extremas,aut periculoſiſſimas partes orbis. Qua.s.parte Pinus Theſſala, nauis Iaſonis. Fecit iter.i. fuit.q.d.per Scyllam et Carybdim.per symplegades etc̄.et poſſum ſuperare palęmona iuuenem. Nando.i.poſſum medium natare q̄ palemon deus maris, de quo talis hi fabula,Iuno in genus cadmi irata poſtq̄ de ſemele ſe vlta eſt, etiā autonoen eius ſororem in Penthei filij cędē impulit. Iunonē quoq; aliā ſororem et cadmi filiam in cladē deducere ſtatuit. Cū igit̄ videret eā et marito athamāte,et duobus filijs felicem euocauit ex īferis erynnyn vnā ex furijs p̄ quam in furorē athamanta puertit Nam in eius pectus ſerpentē,ac virus, quo eius mens alienaretur iniecit. Qui p̄ inſaniā vxorem ferā credēs inſecutus, Learchū filiū ques illa vlnis geſtabat,ſaxo illiſum proſtra interfecit. Quare viſa ino, ſiue dolore filij,ſiue veneno furię concita ex ſcopulo ſe cū Melicerta filio p̄cipitauit q veneris p̄cibus a Neptuno excepti ſunt,et dij maris facti. Ino Leucothe a Grecis dr̄., a latinis matuta vt Ouid.in faſt.dicit Leucothoe graijs matuta vocabere nris Melicerta vero portunus latine.Gręce palęmō dr̄,quē nūc intelligit.

Quē herba mira reddidit deū. Glaucū ſigt,q cum piſcator eſſet apud Anthedonē Euboicā,et piſces in littore poſitos guſtata q̄dā herba in mare reſilijſſe vidiſſet,et ipſe eius herbę vim experiri decreuit, qua guſtata ſtatim in mare ſaltu, et deus factus eſt,vnde Oui.li.vij.meta.Carpſit et Euboica vivax Anthedone gramen. Nondum vulgati mortalo corpore Glauci.Idem lib.viij.Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti.Nuper in Euboica verſus Anthedone membris. Glaucus adeſt. dicit igitur Leander dūmō ſpectet amicā ſuā ſe poſſe ſuperare nando palęmona et Glaucum deos maris. Languent,debilitantur,cadunt. Colla tenenda.i.amplectenda. Precium non vile laboris q̄ remuneratio vrī laboris erit digna. Valent,recipiunt vires.

Ad ſua p̄mia.i.ad te,quę es p̄mium ipſorꝫ. Vt celer,comparatio celeritatis.i.ſicut equus olympiaco certamine celeriter ex carceribus exit. Carcere,improprie pro carceribus,nam carcer eſt locus reorꝫ, carceres vnde equi emittuntur ad currendū.Hora. in primo ſermonum Vt cum carceribus ſeſe effundere quadrigę. Eleo carcere.Elis et Piſa vrbes Arcadię.apud q̄s curulia certamina celebrant̄,idō dixit Eleo carcere.Vir.iij.ge Seu qs ad Elei metas et maxia cāpi,Sudabit ſpacia.Et Lu.Quātū clamorē iuuat Eleus ſonipes.Seruo,aſpicio ſeq̄r te magis q̄ sydera.

SÆPE per aſſiduos.ſignificat ſpem viresq; omnes in illa ſitas, ſermone quidem lepidiſſimo, ſed tam aperto,vt explanationis non egeat.

Digna qdẽ coelo, ſed adhuc tellure morari,
  Aut dic ad ſuperos, hinc mihi qua ſit iter.
Hinc eſt qđ raro miſero contingis amanti,
  Cumq; mea fiunt turbida mente freta,
Quid mihi, qđ lato nõ ſeꝑor ęquore, prodeſt,
  Nõ minus hęc nobis tã breuis obſtat aq̃.
Nũ malim dubito toto procul orbe remotus,
  Cũ domina longe ſpem quoq; hẽre meã.
Quo ꝓpius nunc es flãma propiore caleſco
  Et res non ſemꝑ, ſpes mihi ſemper adeſt.
Pene manu, quod amo, tãta eſt vicinia, tãgo,
  Sępe (ſed heu) lachrymas hoc mihi pene mo(uet
Velle qd ẽ aliđ fugiẽtia prẽdere poma,
  Spẽq; ſuo refugi fluminis ore ſequi.
Ergo ego te nũq̃, niſi cũ uolet unda, tenebo,
  Et me foelicem nulla uidebit hyems,
Cũq; minus firmum nil ſit, q̃ uẽtus et unda,
  In uentis et aqua ſpes mea ſemper erit,
Aeſtus adhuc tñ ẽ, qd cum mihi lęſerit ęquor

VOLS. DIC Mihi qua ſit iter, doctas oro, qua via cęlum aſcendendũ ſit vt te ꝓueniam. Hic es, in terra moraris. Exiguo difficultatem a loco notat. es in terra inqt exiguo ipe tecum eſſe ꝓtingit, ſi in cęlum ferraris ad te, ire omino negarer. Mea mente, quę non minus q̃ mare ęſtuat. Non minus, q̃ ſi in cęlo cõſiſteres. Breuis, ſeptẽ tãmmõ ſtadia. Num malim dubito. Vellẽ inqt in extremo orbe morari, dũmodo Herus ꝯſuetudine poiter res non ſemper potiundi deſiderij facultas. velle qđ eſt aliud difficultatem auget ſimilitudine, ſum inquit Tantalo ſimilis. ille vt Home. ſcri. poma capiti iminentia et aquam abluentem conſpicatur barba. Et quia prehendẽtem fugiant, ſitiq; fameq; perpetua vexatur. Poma, quę imminẽt capiti. Fluminis refugi ſperat vndam deprehẽdere quę ſequentem fugit. Cũ volet vnda, cum maris tranquillitas perſuaſerit. Lęſerit, fecerit procelloſum.

VBER. SED Adhuc tellure morari. s. digna et melius morari legit q̃ moraris. Aut dic. i. aut ſi vis ire in cęlum dic mihi quo et ipſe poſſim illuc aſcendere.

Hinc ex hoc q̃ es digna cęlo. Rara ꝯtingis mihi amanti, raro poſſum tecum eſſe, q̃ digna et ꝑcioſa difficile ꝯcedunt. Cunq; mea fiunt &c. i. turbor cum turbat mare. Quid mihi. Dicit q̃ non prodeſt q̃ iſtud mare Helleſpontiacũ ſit tam ſtrictum q̃ tam breuis maris aqua nonminus ei obſtat q̃ ſi eſſet mare latiſſimum. Obſtat, affert impedimẽtum. Num malim, an potius velim. Remotus, ſuperatus habere ſpem meam longe cum ea, quia patientius ferrem, ſi non poſſem ad eam venire. Propior, propinquior, ſcilicet amica eſt. Caleſco ardeo. Flamma, igne amore. Teren. accede ad ignem hunc; et caleſces plus ſatis. Res cauſa amoris. i. ipſa amica. Non ſemper, ſubaudi adeſt. Pene fere. Tango manu. prouerbialiter dixit. Tanta eſt vicinia, tanta eſt proximitas inter nos Hoc, ita eſſe propinquos, et non poſſe ſimul eſſe Mouet lachrymas, facit me flere. Velle quid eſt aliud comparat ſe Tantalo, qui in medijs aqs apud inferos ſemper ſitit, neq; poteſt bibere, et habet poma ad os, et non poteſt ea comedere, aut ore contingere. Quid eſt aliud, quaſi dicat nihil, niſi quod mihi accidit, qui propinquus. ſum amicę meę, ea tñ careo. Fugientia, ab ore diſcedentia.

Sequi, ſpem fluminis refugi. i. ſequi ſpem aquę fugientis. Hora. in. i. ſer. Tantalus a labris ſitiẽs fugiẽtia captat Flumina, diximus hãc fabulã in epi. Pari. Ergo cum indignatione et dolore ꝓnunciandũ eſt. Niſi cum volet. q. d. ſtabo ad arbitriũ maris, et non videbo te, niſi cũ mare volet me permittere. Nulla tempeſtas, et turbatio maris. Videbit me felicem, videbit me cum amica mea. Cum minus &c. i. ſpes mea erit in rebus leuiſſimis, hoc eſt in vento et aqua, qbus dicit nihil eſſe infirmius. Adhuc hactenus. Quid erit q. d. multo maior tempeſtas. Cum lęſeris perturbauerit, et cõmouerit. Pleias aut ſingulare pro plurali. Poſuit. i. pleiades quod ſignum eſt añ genua tauri quo ortu ſuo primę nauigationis tp̃s oſtendit, vñ dictę ſunt a πλεω . i. nauigo, aut quod magis placet. Sterope vnum ex pleiadibus ſtellam intellexit, quę ortu ſuo tempeſtatem inducit. Ouidi. lib. i. triſti. Sępe ego nimboſis dubius iactabar ab hędis. Sępe minax ſteropes ſydere pontus erat. Sed non ſolum huius loci, ſed et aliorum cauſa dicendũ eſt aliquid de pleiadibus. Sunt enim quę Atlantides dicuntur filię Atlantis, et pleiones in cęlum tranſlatę, quę quidem faciunt ſignum, vt voluit Ser. ante genua tauri, quę licet ſeptem fuiſſe dicuntur, tamen vt ſcri. Oui. lib. iiij. fa. ſex tantum apparent, dicit enim Pleiades incipient humeros reuelare paternos. Quę ſeptem dici, ſed tamen eſſe ſolent. Vna appellata eſt Alcyone amata a Neptuno, vt in epiſtola ſequenti videbimus ex qua Neptunus genuit Lycaona, et hyricus patrem Orionis. Taygeta vero ex Ioue petit Lacędemona a quo lacędęmon vrbs dicta eſt ex Tantalo peperit Nioben, quę nupſit Amphioni regi Thebarum. Maia etiam a Ioue compreſſa genuit Mercurium. Electra ex eodem Ioue genuit Dardanum. Ouid. lib. iiij faſt. Dardanum Electra quis neſcit Atlantide natum. Scilicet electram concubuiſſe Ioui. Sterope ex matre genuit Oenomaum patrem Hippodamię. Celeno a Neptuno amata eſt, vt etiam in ſequenti epi. patebit, ex qua genuit Nyctenum, qui cum nyctimine filia cõmixtus eſt. Merope ſola cum mortali concubuit. Nam ex ſiſypho genuit Glaucũ pr̃em Bellorophontis. Oui. Septima mortali Merope tibi ſiſyphe nupſit, Penitet, et facti ſola pudore latet. De Pleiadibus hęc nũc ſufficiant.

Pleias, & Arctophylax, Oleniumq; pecus?
Aut ego non noui. quã ſim temerarius aut me
In freta nõ cautus tũ quoq; mittet amor
Neue putes id me, qđ abeſt, pmittere tempus,
Pignora polliciti nec tibi tarda dabo.
Sit tumidũ pacis etiam nunc noctibus ęquor,
Ire per inuitas experiemur aquas
Aut mihi continget foelix audacia ſaluo,
Aut mors ſolliciti finis amoris erit.
Optabo tamen, vt partes expellar in illas,
Et teneant portus naufraga membra tuos,
Flebis enim, tactuq; meum dignabere corpus,
Et mortis, dices, huic ego cauſa fui
Scilicet interitus offenderis omine noſtri,
Litteraq; inuiſa eſt hac mea parte tibi.
Deſine parte queri, ſed vt et mare finiat iram,
Accedant, queſo, fac tua vota meis
Pace breui nobis opus eſt dum transferor iſtuc
Cum tua contigero littora, perſtet hyems.

VOLS. PLEIAS, Pleiades ſeptem ſunt, quę ortu et occaſu pluuias et tempeſtates faciunt. Arctophylax, is ē bootes Iouis et Caliſtus filius Hermippus tradat eſſe Philomelum Cereris et Iaſonis filium quattuordecim ſtellis effigiatur, dictus Arctophylax, quod Arctos cuſtodiat. Oleniumq; pecus. Capram Amaltheam, et Hedos intelligit, quos auriga, humerus geſtat quem, vt Higinus tradit, olenum nuncupatũ fuiſſe Vulcãi filiũ, et ex hoc duas nymphas natas, Elicen et Ægē, quę Iouis fuerũt nutrices, a quibus duę vrbes nominatę ſũt, Olenos in Aulide Helice in Peloponneſo, de qbus apud Higinũ varia pdit hiſtoria, tēpeſtatẽ; pluuiamq; faciũt, ſiue oriantur ſiue ad occaſum pperent. Quam ſim temerarius, ſtatuit ꝯſilium ab audacia, id erat vt in ſumma et tempeſtate natarer. Tu quoq; his quoq; aduerſis ſideribus. Promittere tempus, non putes me tranquillum tps expectaturum. Polliciti, pmiſſę audacię. Aut mihi ꝯtinget, aut moriar, aut p audaciã aduerſa numina ſupabo. In illas, ad quas natare ꝯſtitui. Naufraga mēbra, quę naufragiũ fecerint, vaticiniũ de ſe eſt. Nã cũ tentaſſet per procellas natare ſubmerſus eſt. Omine, hoc meo pſagio. Inuiſa, qm̃ interitum mihi vaticinat. Accedant, cõſentiant cum meis votis. Pace breui, exigui tēporis tranquillitate. Perſtet, inualeſcat tempeſtas.

VBER. PLEIAS Autem hic intelligit, vt diximus sydus ſteropes tempeſtuoſum. Arctophylax, ſtella eſt, quę et bootes dr.i.bubulcus, q̃ et tēpeſtuoſa eſt, latine pt dici cuſtos vrsę. Oleniumq; pecus, ſcri. Stra. ęgeas duas eſſe, vnã in euboea, alterã in Achaia, dicitq; et Ægeam et Ægeas, in quo loco Iouē a capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribit, ppe eſt Olene, vñ oleniam capellã dicere. Oleniũ igit pecus poſſumus intelligere vel ſolũ sydus caprę, q eſt pluuiale, vt Oui. lib.iij.meta. Addixi regimen dextra moderante carinę. Flectere, et olenię sydus pluuiale capellę, vel certe sydus et capellę et hędorũ ſuorũ, nã ob beneficium alimenti a Ioue in celũ, cum hędis ſuis translata eſt, ex qbus factũ sydus, quod nubes pluuiales et tēpeſtates inducit, quod Virg. oñdit lib.I. Geor. Preterea tam ſunt acturi sydera nobis, hędorumq; dies ſeruandi &c. Manilius aſtronomicus lib.I. Hunc ſubeunt hędi claudentes sydere pontum. Nubibus et mundi nutrito rege capella, dicit igitur Leander ſi nunc ita turbatur mare, quid erit cũ acceſſerint et sydera, quę nã ſua inducunt tempeſtates. Aut non noui q̃ ſim te, aut non noui temeritatẽ meã. Aut amor non captus, q facit hoīeẽ incautũ. Tunc cum ſupradicta sydera cõmouebunt mare. Quod abeſt, quod eſt remotũ. Pignora, pbatiões certa ſigna. Polliciti, promiſſionis meę. Si tu. paucis &c. i. ſi aliquot noctibus durret hęc tempeſtas ego experiar venire inuitis aqs. Aut mihi facit argumentũ, qđ dr dilema, qđ vtrinque ꝯcludit, & pbat ſibi eſſe eundum. Audacia foelix, cui fortuna, et dij fauebũt. Saluo incolumi. Aut, alia pars, aut ſi moriar mors finiet ſollicitudines, et moleſtias mei amoris. Expellar, a fluctibus proijciar. Illas, vbi tu eris. Naufraga mēbra, ideſt ego naufragus, & ſubmerſus. Dignabere tactu, ideſt dignabere tãgere. Cauſa mortis, q propter amorem meum auſus eſt tam turbidum mare ingredi. Scilicet, fingit Leander amicam ſuam non audire libenter malum omen de eius morte. Interitus mortis. Accedant meis votis, ideſt adiungantur, vt tu facias vota ſicut ego. Pace, tranquillitate maris. Breui parui temporis. Perſtet, perſeueret cum ero apud te.

ASCEN. FVGIENTIA Prendere poma, more Tantali. Refugi genitiui caſus eſt a nominatiuo refugus refuga refugum, et dicitur refugum, quod ſepe fugit, vt flumen illud quotiens appetitur, vnde in primo ſermonum. Hora. Tantalus a labris ſitiens fugientia captat, flumina &c. Et ergo. Bona indignantis particula, vt ergo ne ſupremis potuit. Vox improba verbis, tam dirum mandare nefas? Ergo ibit in ignes. Cumq; minus firmum nil ſit q̃ ventus, non eſt legendum nihil, ſed nil, vt monet metrum. In ventis, lege cum amara interrogatiõe, quę vim negandi habet. Aut ego non noui q̃ ſim temerarius, vim amoris, et dementiam amantiũ exprimit. Nam ſcientes videnteſq; ſeſe in ſumma pericula mittunt. Optabo tamen. Moris eſt poetici id in pręſagijs ponere et prędictionibus, quod euenturum ſciunt, vnde Dido. Sed cadat ante diem mediaq; inhumatus harena. Litteraq; inuiſa eſt, ideſt epiſtola. In oratione litterę dicuntur. Conuitia a conuitio, aut conuituperor, producit enim ſecundam, cum vltimum primam corripiat.

VOLS. ISTIC, APVD TE. Aptum nauale, tranſlatio ſumpta a nauigijs, quę in tempeſtatibus a naua li claudunt. Nulla aqua, nullo in loco libentius ſto q̃ tecum. Tunc, cum a te diſcedo. Ero cantus, fluctus verebor. Triſte, procelloſum. Duas, et amplexus & ventos. Remis corporis, brachia ſi gnificat, quorum ſigni ficatione ferebatur. Lumen habe. facē in turri errige. In terea, ſęuientibus pro cellis p leandro epi ſtolam teneas. Quā precor, deſiderio ſuo epiſtolā clauſit, vt q maxime vtriq; erat clariſſimum in ani mo legētis relinque retur. nam quę in fi ne ſunt, iō vehemen tiora eſſe debent, q̃m veluti proximiora animo ſemper obij ciunt vt adactis cō citatis aculeis arden tius moueatur.

VBER. ISTIC EST. tran ſlatio ſicut naues be ne ſunt, vbi habent portum, ita dicit ſe habere. Nauale. aptū ſuę carinę. i. amicā ſuam ſibi aptam. na uale intelligit ami cam, carinam vero ſe ipſum, q fungeba tur officio carinę, tunc cum natabat. Cautus, q non di ſcedam a te, vt imit tam me periculis. Nec faciam con uicia fluctibus, idest non incuſabo flucti bus. Surdis nō au dientibus, ipſe ſupra. Surdior ille fre to etē. Triſte, aſpe rum, aduerſum. Nata. mihi. Per du. cās, per ventos, et lacertos tuos. Remis cor. i. brachijs ad natandum vtar loco remorum. In as. i. in turri, vt poſſis a me aſpici. Perno. vigilet. Ipſe ego. Minima in breui tempore.

ſunt olim optimam dixerunt. Cheroneſſi pmon torium eſt maſtuſia, in cuius frōte Sigęū eſt Achi llorum ſtatio. Protheſilai illic delubrum, & Cynoſema, hoc eſt Hecubę in canem versę ſepulchrū viſebatur. Eſt preterea turris Seſto ptigua, vbi Hero accenſa fa ces erigebat, quas ſequutus Leander enataret, ſed cum ob tempeſtatē dies aliquot natare ceſſaſſet accepta illi us epiſtola rñdet. De ſidiam interdum ac cuſat, interdū amo ris ſuſpitionē īgerit, demum ſuadet, vt nō niſi tranquillo mari audeat enatare. Quam mihi miſi ſti verbis Leandre ſa lutem, priori epiſto lę ſimile eſt princi pium, vtraq; enim ſa lute miſſa expoſitoq; deſiderio amātis fa uorem conciliat.

Iſtic eſt aptum noſtrę nauale carinę,
Et melius nulla ſtat mea puppis aqua.
Illic me claudat Boreas, vbi dulce morari eſt
Tunc piger ad nandū tunc ego cautus ero,
Nec faciam ſurdis conuitia fluctibus vlla,
Triſte natatuīo nec querar eſſē fretum.
Me pariter venti teneant, pariterq; lacerti,
Per cauſas iſtic impediarq; duas.
Cum patietur hyems, remis ego corporis vtar
Lumen in aſpectu tu modo ſemper habe.
Interea pro me pernoctet epiſtola tecum,
Quā, precor vt minima pſequar ipſe mora.



VBER. QVAM mihi miſiſti Hero epiſto la Leandri reſpon dens dicit ſe deterio re eſſe conditione q̃ ſit Leander, quia et ſi pares ſunt amo re, multis tamen de cauſis, ipſa minus po teſt amori reſiſtere, & oſtendit quā ſince ro et ptīnuo amore eum amet, cum di cit ſe cupidā, vt Leā der ad ſe veniat, hor tatur tamen, vt di ligenter aduertat, ne ſe periculis obijciat, ne ſi moriatur, ſit etiam cauſa mortis ipſius. dicit autem ſe maxime terreri viſo quoddā, quod ei in ſomnis apparuit, de morte cuiuſdam Delphini harenę illiſi, et ſtatim mortui.

Hero Leandro.

QVam mihi miſiſti verbis lean dre ſalutem.
Vt poſſim miſſam rebus ha bere, veni.

Rebus, effectu.

ASCEN. PERSEQVAR mi. mo i. poſt minimam morā ad finē vſq; ſeq̃r. Et eſt ſūma votorum q̃ in fine fere ponit Ouid. aut cuius ocie ſcriptam dicit.

ASCEN. QVAM MIHI miſiſti etcęte ra. Hęc epiſtola reſponſiua He rus ad Leandrum etiam a Sabi no dictata creditur, et pręcipue ex Ouid. ſententia dictantis, Quā cito de toto redijt etē. Cuius ſubtilis quidē eſt com poſitio, ſed vſq; adeo facilis, vt pudeat quicquā ad tantam claritatem lucis adijcere.

VOLS. In. xviij epiſtolam argumentum.
SEſton vrbem Theopōpus ſcri. fuiſſe paruā ſed bn̄ munitā. et q̃m anguſtiarum adiuus principatū tenuit vrbiū quę in Cheroneſo

VOLS. LONGA Mora eſt, auget deſiderium a temporis momento. Mora quis exigua longa mihi vr. Igne pari, ęquo amoris ſtimulo vexamur. Sed ſum tibi viribus impar, ſe maiorē pati cruciatū, a ſexu arguit, ſum inqt foemina iō impar viribus hoc eſt debilior. Ingeniū, ad reſiſtendū conſtātius cor. Infirma, imbecillis ad tollerādos effectus. Vos mō venādo, a ſtudiorū varietate ꝓpoſitū ſir[illegible]. Rus geniale, villas ad delectationem ornando. nam vt quiſq; erat laudatiſſimus, is agrum colere conſueuerat, vt ſcri. Catul. Geniale, amenum, aut cultum, aut ſiluis incęduis, aut aquarum ſcaturigine. Ponitis, ſuperatis. In varia mora in varijs ſtudijs immorādo. Fora, cauſę forenſes. Dona, palmę. Paleſtrę vnctę, qui certabant paleſtra oleo perfundebātur. ideo vncta pales a papinio dicitur. Ducitis, captatis, decipitis in venando. Hora ſerior. temporis longitudo. Diluitur, multo vino perfuſi ſuperatis, non enim tempus vino, ſed homines diluuntur. His ſubmotis, cum hęc ſtudia mihi non ſint. Facio, amo aut ego cum chara. Leandri mutatione quid ipſa indem agit exponit. Suſurro. clam ē voce preſſa loquor, Corripio, habeo conuitia, deteſtor. Grauis vnda procella. Sed te nolle venire queror, ingent pellicis ſuſpitionem, de qua aperte poſt modum loquetur. Amantia lumina, amantis Herus oculos. Tremulo, ſenili. Impoſita notas, impreſſa veſtigia.

Longa mora eſt nobis oīs, quę gaudia differt,
Da veniam faſſę, non patienter amo.
Vrimur igne pari. ſed ſum tibi viribus impar,
Fortius ingenium ſuſpicor eſſe viris.
Vt corpus teneris ſic mens infirma puellis,
Deficiam parui temporis adde moram.
Vos modo venando, modo rus geniale colēdo,
Ponitis in varia tempora longa mora.
Aut fora vos retinent, aut vnctę dona paleſtrę,
Flectitis aut freno colla fugacis equi.
Nunc volucrē laqueo, nūc piſcē ducitis amo,
Diluitur poſito ſerior hora mero.
His mihi ſummotis, vel ſi minus acriter vrar,
Quid faciam, ſupereſt pręter amare nihil.
Quod ſupereſt facio teq; o mea ſola voluptas,
Plus quoq; ꝙ credi quod mihi poſſit, amo
Aut ego cum chara de te nutrice ſuſurro.
Quęq; tuum miror, cauſa moretur iter.
Aut mare proſpiciens, odioſo concita vento,
Corripio verbis ęquora pene tuis.
Aut vbi ſęuitię paulum grauis vnda remiſit,
Poſſe quidem, ſed te nolle venire, queror.
Dūq; ꝗror, lachrymę ꝑ amātia lumīa manāt,
Pollice quas tremulo conſcia ſiccat anus.
Sępe tui ſpecto ſi ſint in littore paſſus.
Impoſitas tanq̄ ſeruet arena notas.

VBER. OMNIS Mora, q̄libet tardatio tp̄is, ſ[et] breuis eſt longa ꝓp affectū tui. Virgi. in Bucco. Si mihi non hęc lux toto iā longior anno. Hora. Vt nox longa quibus mentitur amica. Faſſę. mihi ꝯſitenti amorem meū. Viribus, robore animi ad reſiſtendum amori. Ingenium, nā. Vt corpus, ſnīa phyſice. dicit. n. ex ibecillitate corporis imbecillitatē quoq; animi fieri. Deficiam, ꝯſumar. Vos, ſcilicet viri. Ponitis tempora longa in varia mora. i. pręteritis tempus varijs modis modo venando. nam exercitium eſt virile. Modo, interdum. Geniale, amenum, plenū voluptatis, nam, genius deus eſt naturę, cui voluptati operam dantes indulgere dicuntur. Perſius. Indulge genio, carpamus dulcia. inde genialis voluptuoſus dr̄. Virgil. inuitat genialis hyems, Iuuena. Genialis agatur iſta dies. Fora. actiōes cauſaq;. q̄ in foro arguunt, aut dona, munera et exercitia. Paleſtrę, luctationes. ſunt vtraq; hęc officia vir[illegible]. Iuue. Nunquid n[illegible] agimus cauſas, ciuilia iura nouimus aut vllo ſtrepitu fora veſtra mouemus? Fora veſtra dixit, ideſt quę vos viri frequentare ſoletis. Flectitis aut etc. i. aut exercemini ęquitando. Fugacis, velocis optime currētis. Iuue. Cuius clara fuga ante alios, ē primus in ęquore puluis. Ducitis, capitis, Diluitur, madeſcit, temperatur. Serior hora. i. ſerum tempus. Poſito mero. ideſt bibendo. Ipſum merum Cura fugit multo diluiturq; mero. Semotis, remotis. Minus, non. Quod ſupereſt facio. i. animo. quod ſolum reſtat mihi faciendum. Plus quoq;. Ordo eſt amo te plusq̄ id quod poſſit credi mihi. Aut ego. dicit quid agat, interea, dum durat tempeſtas aut enim loquitur de Leandro cum nutrice, aut in mare inuehitur, ſicut ē Leander. Suſurro, immurmuro, et clam demiſſeq; loquor. Moretur, tardet. Corripio, incuſo. Pene tuis. quibus tu quoq; corripis. Remiſit, diminuit. Paulum ſęuitię, ideſt paulum perturbationis. Conſcia quę nouit amorem meum. Tremulo, propter ętatem anilem. Notas, ſigna, veſtigia pedum.

ASCEN. LONGA Mora. Ordo eſt; oīs mora, quę differt nobis gaudia eſt. i. videtur et reputatur longa quā tumuis breuis ſit. Vos modo etc. Artis eſt a ſexu argumentari, ne perſonam lędamus, et ideo pluraliter dicit, vos ſcilicet oēs viri de more ponitis, ideſt tranſigitis modo. i. aliquando venando etc. Hora ſerior. i. tardior. Vel ſi. i. etiam ſi minus acriter vrar. i. licet non tam vehementer amem, quid aliud faciam q̄ amem, cum aliud facere nequeam. Quod ſuper eſt facio, ideſt amo.

VOLS. SCRIBAM Tibi hic epiſtolę rñdebo. Veſtibus, Leandri, veſtes Hero ſeruabat, quibus cũ nataſſet vtebatur. Aquas, deſuper. Sic vbi nox facta eſt, & ſcribit ipſa, vt cõmiſeratione moueat. Amicior, gratior, quia hoc tpe te natantẽ ſuſcipere ꝯſueuit. Exhibuit, mortalibus oſtentauit. Signa notaq; vię, incenſaʒ facẽ ſignificat, quã in ſumma turri erigere cõſueuiſſe dicimur, vt ad eam ſuũ natatũ Leander dirigeret. Fallimus moras, ipſis longitudinem ſuperamus. Arte fœminea, filã do texendoq;. Quid loquar, ſermocinatione vtẽ, ipſa.n. rogat et rñdet. Mea gaudia, maiori affectu enunciatũ eſt ꝙ ſi meus Leander diceretur. Oẽs abydeni. Suos, ne ſui ꝑ facinus deꝑhendãt. Pallade, olino, cuius inuẽtricem hʒ Pallas. Natatores oleo diluuntur ne aquarũ frigiditate lęſi, nerui, aut liũctu, rę cohęrerent. Annuit, & iam natatũ capitis nutu conſedere vr. Non noſtra ꝙ oſcula curet, non enim ex cura noſtri amoris id cõcedit, ſed ſomno deuinctũ captat dum nutat nullis auditis ẽbis annuere vr. Monet, ad nutũ impellit obrepẽs, nullo murmure ſerpens. Cũ tacta terra, ab opere morę exiguitatẽ oñdit, cum ꝑduxit filũ in terram vſq;, ex quo incępiſſe natare diximus.

Vtq; rogẽ de te, et ſcribam tibi, ſiqs abydo
Venerit, aut quęro ſiquis abydon eat.
Quid referá, quotiẽs do veſtibus oſcula, quas tu
Helleſpontiaca ponis iturus aqua.
Sic vbi lux acta eſt et noctis amicior hora,
Exhibuit pulſa ſidera clara die.
Protinus in ſumma vigilantia lumina turre,
Ponimus, aſſuetę ſigna, notaſq; vię,
Tortaq; vel fato ducentes ſtamina fuſo
Fœminea tardas fallimus arte moras.
Quid loquar interea tam longo tpe, quęris,
Nil niſi Leandri nomen in ore meo eſt.
Iam ne putas exiſſe domo mea gaudia nutrix,
An vigilant omnes, & tim. et ille ſuos.
Iam ne ſuas humeris illum deponere veſtes,
Tinger iam pingui pallade mẽbra putas.
Annuit illa fore, non noſtra ꝙ oſcula curet,
Sed monet obrepens ſomnus anile caput.
Poſtq; morę minimũ, iá certe nauigat inquam
Lentaq; dimotis brachia iactat aquis.
Paucaq; cum tacta perfeci ſtamina terra,
An medio poſſis quęrimus eſſe freto.

VBER. ROGEM, Interrogem. Ponis, ꝑ deponis. Exuebat enim ſe cum erat nataturus et relinquebat veſtes apud Hero, quas dicit ſępe oſculari ꝑpter amorem eius. Lux, dies. Acta, pręterita. Sic loquendo de te, et oſculando veſtes. Hora noctis amicior.i. gratior, vt ſupra alibi. Nox grata puellis, quarũ ſuppoſitus colla lacertus habet. Exhibuit, oſtendit. Signa notaſq;, ephexegeſis eſt, nam nota idẽ eſt quod ſignum, legendum eſt autem ſigna notaſq;, non aũt notaq; ſigna vię, vt qdam male legunt. Torta ſtamina, fila quę nendo torquent. Fallimus, pręterimus. Penelope. Nec mihi quęrenti ſpacioſam fallere noctem. Feminea arte, nendo, quę ars fœminarum proprie eſt Quęris.i. rogas et vis ſcire. Iam ne putas, verba heroos ad nutricẽ, quibus interrogat quid de Leandro putet. Mea gaudia, meam voluptatem, ſcilicet Leandrum. Omnes, eius domeſtici. Timet, ſuos, ne videant eũ exeuntem domo. Deponere veſtes, exuere ſe, vt natet huc. Tingere, vngere. Pallade pingui.i. olino, poſuit autem inuentricẽ pro inuento. Naʒ Pallas inuentrix fuit oliuę, vt Vir. in. i. ge. Oleęq; minerua inuentrix. Nã cũ Neptunus et Minerua, vt fabulę ferunt, de imponendo noĩe Athenis ꝯtenderẽt placuit dijs, vt eius noĩe ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtuliſſet. Neptunus percuſſo littore equum animal bellis aptum produxit. Minerua iacta haſta oliuaʒ creauit, quę res eſt melior cõprobata, et pacis inſigne, vnde Athenas a noĩe ſuo dixit, naʒ ipſe grę̄ce ἀθήνα dicitur. Annuit, nutu et motu capitis ſignificat, ita eſſe vt petitur. Fore, tempetamentum eſt.i. fore annuit et nutu affirmauit quod interrogaui, melius autem fore ꝙ fore legitur et ratiõe metri et ratione ſenſus, nam fore ſemper ſignificat tẽpus futurum. Noſtra oſcula, noſtram voluptatem. Obrepens, latenter adueniens. Cice. in Catone maiori de ſenectute, eam obrepere aiunt citius ꝙ putaſſent. Monet caput anile, facit eas annuere. dormientes.n. aut iam declinantes ad ſomnum ita ſolent mouere caput, vt videanẽ annuere loquentibus cũ eis. Poſt minimũ morę.i. poſt minimũ ſpaciũ, poſtq̃ ſupra dicta dixi. Terra tacta.i. ſtamina ita longa vt fuſus tangat terram.

ASCEN. QVID referam &c. Tota epiſtola id agit, vt ſe ardenter redamare ſignificet, et ad mutuos complexus amatorem citius aduocat. Noctis amicior, tacẽant ergo inepte, qui ab amico amicitior, ci geminato deduci pręcipiunt. Quid loquar &c. ſubaudi, ſi vt ſi ſit, quęris quid ſit, quid loquar interea tam longo tempore. Nil niſi Leandri nomen in ore meo eſt, ideſt nil loquor, niſi de te blando ſcilicet. Iam me putas &c. Annuit illa fore, ideſt nutu capitis ſignificat futurum, non ꝙ curet noſtra oſcula, ſed quia ſup. ſomnus obrepens monet caput ſenile, ideſt anile. Poſtq; more minimum, ideſt immediate poſt. Paucaque cum tacta, quia nendo, vt filum longum producant fuſum in terram vſq; dimittunt, texendo autem pedibus terram contingit, vtroq; autem modo intelligi poteſt. Priori accipiendo ſtamina ꝑ filis in fuſo ad ſtamina conficienda.

VOLS. PROSPICIMVS, E ſpecula mare longius ſpectamus. Captamus, ſubauſcultamus. Voces, nocturna murmura. Decepte, q̄m tuo aduentu, vt putarā priuata ſum. Inuitus, q: lȝ non venire decreueris, ſomnia te mihi reduxerūt. Humida, recēti natatiōe pfuſa. Velamina, veſtes qbus tua fouere͂s mēbra. Fouere eque rigore releuare. Multaq; p̄terea, honeſtius, q̄ pre pudore erant tacenda ſignificauit. Hec, q̄ ſono captat, idē locus ī Sapho cū dixit. Sed nō longa ſatis gaudia ſomnus h̄ȝ. Firmius, abſq; ſomniorū falſitate. Cur ego tot viduas, peracta d̄monſtratione ad q̄relas redit. Prima ſumit a tpis diuturnitate. Vnde Leandruȝ ſegnitię arguit, q: nō natarit. Frigida ſine Leandro. Lente, deſes in amore. Cō ſuror, dixit illud Leandri, ipſa vides cęlū pice nigrius. Lenior aura, ventus ſedatior. Ea pretrea, cur p̄terijt eius tpis occaſio, vt ad me nō natares. Ventura, q̄ poterant eſſe deteriora. Taȝ bona, nox ad nauigandū commoda. Similis copia, eadem natandi opportunitas. Melior, gratior, nā ſi p̄ma occaſio p̄ereaẗ, eadē minus hēbit grę, ſi redierit.

tes fieri, quę honeſte referri non poſſunt. Hęc voluptas ſomnij, et breuis eſt, q: cito abit. Et nō vera, q: deludit me. Somnia.n. imitanẗ voluptatis, ſed paȝ durant. Biblis apud Ouid. lib. ix. meta. Gaudia q̄ta tuli q̄ me manifeſta libido. contingit vt iacui totis reſoluta medullis. Vt meminiſſe iuuat, quis breuis illa voluptas. Noxq; fuit preceps, et ceptis inuida noſtris. O. i. vtinā. Coeamus, cōiugamur. Firmius, q̄ p ſomnum. Vera fide, vero effectu. i. vt poſſint credi vera. Frigida, ſola vt Penelope. Non ego deſerto iacuiſſem frigida lecto. Lente, tarde. Abes, es abſens et remotus. Eſt mare, ponit reſpōſionem, quā poſſet facere Leander, et quam iam fecit. Tractabile, aſpeꝛ, inacceſſibile. Heſterna. Lenior, mitior, q̄ nunc. Ea, aura leuis. Cur eſt preterita. Cur omiſſa q: non auſus es, vel ea ſcilicet nox, in qua fuit aura lenior. Ventura ipa, q: poſſet dicere, expectabam etiā meliora tempora, dicit q: timere debuiſſes, ne peiora venirent. Via, commoditas vię. Cur perijt, cur omiſſa eſt. Vt, quāuis. Copia, facultas. Similis curſus, similis natationis. Detur contingat tibi illa commoditas preterita. Fuit hoc, ideſt tanto, vel eo melior, quo fuit prior, ideſt quo antecedebat, nam celeritatis voluptatum magna eſt gratia.

Et mō proſpicimus, timida mō voce p̄camur,
Vt tibi det faciles vtilis aura vias.
Auribus interdum voces captamus, & omnē
Aduentus ſtrepitum credimus eſſe tui.
Sic vbi deceptę pars eſt mihi maxima noctis
Acta ſubit furtim lumina feſſa ſopor.
Forſitan inuitus mecū tamen improbe dormis,
Et quamuis non vis, ipſe venire, venis.
Nā mō te videor prope iā ſpectare natantem,
Brachia nunc humeris humida ferre meis.
Nūc dare quę ſoleo madidis velamina mēbris
Pectora nunc iuncto noſtra fouere ſinu.
Multaq; p̄terea lingua reticenda modeſta,
Quę feciſſe iuuat facta referre pudet.
Me miſeram, breuis eſt hęc, & nō vera voluptas
Nam tu cum ſomno ſemper abire ſoles.
Firmius o cupidi tandem coeamus amantes,
Nec careant vera gaudia noſtra fide.
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties a me lente natator abes?
Eſt mare (confiteor) nondum tractabile nāti,
Nocte ſed heſterna lenior aura fuit.
Cur ea preterita eſt? cur non uentura timebas?
Tam bona cur perijt? nec tibi capta uia eſt
Protinus ut ſimilis detur tibi copia curſus,
Hoc melior certe, quo prior ille, fuit.

VBER. CAPTAMVS Voces, ideſt auſcultamus, an aliquam vocem audiamus. Strepitum, ſonitū. Vbi, poſtq̄. Maxima pars noctis eſt acta. i. preterita, ſic cogitando, et interrogando de te. Furtim, latenter. Subit, ingreditur. Lumina feſſa, oculos meos fatigatos nimium in vigilando. Dormis. s. et in ſomnis, vel cogitatione. Improbe, contumelia eſt apta amantibus. Venis, quia ſomnio te venire. Videor. s. mihi exiſtimo. Velamina, veſtes. Membris madidis, tuo corpori madido, ſic.n. ipſe Leander dixit. Deq; tuis dēptos, humeris mihi tradis amictus. Nunc, interdum. Fouere, calefacere. Noſtra pectora, vt ipſe. Excipis amplexu. Reticenda, modeſta non dicenda, vt ipſe etiam Leander. Cętera nox et nos et turris conſcia vouit. Pudet referre facta. i. pudet me dicere ea eē facta a nobis, quę tn̄ iuuat feciſſe, et bene oſtendit multa inter amantes

ASCEN. FORSITAN inuitus mecum tamen improbe dormis. Improbus enim eſſet, et immitis, hoc eſt ſi nollet amari, nam dormit cum ea per phantaſiam. Coeamus, ideſt conueniamus, congrediamur nam de coitu venereo inhoneſtum eſſe et indecorum puellę loqui. Viduas noctes, ideſt quę me faciunt viduam, ideſt ſine amico ſeu dilecto meo. Eſt mare confiteor. Quia id in omni fere amore, vitium eſt, vt ſuſpitiones et zelotypię ſeſe intermiſceant. Facit poeta etiam hanc zelotypiam, q̄ſi vero nouo amore captus immoretur. Cur ea preterita, ſcilicet aura lenior. Cur non ventura timebas. i. ea quę euenire poterant. Protinus vt ſimilis detur tibi copia curſus, ideſt ponamus caſuȝ, vt copia ſimilis curſus detur tibi.

VOLS. AT Cito mutata eſt, cum ſtomacho Leandri duo verba obiectat. Tempore minore, q̃m preterita temporis pars, quare aſſiduo notandum eſt, vt momenta quedam temporis perdenda, nam quotidie minus temporis relinquitur. Hic puto deprẽſus. hoc leandri eſt cum dixit. Cum tua pangas littora perſtet hyems.

minus turbatum, q̃ nunc ordo eſt, nam memini cum te veniente. i. natante ad me, equor erat non minus ſeuum et minax. s. q̃ nunc. Aut non multo, correctio eſt exornatio rhetorica. i. ſi erat minus ſeuum, non erit multo minus. Sic temerarius. ſic audax. Tua virtus, tua animoſitas. Vñ ex q̃cũ.

At cito mutata eſt iactati forma profundi,
Tempore, cum ꝓperas, ſepe minore venis.
Hic puto deprenſus, nil qđ quereris, haberes,
Meq; tibi amplexo nulla noceret hyems.
Certe ego tunc ventos audirem leta ſonantes,
Et nunq̃ placidas eſſe precarer aquas.
Quid tamen euenit, cur ſis metuentior vnde,
Contemptumq; prius nunc vereare fretum
Nam (memini) cũ te ſeuũ veniente, minaxq;
Nõ minus, aut multo nõ minus, equor erat.
Cum tibi clamabam, ſic tu temerarius eſto,
Ne miſere virtus ſit tua flenda mihi.
Vñ nouus timor hic, quoq; illa audacia fugit,
Magnus vbi eſt ſpretis ille natator aquis.
Sis tamen hoc potius, q̃ qđ prius eſſe ſolebas,
Et facias placidum per mare tutus iter.
Dũ modo ſis idem, dũ ſic, vt ſcribis, amemur,
Flãmaq; non fiat frigidus illa cinis.
Non ego tã ventos timeo mea vota morantes,
Quam ſimilis vento ne tuus erret amor.

Tum. cum adeſſes. Quid tamen euenit, locus eſt, qui dr̃ preter ſpem. Quid accidit vt mare qđ contemnebas. Iam timeas, quod nunq̃ ſperaſſem. Non multo minus ſeuũ, nõ erat minus procelloſum quã nũc cum olim ad me nauigares, hec omnia ſunt ſuſpitionis ſemina. ne ob aliam fuerit deſtituta. Clamabã tibi, te obiurgabam. Virtus. natandi audacia. Vnde, ad alienum amorem reſpicis, quia mei oblitus aliam amas. Ille magnus natator, admiratio hec ſuſpitionem alienati amoris auget. Hoc. timidus. q̃ ꝙ

Nouus. inſolitus quoq; due dictiones ſunt. i. et quo fugit illa audacia, quã ante habebas. Ille natator, ille leander, qui nõ timebat maris pericula. Sis tñ hoc. s. timidus. Quã qđ ſolebas eſſe. s. audax. Placidũ. tranquillum. Dũmodo ſis idem, dũmodo pſeueres i amore noſtro, ẽ ſis idem amator meus, q ſolebas eſſe. Illa flamma, ille ignis, qui amoris. Non fiat frigidus cinis non extinguatur, ẽ eſt tranſlatio ab igni. qui extinctus fit cinis. Morantes, tardantes. Mea vota, meum deſiderium aduentus tui. Similis vẽto. inconſtans. Er-

prius. Quã temerarius, et audax adhortatio eſt ad ſalutem. Et facis iter, non natas niſi tranquillo mari. Sis idem in amore perſtes. Flãma, amor priſtinus. Frigidus cinis. tranſlatio a langueſcente igne, qui in cinerem euaneſcit. Non ego tam vẽtos, q̃cqđ in occulta ſuſpitione erat aperit Mea vota, quibus te natare opto. Erret a me deſiſtat.

VBER. AT CITO. alia obiectio parum iniquis durauit illa lenitas aure et maris, q̃ fuit nocte ꝑterita, et cito mutata eſt. Tpe, rñſio Heros ad hanc obiectionem dicit, cũ tu vis cito venire, ſepe venis breuiori tpe, q̃ fuit illud, ita ꝙ potuiſſes venire per id ſpacium, quo durauit illa tranquilitas. Deprenſus, tempeſtate detentus, ne poſſes redire, deprehendi ꝓprie dr̃ naute tempeſtate impediti. Virg. v. enei. Hunc ego getulis agerem ſi ſyrtibus exul. Argolicoue mari deprenſus, et vrbe Micene. Noceret, diſpliceret. Eſſet ingrata tibi, tum cum eſſes hic mecum. Sonantes ſtridentes, murmurantes. Aquas, maris. Nunq̃ eſſe placidas nunquam eſſe tranquillas, vt nunquam poſſes a me diſcedere. Quid tñ. ſuſpicatur Hero. ne Leander metuerit natare, quia aut minus eam amet. aut alij amori fortaſſe indulgeat. Vnde, maris. Contemptum, a te non formidatum. Iuuena. cõtempſit pelagus. Prius, ante cum ad me ſepe nataſti. Nã memini, dicit eum nataſſe alias ad ſe, cum mare nõ erat multo

ret, vagetur. ẽ a me ad aliam tranſeat.

PROTINVS, certe illa. s. via et aura oblata hic. i. ASCEN. hac re, aut tanto fuit melior, quo prior. duplex argumentatio, prior ex eo, ꝙ datam occaſionem ſuſcipere debemus, neſcij an ſimilis vnq̃ dabitur. Vñ eſt illud. Fronte capillata poſt hec occaſio calua eſt. Et illud Lucani. Tolle moras nocuit ſemper differre paratis. Altera, quia tametſi ſimilis occaſio redeat, tñ prior eo, ꝙ prior melior eſt. Nam ſicut in malis ſi euitari nequeãt nõ nihil boni eſt, ſi differri poſſunt, ita in bonis nõ nihil mali eſt. tametſi certo futura ſunt, ſi differantur. Nil quod quereris, ita legendum eſt a quereret quereris etc.

Vt ſis metuentior vnde, genitiuus eſt rectus virtute poſitiui Nam ſicut dicimus ſum metuens, vnde, ita dicimus ſuz metuentior vnde, et metuẽtiſſimus vnde. Non minus, aut multo. Ordo eſt. Æquor erat nõ minus ſeuum, et minax, aut non multo minus ſeuum et minax. Quoq; illa audacia fugit. Quoq; due ſunt partes, et ita quo producitur ſignificans, et quo fugit autem preteriti eſt temporis, et ideo prior quoq; producitur. Ille natator. quaſi diceret notiſſimus et laudatiſſimus, aut audaciſſimus. Flammaq; i. et illa flagrantiſſima amoris flamma. Non fiat cinis frigidus idest non reſoluatur in frigidum cinerem, hoc eſt in torporem, aut obliuionem.

VOLS. NE SIM Tanti, apud te minoris ſim q̃ pericula. Cauſam, quę te ad natandũ impellit. Merces. mã vilior videatur q̃ tua pericula. Patria, quoniam aſiana ſim et barbara. Impar. indigna tuo coniugio. Omnia, oẽs q̃ te remorantur cauſę. Neſcio qua pellice, id mihi deteſtabile videtur, ſi alieno amore detentus negligis.

Virg. ſeruans ſub pectore vulnus. Iſto crimine, iſta tua culpa. Fato no. i. nr̃a mors ſit. Sint priora tua culpa. i. antecedat culpã tuã. i. vtinã moriar prius q̃ hoc facies. Nec q, dicit ſe nõ hęc dicere, lõ q aliqd de eo intellexerit, ſed pp amorẽ. Aut ſollicitata. i. ſcitata. Noua fama, nouo nũcio, q ames

Et ne ſim tanti, ſuperentq; pericula cauſam,
Et videar merces eſſe labore minor.
Interdum metuo, patria ne lędar, et impar
Dicar Abydeno Seſta puella viro.
Ferre tamen poſſum patientius omnia q̃ ſi,
Ocia neſcio qua pelice captus agas.
In tua ſi veniant alieni colla lacerti,
Sitq; onus noſtris finis amoris amor.
Ah potius peream, q̃ crimine vulnerer iſto.
Fataq; ſint culpa noſtra priora tua.
Nec quia venturi dederis mihi ſigna doloris,
Hęc loquor, aut fama ſolicitata noua.
Omnia ſed vereor, quis. n. ſecurus amauit.
Cogit & abſentes plura timere locus.
Felices illas, ſua quas pręſentia noſſe
Crimina vera iuuat, falſa timere vetat
Nos tam vana monet, quã facta iniuria fallit,
Incitat & morſus error vterq; pares
O vtinam venias, aut hic ventuſue, paterue.
Cauſaq; ſit certe foemina nulla morę,
Q̃d ſi quã ſciero moriar (mihi crede) dolẽdo,
Iam dudum peccas ſi mea fata petis.
Sed neq; peccabis, fruſtraq; ego terreor iſtis,
Quoq; minus venias, inuida pugnat hyems.

Iſto crimine, vt me deſerta aliã ames. Fata, mors precedat mea, crudele hoc facinus. Venturi. doloris factur coniecturam nullis ſignis probari poſſe adeo, vt rumore et careat. Sed tantum arguit a conſuetudine amantium. qui timent omnia, quaz a loco firmat. Securus. ſine timore amat nemo. Locus diſtantia noſtra auget timorem. Felices alias, acclamatio ne πάθος excitatur. Pręſentia, idem locus. Iuuat, monet. Vana, falſa. Iniuria, alieni amoris ſuſpicio. Incitat et morſus, me mordet, & vexat. Error vterq; meus ob vanam ſuſpitionem, aut tuus propter mutuuz amorem. Hic. in hac cauſa. Si quã ſciero, ſi alias amaueris. Si mea fata petis, ſi me mori coegeris.

Sed neq; peccabis, cũ anceps fluctuet. diluit. iam ſuſpitiones referẽtis cãm deſidię tẽpeſtatẽ. Iſtis, his ſuſpitionibus. Pugnat hyems, obſtat tempeſtas.

aliã. Securus, ſine cura & timore, nã res & ſolliciti plena timoris amor. Locus. Remotus. Felices, dicit felices illas eẽ, quę ſunt in eodez loco, vbi ſunt amatores ſui. Sua pñtia iuuat adiuuat. Noſſe vera crimina. i. cognoſcere verã culpaz ſuorũ amatorũ, et vetat s. ſua pñtia. Timere falſa, q q̃ ſunt pñſentes nõ timent falſa crimina ſuorum amatorũ, vident. n. quotidie qd agant.

Nos, dicit ſe ita timere qd fortaſſe nõ facit Leãder, q̃ non intelligere, qd facit. Iniuria falſa, non vera. Tam monet tam ſollicitat me, et turbat. Quam facta fallit, q̃ ea quam feciſſi ignorat a nobis. Vterq; error ignorantię, aut falſę, aut verę iniurię. Pares morſus, pares curas, et cruciatus alo meo. Hic ventus, q nunc monet mare Aut pr̃ tuus ſit cã q̃re non venias: Quod, quam rem. s. aliq̃ mulierus eſſe cãm tuę morę. Moriar dolẽdo, moriar dolore. Iamdudus, valde. Teren. Iamdudũ illa te amat vel iamdudũ, i. ãdiu. ex quo deſinit ad me natare. Petis q̃ris. Mea fata, meã mortẽ. Sed neq; peccabis, dicit ſperare eus pmanſurũ in amore tardareq; pp tẽpeſtatez maris.

VBER. NE NVNC ſim tãti. ſic legẽdũ. i. timeo. ne nunc me tãti nõ eſtimes, vt putes p tanta picula ad me veniẽdũ. Et ne picula ſuperẽt cã. i. pluris facias picula, q̃ me, q̃ ſum cã periculorũ. Et ne videar eſſe merces minor labore. i. pmiũ minus. q̃ ſit labor tuus. i. nõ videar tibi ſatis digna, quã tãto labore tã tãdi petas. Ne lędar pr̃ia. i. ne noceat mihi imperitas pr̃ię. Ne ego ſeſta. i. ex ſeſto. Dicar ipar, inęq̃lis. Viro abydeno. i. tibi, qes ex abydo, q̃ e clarior meo ſeſto. Oia, q̃ te morent. Patientibus, melius. Quã ſi tu captus neſcio q̃. i. aliq̃. Pellice, cõcubina. Agas ocia. i. moreris, et ceſſes. In tua, ſubaudi. Quã ſi alieni lacerti. i. alius mulieris. Veniãt in tua colla, te amplectent. Nouus amor, alius puellę. Sit finis nr̃i. i. expellat nr̃m. i. ne incipiens aliã amare, me omittas. Vulnerer. lędar et accipiã dolorẽ, trãſlatio eſt, nã vulnus p dolore, ponit

ASCEN. ET NE ſim tanti. Ordo eſt. Et ego non timeo tam ventos, q̃ ne ſim tanti. i. quantũ timeo, q nõ reputabor tanti, et q pericula ſuperant cauſam, ideſt minora videant. q̃ cã, hoc eſt q ego, p qua ea debeas ſubire. Fataq;. i. et fata nr̃a. i. dies mortis meę ſint priora tua culpa. i. precedant culpaz tuã, quod optando dicit. Nec quia venturi. Amanter purgat, quę obiecerat, ne malam opinionem de Leandro ſuo concepiſſe credatur. Quis enim ſecurus amauit, quaſi diceret nemo, q res eſt ſolliciti plena timoris amor. Quoq; minus et quo minus hoc eſt. Et vt non venias hyems. i. tempeſtas inuida. s. amantibus pugnat. i. contendit.

Me miſeram, quanto plágu̅tur littora fluctu,
Et latet ob.cum condita nube dies.
Forſitan ad pontum mater pia venerit Helles,
Merſaq; roratis nata freatur aquis.
Aut mare ab inuiſo priuignę nomine dictum
Vexat in ęquoream verſa nouerca deam.
Non fauet, vt nunc eſt teneris locus iſte puellis,
Hac Helle perijt, hac ego lędor aqua.
At tibi flámarum memori Neptune tuarum,
Nullus erat ventis impediendus amor.
Si neq; Amymone, nec laudatiſſima forma,
Criminis eſt Tyro fabula vana tui.

VOLS. ME MISERAM, per conqueſtionem firmat propoſitum. Planguntur, feriuntur, apud Sapphos. Mea pectora planxi. Latet dies, obſcurus eſt ſol, qui diei eſt cauſa. Mater pia, Nephelem intelligit. Helles matrem, quę maris eſt Nympha. Nata mersa, ſubmerſa Helle. Fleatur, nec deerit philoſophi qui dicat pluuias eſſe deorum lachrymas. Verſa nouerca, Ino athamantis vxor Helles nouerca cum ſe in mare pcipitaſſet in maris numina tráſiit, a grecis Leucothea nuncupata, latini matutam appellant, quoniam matutino tempore pręſit. Priuignę, helles, quam odit, dicitur priuignus et priuigna. Non fauet, ſed aduerſus eſt. Hac ego lędor. Pręſagio vtitur, nam cum cadauer Leandri ad littus ſeſtinum delectum conſpicaretur, ſe ipſam in mari pręcipitauit. Flammarum memor. Neptune tuarum, apoſtrophe, ad Neptunum, qua incuſat quid amantes fauore non proſequatur, cum ipſa amauerit. Tuarum, ſubeant tui amores. Nullus erat ventis, ſi memoria colligeres amantes non impedires. Amymone, hęc filia fuit Danai, quam geſtantem vrnam, vt ſcribit Strab. ad fontem Amymonem, qui eſt iuxta paludem lernam compreſſit, et ex ea Nauplium genuit. Laudatiſſima forma tyro. Tyro vt Home. ſcrib. Salmonei filia fuit, Enipeum fluuium amauit, in cuius ripis Neptunus in Enipeum verſus compreſſit. Heleumq; et Peliam ex illa filios vno partu ſuſcepit.

VBER. M E M I S E R A M, narrat quam turbida ſit tempeſtas. Planguntur, percutiuntur. Dies, lux. Latet, condita nube. Virgil. Eripiunt ſubito nubes cęlumq; diemq; Teucrorum ex oculis. Forſitan, dicit hanc tempeſtatem motam eſſe a Nephele matre Helles, quę venerit ad mare, et ſic at filiam ſuam. Mater Helles Nephele, vt dictum eſt in epiſtola Hypſipyles ad Iaſona. Nata, Helle. Fleatur, pro fletur. Aquis turbatis, ideſt effuſis. Alluſit autem ad fabulam, quia Nephele dicitur eſſe mutata in nubem, quę effundit pluuias. Aut alia cauſa, q Ino conuerſa in Deam maris nomine Leucothoen, vt ſupra dictum eſt, fortaſſe turbauit mare. Quod odit, quia nominatur a nomine priuignę Helles. Priuignę, filię mariti ſui ex priore vxore. Nouerca, Ino. Iſte locus, hic Helleſpontus. Vt nunc eſt, ideſt ita tumidus, vt nunc eſt Non fauet puellis, non eſt puellis bonus. Hac Helle perit, probat q non faueat puellis, quia prius nocuit Helle, nunc autem nocet ſibi. At tibi, conuertit ſermonem ad Neptunum, dicens, q ipſe memor amorum ſuorum non deberet nunc aduerſari amantibus, et ventis impedire iter Leandro. Flammarum, amorum. Si neq;, commemorat multas puellas amatas a Neptuno. Si, pro quidem. Neq; Amymone eſt vana fabula, ideſt falſa fama. Tui criminis, tui amoris et concubitus Amymone vna fuit ex filiabus Danai fratris Ęgypti q cum pater ſuus aqu a tum miſiſſet, et ſatyrus viſam inſequeretur, illa auxilium Neptuni implorauit q fugato Satyro eam compreſſit, ex qua genuit Nauplium patrem Palamedis. Hęc Tyro formoſiſſima fuit puella filia Salmonei, qui in Elide imperauit, et quem Virgi. in ſexto ęneid. a Ioue fulminatum dicit, quę Enipeum fluuium, qui Alpheum ingreditur, vehementer amauit, vt poeta ait. Illa nimis flagrans dilexit Enipea diuum, hęc poſtea a Neptuno mutato in formam ipſius Enipei compreſſa eſt, ex qua genuit Neleum patrem Neſtoris, et Peliam, qui regnauit in Theſſalia, vnde Propertius. Non ſic Hemonio Salmoni miſtus Enipeo. Tęnarius facili preſſit amore deus, hęc poſtea nupſit Ericitheo filio Ęoli ex quo filios procreauit. Halcyone, hęc non fuit filia Ęoli, Ęcli, de qua in precedenti epiſtola dictum eſt, ſed vt alibi diximus vna ex pleiadibus filia Atlantis, ex qua Neptunus genuit Lycaona et Hireum patres Orionis, licet de procreatione Orionis Seruius aliter dicat.

ASCEN. P L A N G V N T V R, ideſt feriuntur, ſeu percutiuntur. Forſitan, ad pontum, ſciſcitatur cauſas turbationum quę fiebant in Helleſponto, quas duplices innuit, aut quia mater Helles, ſcilicet Nephele concubina Athamantis et nympha filiam plorans lachrymas ſuas in pluuiam conuertit aut quia nouerca ſcilicet Helles, hoc eſt Ino coniunx Athamantis verſa in Deam ęquoream, ſcilicet matutam aut Leucotheam, vexat mare dictum a nomine priuignę, et ita inuiſo, ideſt Helleſpontum dictum ab Helle in eo ſubmerſa. At tibi flammarum, pulchre incuſat Neptunum, q quę tot amoribus olim arſerit, in amantes modo ſęuiat. Amicę autem Neptuni ſatis explicauimus ſuperiori commentario. Ideo hic ſuperuacuum eſſet repetere, nam quę ſcribunt hiſtorici facile videre eſt.

VOLS. LVCIDAq; Halcione, vna eſt ex pleia. libus ex atl i te nata, quę ex Neptuno ireus peperit, vt ſcribit Higini. Ceyceq; et almone nata, Iphidemiā ſigē Ceyces et Almonus filiā, q̄ Aloeo nupſit, vt in Odiſſea ſcri. Home. Iactauitq; ſe cū Neptuno miſcuiſſe, et ex eo plem inclitā Oti et Epialtē ſuſcepiſſe. Meduſa, medusaq; Phorci filiā Neptunus in tēplo Minerуę ſtuprauit, indignata Dea crines in ſerpentes mutauit.

Phorci ex Ceto nympha, q̄ cū Euryalem, et Sthemonem ſorores pulchritudine ſuperaret. Neptuno et formę, et pręcipue capillorum ſpecie placuit, dum ſola in littore ſpaciaretur quam fugientez in ſecretus, tandem in templo Palladis dephendit, et compreſſit. Pallas indignata capillos eius, quorum pulchritudine Neptuno placuerat, in ſerpentes conuertit. reliqua quę de Meduſa dicūtur, vide apud Ouid. lib. vi. meta. Laodice, duę fuerunt hoc nomine dictę, vna filia Agamēnonis, et Clytemneſtrę, altera filia Priami, de qua nunc puto poetam intelligere, quod a Neptuno amata ſit. Cęlo recepta Celeno. Celeno hoc nomine appellata ē vna ex harpyis, ſed hęc de qua nunc poeta loquitur vna etiam fuit ex pleiadibus, ex qua Neptunus (vt in pręcedenti epiſtola diximus) genuit Nyctei patrem Nyctimenes, quę cum patre commixta eſt.

Flauaq; laod. duas laodices fuiſſe cōperio Agamēnonis filiam alterā, alterā Priami, quaz Neptunus amauit Ceynūq; filiz ſuſtulit. Poſtea Lycaoni Thracię regi nupſit. Celeno, hęc eſt Atlantis filia Halciones ſoror vna ex Pleiadibus, ex qua neptunū genuiſſe Hig. ſcri. Lycū, et Nyctea.

Recepta cęlo, qm̄ in cęlo obſtupri mercedē relata eſt. Plures, vt Helopē, Cererē, Toſam, Amphitritē, Melantho. Lybiā Perybęam. Turbide, non

Lucidaq; Halcione ceyceq;, et Antone nata,
Et nondum nexis angue Meduſa comis
Flauaq; Laodice, coeloq; recepta Celeno,
Et quarum memini nomina lecta mihi.
Has certe pluresq; canunt Neptune poetę,
Molle latus lateri conſeruiſſe tuo.
Cur igitur toties vires expertus amoris
Aſſuetum nobis turbide claudis iter?
Parce ferox, latoq; mari tua prelia miſce,
Seducit terras hęc breuis vnda duas.
Te decet, aut magnas magnū iactare carinas,
Aut etiam totis claſſibus eſſe trucem.
Turpe deo plagi iuuenem terrere natātem,
Gloriaq; eſt ſtagno quolibet iſta minor.
Nobilis ille quidem eſt et clarus origine, ſed nō
At tibi ſuſpecto ducit Vliſſe genus,
Da veniam, ſeruaq; duos natat ille. ſed iiſdem
Corpus Leiandri, ſpes mea pendet aquis.

turbine legas, tu inquit turbatus amantes vexare non deberes. Lato mari, vbi mare eſt ſpacioſuz, non in anguſtijs Helleſpontiacis. Miſce, confunde, inter turba. Terras duas, Aſiam et Europam. Totis de claſſibus, nauigiorūz multitudini. Eſſe trucem, ſęuire iram exercere. Deo pelagi. Neptuno qui imperium habet maris. Terrere, mergere. Vlyſſe ſuſpecto, inuiſus Neptuno Vlyſſes fuit, vt apud Home. in primo Odiſſeę li. Mineruę Iuppiter exponit, q̄ Polyphemi oculum terebrarit Neptuni ex Thoſa Forcinus filij, non eſt inquit Neptune ex Vlyſſis genere, vt tibi ſit Leander inuiſus.

VBER. LVCIDA, Quia in ſtellam conuerſa eſt. Ceyceq; Euemone nata, quę puellę hę fuerint fateor me nondum potuiſſe percipere, nam textus apud alios habet Ceyne, apud alios Ceyceq; et Alemone, apud alios Auenone, apud alios Euemoni, ita vt difficile ſit indicare verum. Euemonem quidem ſcrib. Stra. filium fuiſſe Ormeni fratrem Amyntoris et ex Euemone natum Eurypilum, ſed eius filiam vitiatam a Neptuno non memini legere, neq; Ouid. mentionem facit libro. vi. meta. vbi multas amicas Neptuni commemorat, videtur tamen fuiſſe eius filiam, quam nunc a Neptuno amatam dicit. Ceyne vero non viri, ſed puellę nomen eſt. Et nonduz nexis, et Meduſa comis nondum nexis. i. nondum implicitis. Angue, pro anguibus, et Meduſa non fuit vana fabula tui criminis, cum nō dum haberet comas ſerpentinas, hęc aūt filia fuit

mixta eſt. Recepta cęlo, quia diximus has ſorores in cęlum tranſlatas ſydus effeciſſe, quod nauigationis initium ortu ſuo oſtendere ſoleat, has latini appellant vergilias. Et quarum, ſubaudi, et alię quarum nomina memini eſſe lecta mihi, nam alias amauit Neptunus, et oppreſſit, vt Lybiaz filiā Epaphi, ex qua genuit Buſirim, et peribo eaz nymphā Eurymedontis filiam, ex qua genuit Nauſithoum patrez Alcinoi regis Phęacum, amauit etiā Thooſam Phorci filiam, ex qua Polyphemum genuiſſe dicitur, et alias plurimas, et ideo dicit. Poetę canunt, memorant. Has, ſupra nominatas, et plures alias. Conſeruiſſe la. la. tuo. i. tecum commixtas eſſe et concubuiſſe. Turbine, impetu ventorum. Virg. Turbine corripuit, ſcopuloq; infixit acuto. Miſce tua prelia mari lato. i. oſtende vires tuas in mari lato, et amplo, et non in hoc anguſto et ſtricto mari. Seducit, ſeparat. Duas ter. Aſiam, et Europam, vt diximus in argumento epiſtolę.

Totis claſſi. multis nauibus congregatis. Deo plena, tibi magno et potenti. Iuuenem na. Leandrum non naui, ſed brachijs per mare euntem.

Iſta glo. quam queris in hoc breui mari turbando. Eſt mi. quo. ſta. i. eſt minor q̄ gloria, quam in quolibet ſtagno, et parua aqua poſſes habere.

Ille, Leander. Nobilis et clarus origine, ideſt nobili genere ortus.

ASCEN. Aſſuetum nobis turbide. i. o tu turbide, ſed plures codices habēt turbine. i. perturbatione claudis iter.

Interea lumen (poſito nam ſcribimus illo)
Perſtrepit, et nobis proſpera ſigna dedit.
Ecce merum nutrix fauſtos inſtillat in ignes.
Cras erimus plures inquit, et ipſa bibit.
Effice nos plures euicta per ęquora lapſus,
O penitus toto corde recepte mihi.
In tua caſtra redi ſocij deſertor amoris,
Ponuntur medio cur mea membra toro,
Quid timeas non eſt. auſo Venus ipſa fauebit,
Sternet ⁊ ęquoreas ęquore nata vias.
Ire libet medias ipſi mihi ſępe per vndas.
Sed ſolet hoc maribus tutius eſſe fretum.
Nam cur hoc vectis Phrixo, Phrixiq; ſorore
Sola dedit vaſtis foemina nomen aquis?
Forſitan ad reditum metuis ne robora deſint,
Aut nequeas gemini ferre laboris onus.
At nos diuerſi medium coeamus in ęquor,
Obuiaq; in ſummis oſculo demus aquis.
Atq; ita quiſq; ſuas iterũ redeamus ad vrbes,
Exiguum, ſed plus q̃ nihil illud erit.
Vel pudor hic vtinã, q nos clam cogit amare,
Vel timidus famę cedere vellet amor.
Nũc male res iũctę calor et reuerẽtia pugnãt,
Quid ſequar i dubio ẽ, hęc decet, ille iuuat,

VOLS. INTEREA, ex querimonia ad demonſtrationẽ redit. Dũ igit hęc q̃rimur. Perſtrepit, crepitat, qd fu turi ſucceſſus dat p̃ſagia, et magicorũ obſeruatiõe aduentum portendit. Proſpera ſigna, qm̃ tui ad uentus portendi indicabamus. Infauſtos ignes, boni, bona oĩs Gręcia in ignẽ vina infundere ↄſueuerat. Erimus plures, numerusq; augebit Leãder. In tua caſtra trãſlatio a militibus, qui ordinẽ deſeruerũt red di ingt ad cõſuetum amorẽ. Socij, pares. Medio toro, id accidit ſi ſoli dormiamus. Auſo, tuę audacię. Tibullus dicit. Audẽdum eſt, fortes adiuuat ipſa Venus. Sternet, lenes faciet. Tutius, quoniam puellis infenſum eſt. Vectis frixo, exẽplo mõſtrat ſequire ĩ puellas Helleſpõtũ ↄſueuiſſe. Femina, Helle. Forſitan ad reditum, ſoluit q Leander faciliores ſibi fore acceſſum, q̃ reditũ dixit. Robora, natandi vires. Gemini labores acceſſus, et reditus. Diuerſi, e diuerſa patria. Illud, tuliſſe oſcula. Cogit amare, amoris modeſtias ſentire, qm̃ ſeparat, ne q viuat vtrũq; detegat. Timidus honoris obſeruator. Cedere famę, honorẽ ↄtẽnere. Res pudor, et amor nõ veniũt ĩ idẽ vt eſt apud Sappho et in meta. Nõ bñ ↄſgruũt, nec in vna ſede morantẽ. Maieſtas et amor Quod ſequtur, qd eſt ſuũ ctũ, an cadat pudor vel amor. Hic pudor et reuerẽtia ẽ ĩtra decorũ. Ille iu. amor in delectatiõe eſt.

VBER. PERSTREPIT et lumen. i. lucerna fecit crepitũ ẽ ſtridorẽ. Poſito nã ſcribimus illo, parenthεſis. i. ſcribimus ad lumẽ lucernę. Ecce, dicit nutricẽ q̃ſi libaminis et auſpicij cauſa inijcere vinum in ignes. Fauſtos, bene auſpicatos. Felices, a fauendo dicũtur fauſti. Inſtillat, infundit. Plures, q accedet Leander. Lapſus, tu celeriter ꝑgreſſus. Per ęquora euicta, tuis lacertis ſuperata. Effice nos plu. fac vt tu accedas ad numerũ nr̃m. Recepte meo corde. i. valde infixe aĩo meo. Deſertor, derelictor, defector, trãſlatio a mulieribus, q a ducibus ſuis, et ſocijs deficiunt deſertores dr̃. Medio toro, quod ſolet facere aliqs cum eſt ſolus, naꝫ qui cum alio dormit, nõ in medio, ſed in pte lecti iacere ſolet. Nõ ẽ qd timeas. i. nõ eſt timendũ. Venus ipſa, dea amoris, Auſo, vel tibi auſo natare, vel auſo. i. audacię tuę vt Tibullus, audaces adiuuat ipſa Venus. Nata ęquore. ſ. Venus. Sternet, componet, Placabit. Ver. Et nunc oẽ tibi ſtratũ ſilet ęquor. Ire libet, dicit, q ſępe hs voluntatẽ, et appetitũ natandi ad Leãdrũ, niſi ſciret hoc mare nimis periculoſum puellis, qd patuit ex Helle ſubmerſa. Maribus, maſculis. Nã cur, ꝓbat exemplo, q ſit tutius maſculis quam foeminis. Cur enim inquit cum Phrixus et Helle ꝑ hoc mare veherentur ſola Helle decidit, et Phrixus euaſit incolumis. Ordo. ſola foe. cur dedit nomen vaſtis aqs. i. mari Phrixo, et Helle vectis hoc. i. cuꝫ veherentur, vt et qua vectus abas, ideſt vehebatur. Nam latini participium pręteriti imperfecti temporis a paſſiuo non habẽt, ſed vtuntur partici. pro pręterito perfecti. Forſitan, obiectionem facit pro Leandro. Robora, vires. Ad reditum, ad reuertendum in abydon. Gemini laboris, eundi, et redeundi. At nos, reſponſio quaſi dicat, ſi hoc times. Natemus ambo, et in medio mari coeamus, conueniamus. In ſummis aquis, ideſt ſummitate aquarum. Ita, poſtquã coierimus, et oſculati erimus. Quiſq; ad ſu. vr. Abydõ, et ego Seſton. Illud, oſculari tantum in medijs aquis. Eſt exiguum, eſt paruum. Sed erit plus, q̃ nihil, ideſt erit aliquid. Vel pu. hic vtinam ſenſus eſt, vtinam vel pudor, qui cogit nos amare, ſic ita vehementer, et occulte, vellet cedere amori, vel amor timidus vellet cedere famę, ideſt non timeret famam, neq; quod dicatur de nobis. Calor amor. Et reuerentia. i. verecundia. Res male iunctę, quia ſunt contrarię. Pugnant, ſunt inter ſe aduersę. In dubio eſt quid ſequar, dubito quid agam, an obſequar pudori, an amori. Hęc, reuerentia. Decet, honeſta eſt, et affert laudem, Ille, ſcilicet calor et amor. Iuuat, delectat.

ASCEN. INTEREA Lumen ⁊c. Perſtrepit et nobis, alij Sternuit et vobis legunt, dependet autem ex pyromantia, ſed ſolet hoc maribus. Ingenioſa, et apta inuentio exemplis corroborata. Gemini laboris, ſcilicet eundi, et redeundi.

Vt ſemel intrauit Colchos Pagaſeus iaſon;
Impoſitam celeri Phaſida puppe tulit.
Vt ſemel idęus Lacedęmona venit adulter,
Cum preda rediit protinus ille ſua.
Tu quam ſepe petis,qd̄ amas, tā ſepe relinquas
Et quoties graue ſit puppibus ire natas.
Sic tamen o iuuenis tumidarū victor aquarꝫ,
Sic facito ſpernas,vt vereare fretum
Arte laboratę merguntur in ęquore puppes,
Tu tua plus remis brachia poſſe putes?
Q đ cupis,hoc nautę metuūt Leandre natare,
Exitus hic fractis puppibus eſſe ſolet
Me miſeram,cupio non pſuadere,quod hortor.
Siſq; precor montis fortior ipſe meis.
Dūmodo peruenias,excuſſaq; ſepe per vndas,
Inuicias humeris brachia laſſa meis.
Sed mihi ceruleas quotiens obuertor ad vndas,
Neſcio quid pauidum frigore pectus habet.
Nec minus heſternę cōfundor imagine noctis,
Q uamuis eſt ſacris illa piata meis.
Namq; ſub aurora iam dormitāte lucerna
Somnia quo cerni tempore vera ſolent

VOLS. VT SEMEL intrauit, vt malit reuerentiam de ponere exemplo inuitat. Tulit Phaſida celeri puppe, argo intelligit, quam a celeritate nuncupatam ſcri. Higi. Medeam rapuit vt diximus. Graue ſit puppi, vitant nauigare ob tempeſtatem. Sic fa. re petitione pathos mouet, ea inquit moderatione, ne minus timeas vndas quam contemnas.

Mergunt na. timorē exēplo auget. Me tuunt, naufragium paſſi natāt. Exitus hic, vt natēt poſt naufragium. Quod. h. f. vt non niſi tranquillo freto ſe committat Leander. Quid pau. id erat ſubmerſi Leandri preſagium.

Imagine. h. no. deterret a ſomnis Leandrum, ne nataret.

Placata, piata. Melis ſa. mactatis nigris hoſtijs, q̄ in honorē pſerpinę, et Orci mactabantur ad expianda ſomnia. Dormitante, extincta. Vera ſomnia. Lucretius ex curis quibus fuimus intenti ferri ſomnia extimauit. Hippocrates quę extrema nocte contingunt aliquid habere preſagij videt aſſerere, quod in Bruto notauit actius, apud quem Tarquinius ſuperbus ſe regno pelli ſomniat.

ſolet eſſe pup. fractis, ideſt ſolet eſſe q̄ñ neceſſitas cogit nauibus fractis. Me miſeram, oſtenditur inconſtantia amantis, nam enim incipit hortari vt veniat, non perſuadere tibi quod hortor. i. cupio vt verbis meis nō credas, aut pares qbus tē hortor, ne tali mari nates. Fortior aloſior. Meis monitis, quę diſſuadent tibi natationem. Excuſſa cōmota. Sed mihi, dicit ſe, terreri quotiēs aſpicit mare ita turbatū. Obuerſor, pmaneo, ↄuerſor ſꝫ ↄuerſor apō idoneos in vſu nō repi. Neſcio quid pa. Ordo eſt pectus pauidum frigore hꝫ neſcio qd. i. timet legitur etiam.

Neſcio quod pauidum pectora frigus habent, et ideꝫ eſt ſenſus, nam ex timore ſeqtur frigus. Virgil. Extēplo ęneę ſoluuntur frigore membra.

Nec minus, dicit ſe etiaꝫ terreri ſomnio, quod heſterna nocte ſomniauit. Imagine, ſpecie, apparentia, naꝫ ſomnia inania ſunt, ſed habent imaginem rerum. Illa. ncx. Piata, expiata purgata, ſolebant. n. ſomniātes aliqua triſtia dijs ſacrificare, vt amouerent illa triſtia. Nāq; ſub. dicit nunc Hero quod fuerit ſomnium ſuum. Exiſtimauit enim in ſomnijs circa auroram ſe videre Delphina nantem per mare ab vndis ad littus expulſum, et illiſum, et ſtatim mortuum, veretur igitur, ne Leander ſit ille Delphin. Sub aurora, ideſt circa auroram. Iam dormitante, iam deficiente lumine, naꝫ lucerna, quę tota nocte fuit accenſa, adueniente aurora ſolet paulatim diminui, et deficere lumine. Somnia quo cerni, eo eniꝫ tp̄e ſomnia ſolere cerni vera exiſtimant, q̄ videlicet ſtomachus non ſit vino, ciboq; diſtentus, ſed purgatus, tunc. n. vera ſomniari putantur, vnde Perſius. Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt, et Dantes poeta. Ma ſe preſſal mattin el ver ſi ſogna.

VBER. VT SEMEL, Dicit q̄ optaret de ſe fieri a Leandro, quod factum eſt a Iaſone de Medea, qui vt in Colchos delatus eſt, eam abduxit. Pagaſeus, a pagaſe oppido Theſſalię, inde ſinus pagaſeus, vnde Iaſon in Colchos nauigaturus nauem ſoluiſſe dicitur. Phaſida, Medeam a Phaſide Colchorꝫ fluuio.

Tulit abſtulit. Adulter idęus, ponit aliud exemplum. Paris Troianus ab Ida monte Phrygię. Cū ſua preda, cum Helena, dictum eſt in prima epiſtola. Quam petis. i. me ad quam ſepe venis. Ob amas, ideſt quam amas. Quotiens ſit graue pu. quotiens eſt periculum nauibus. Ire per mare. Sic tamen, licet conqueſta ſit, quod eam non abducat, hortatur tamen eum, vt ita ingrediatur mare, vt illud timeat. i. vt caute natet. Victor, ſuperator natando. Sic ſic, conduplicatio. Vt vereare, vt timeas. Arte laboratę, arguit a maiori, dicit. n. q̄ naues validiſſimę et artificio factę merguntur ab ęquore ita turbato, quanto ergo magis homines.

Poſſe plus remis. i. habere maiorem vim ſuperandi aquas quam habent remi. Quod cupis. s. natare. Hic exitus, ſcilicet natandi per mare turbatum.

ASCEN. LACEDÆMON ciuitas eſt Spartana, cuius accuſatiuus eſt Lacedęmona. Lacedęmonij autem ſunt incolę illius ciuitatis. Puppibus ire, ideſt abire, quo verbo arguit eum in abeundo quoq; facilem.

Sic tamen o iuuenis tumidarum. i. inflatarum aquarum victor, quia voti compos ſepe pernatauit. Quamuis eſt ſacris illa piata, ideſt placata. Male autē legeretur placata, quia tam placo quā paco primam producunt.

Stamina de digitis cecidere ſopore remiſſis.
Collaq; puluino noſtra ferenda dedi.
Hic ego ventoſas nantem Delphina per vndas
Cernere non dubia ſum mihi viſa fide.
Quem poſtq̃ bibulis iniecit fluctus arenis,
Vnda ſimul miſerum, vitaq; deſeruit
Quicqd, ideſt, timeo. nec tu mea ſomnia ride,
Nec niſi tranquillo brachia crede mari.
Si tibi non parcis, dilectę parce puellę,
Que nunq̃ niſi te ſoſpite, ſoſpes erit.
Spes tamen eſt fractis vicinę pacis in vndis,
Tu placidas tuto pectore ſcinde vias,
Interea quoniam nanti freta peruia non ſunt,
Leniat inuiſa littera miſſa moras.

VOLS. REMISSIS, laſſatis ſopore. Puluino, dicimus etiam puluinar. Eſt enim ſtratulum quod capiti ſubijcimus. Nantem delphina, a delphino recte ſumpſit auſpicium, qm̃ homini amicus eſt. Plinius quoq; tempeſtatem pręſagire ſcribit, ſi tranquillo mari laſciuiant, ſi aquam ſpargant, aut conturbent tranquillitatem. Illiſit, cum offenſa in littus detulit. In, quod ſomnia portendunt. Si tibi non parcis, ſi tuum contemnis periculum. Nunq̃ erit ſoſpes non viuet niſi te viuo. Vicinę pacis, proximę tranquillitatis. In vndis fractis, ventis agitatis. Vias placidas, nam cum tranquillitas viam facilem tibi prębuerit. Non ſunt nanti per via, natare ob tempeſtatem nõ ſuadent. Leniat, leuet. Moras inuiſas, tẽporis diſpendium quod odiſti.

VBER. STAMINA, filia. Remiſſis. reſolutis. Sopore, ſomno. Ferenda, ſuſtinẽda. Puluino, ceruicali. Hic, tunc. Ventoſas, vento turbidas. Non dubia fide. i. manifeſte. Illiſit, violenter immiſit, et inflixit. Bibulis harenis. i. littori. Vnda ſimul miſerum, vitaq; deſeruit, remanſit in ſicco, et mortuus eſt. Quicqd. i. ideſt quicquid hoc ſignificat. Nec ride, nec contemne. Crede committe. Si non parcis tibi. i. ſi non habes reſpectum tui. Dilectę parce puellę. i. habe reſpectum mei. Soſpes, incolumis, et ſana. Niſi te ſoſpite, niſi te viuo. Spes tamen, dicit ſperare cito fore tranquillitatem in mari, et nunc hortatur, vt natet. Spes pacis vicinę, ideſt tranquillitatis propinquę, et cito futurę. Eſt, ſcilicet mihi, tunc cum erit pax in mari. Scinde vias, ideſt nata. nam natando ſcinduntur aquę corpore. Non ſunt peruia nanti, ideſt non poſſunt natari. Peruium dicitur per quod iri poteſt, melius enim legitur nanti q̃ nandi, nam non dicerenus freta non ſunt peruia nandi, ſed potius nando, ſed, vt dixi legendum eſt nanti, et intelligitur vel tibi, vel cuilibet alij. Leander cum impatientia amoris non potuiſſet expectare maris tranquillitatem conatus, vt ſolebat natare, ſubmerſus eſt, cumq; eius cadauer ad littus amicę fluctibus delatum eſſet, illa ſe precipitauit e turri, ex qua natantem Leandrum ſpectare ſolita erat, et ſic ambos amoris vehementia et impatientia perdidit.

ASCEN. SOMNIA quo cerni. Oratianũ quoq; eſt. Putant enim euaporato iam cerebro viſa non ex noxio humore, ſed deorum dari dono. Cętera manifeſtaria ſunt.



Acontius Cydippe.

In. xix. epiſtolam. Argumentum.

ARThemidorus ſcribit Ceam inſulam vnam ex Cycladibus in Ægeo eſſe, quam latini Ceam, gręci Hydruſam nuncuparunt, vt auctor eſt Plin. hinc profectus Acontius ad Dianę ſacra, quę Deli ex virginum conuentu celebrantur, in amorem viſę Cydippes exarſit nouam commentus fraudem, in pomo hęc, vel his ſimilia ſcripſit carmina. Me tibi nupturam felix eat omen Aconti. Teſtor q̃ colimus nomina magna deę. Id cum ſacra miniſtraret ante deę ſimulachrum, in ſinum puellę proiecit, quę fraudis inſcia cum imprudens litteras perlegeret, viſa eſt ſe vxorem Acontio paciſci. Nam quę ante deos dicerentur in templo Delię, Dianę rata eſſe debere lex erat, poſt paulo cum pater, vt pactum erat, alij deſponderet, in febrem ardentiſſimam incidit, ad eam ſcribit Acontius, id peieratione ſibi accidere, quoniam non impleſſet. quę Diana pręſente promiſerat, cum illa pactum coniugium viſa ſit concuſſa coma probare perfidiamq; deam vlciſci velle. Suadet demum priſtinas vires reſumere non poſſe, niſi (vt ex pomo eſt pollicita) nuptię celebrarentur.

One metum,nihil hic iterũ iuru/
bis amanti.
Promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe
mihi.
Perlege,diſcedat ſic corpore lan/
guor ab iſto,
Qui meus eſt vlla parte dolente dolor.
Quid pudor ora ſubitẽnã ſicut in ęde Dianę
Suſpicor ingenuas erubuiſſe genas.
Coniugium,pactamq; fidẽ, nõ crimina poſco,
Debitus vt coniunx,non vt adulter amo.
Verba licet repetas,q̃ demptus ab arbore foetus
Pertulit ad caſtas me iaciente manus.
Inuenies illic id te ſpondere,quod opto,
Te potius virgo,q̃ meminiſſe Deam.

VOLS. PONE me.nihil hic iter. iurabis amanti, vt incipiẽtes decet ab ea ordiť parte, qua maxime Cydippe hęſitare poterat. nã ẽ alias capta fuerat.ſic Virgiliana Dido, cũ vidiſſet Troianos maxime vereri incipit. Soluit corde metum teucri, ſecludite curas. Hic,in epiſtola nõ vereare de coniugio, vt in pomo iurare. Promiſſam te, tuus coniugiũ in Dianę ęde pmiſiſſe. Lãgu.febris ęgritudo. Vlla parte dolẽte,ſi q̃ pars doleat tui ego doleo. Quid pudor ante ſubit,cur te pudet. Ante,q̃ legas epiſtolam. Erubuiſſe. id ſignũ eſt pudoris.

Coniugiũ pactãq; fidem,ſuadet epiſtolam legi a pacto.

Crimina, ſtupra, aut adulteria,et furtiuos ꝯcubitus. Debitus,ex pacto legitimus. Demptus foetus,pomi periphraſis. Illic,his verbis. Id q᷑ opto, ꝯiugium ſigt q᷑ pomuz pertulit. hic locus ante me legẽtibus maximas peperit ꝯtẽtiones,nec iniuria. Nam mirandum eſt quo pacto interpretari potuerunt,ſi ambigere interpretari eſt.in vetuſto eniz ẽ carie ꝯſumpto codice,q̃ in oĩbus exemplaribus decerant.duo carmina hęc ſunt.Nil tibi cũ verbis excidit illa fides. Id metui,vt diuę diffuſa eſt ira,decebat. Illa fides.quam de coniugio pręſente Diana dare viſa es. Excidit,obliuioni mandata eſt.

Id metui.ne et fidem datã et verba obliuiſcereris. Diffuſa eſt ira,Diana idignata eſt,qm̃ ex lege pacta ſeruare ꝯtempſiſti : inciderat.n.in febrẽ Cydippe.Decebat te potius meminiſſe,q̃ memor pacti,cuius oblita es,te febre veluti periuram vexat.

VBER. PONE metuz. Ceos vt Stra.ſcri.inſula fuit in mari ęgeo. quaternas ꝯtinens vrbes, vnde tetrapolis vocata ẽ. ex hac iſula fuit Acontius iuuenis amore Cydippes puellę vehementer accenſus,quã cum ob generis imparitatem nõ auderet aperte vxorem petere inuenit viam,qua illam ſibi ꝯiugio obligaret. Naz in pulcherrimo pomo ſcripſit hos verſus. Iuro tibi ſane per myſtica ſacra Dianę.Me tibi venturam comitem,ſponſamq; futuram. et hoc pomuz in templo Dianę ad pedes Cydippes ꝓiecit,quo accepto illa legit verſus,et inſcia iurauit, cum tamen propoſitũ ẽ intentionem non haberet iurandi,ẽ promittendi Acontio,poſtea cum per parentes inſcios huius rei alij viro deſponſata eſſet,ſubita febre correpta eſt,qua cum vehementer vexaretur. Acontius hac epiſtola conatur ei perſuadere, hunc morbum a Diana immiſſum eſſe propter periuriũ,ẽ fides nõ obſeruatam,quam teſtata fuerat numen Dianę ſe ſeruaturam,adducit autem ei in odium eum, cui poſtea deſponſata fuerat,dicens omnem egritudinem,et periculum vitę ei accidere illius cauſa,quẽ ſi dimiſerit,dicit,q᷑ liberabitur omni morbo,ẽ ipſe ꝯſecrabit in templo Dianę pomum aureuz cuz carmine. qđ teſtabit, quę fuerant ſcripta pomo lecto a Cydippe oĩa fuiſſet rata,ẽ habuiſſe effectum. Sed ne dubitaret vt iteruz deciperetur epiſtola, ſicut decepta fuerat pomo, ammonet ei metum dicens, ne timeat legere, quoniam nulla eſt hic fraus, neq; iuramentum. Pone metum, noli timere legere hanc epiſtolam. Iterum ſecundo, vt ſemel iuraſti lectis verſibus pomi.

Satis eſt. Sufficit te ſemel mihi promiſiſſe iurando. Diſcedat ſic, adiuuat eam, vt legat, Sic, ſcilicet ſi legeris. Languor, morbus. Iſto tuo, qui dolor eſt meus me tangit ſcilicet. Te vlla parte,ideſt te habente dolorem in aliqua parte corporis.

Quid pudor ante ſubit,ideſt cur pudet te. Subit occurrit. Nam ſuſpicor, ideſt puto. Genas ingenuas, ſcilicet tuas, quę es ingenua, et verecunda. Erubuiſſe,ruborez habuiſſe. ſicut in ęde Dianę, ſcilicet erubuerunt. Æde, ideſt templo.

Non crimina, non adulterium,et dedecus tuuz.

Licet,licitum eſt tibi. Repetas, referas. Fętus demptus ab arbore,ideſt pomuz, quod foetus.ideſt fructus arboris. Illic,in pomo. Id quod opto te potius meminiſſe,ſcilicet futuram ſponſam meaz, quod velim te potius meminiſſe,quam deam, ſcilicet Dianam, quę amore illius promiſſionis quã, non preſtas,immiſit tibi morbum.

ASCEN. PONE metũ.bene a principio monet me cum ponat i.deponat, quia vero ſimile eſt omnia eius dona illi ſuſpecta, ita vt amplius lectura non ſit eius litteras, cuius ſe legendo deceptam nouit. Diſcedat ſic corpore. diximus alibi ſic aptam eſſe precationi particulam. Debitus vt coniunx, id ſummopere aſtruit, q᷑ illa inficias eat, ſi amari nolit. Quę demptus ab arbore foetus, ideſt pomum ab arbore decerptum. Te potius. ordo eſt. O virgo potius,ideſt melius ſup.foret te meminiſſe,ideſt executione operis memorez oſtendere, q̃ deam.i.q̃q̃ dea te puniendo meminit.ſi tamen illi verſus.quos cõmentarius ſuperior ſe inueniſſe dicit addẽdi ſunt. ordo manifeſtarius eſt. O virgo decebat potius te meminiſſe,q̃ deam ſcilicet Dianam iratam.

Nunc quoq; idē timeo, ſed idē tñ acrius illud
Aſſumpſit uires, auctaq; flāma mora eſt,
Quiq; fuit nunq̄ paruus uel tempore longo,
Ex ſpe, quam dederas tu mihi, creſcit amor
Spē mihi tu dederas, meus hic tibi credidit ar-
Nō potes hoc factū teſte negare dea (dor,
Affuit et preſens ut erat, tua uerba notauit,
Et uiſa eſt mota dicta notaſſe coma.
Deceptam dicas noſtra te fraude licebit,
Dum fraudis noſtre cauſa feratur amor.
Fraus mea quid petijt, niſi ꝙ tibi iūgerer uni?
Id me, quod quereris, conciliare poteſt.
Non ego natura, nec ſum tam callidus uſu,
Solertem tu me (crede) puella facis.
Te mihi compoſitis (ſi quid tñ egimus arte)
Aſtrinxit uerbis ingenioſus amor.
Dictatis ab eo feci ſponſalia uerbis,
Conſultoq; fui iuris amore uafer.
Sit fraus huic facto nomen, dicarq; doloſus,
Si tamen eſt, quod ames uelle tenere, dolus.
En iterum ſcribo, mittoq; rogātia uerba.
Altera fraus hec eſt, quod ne queraris, hēs.
Si noceo ꝙ amo (fateor) ſine fine nocebo,
Teq; petam, caueas, tu licet, ipſe petā

VOLS. IDEM Timeo, ne oblita verborum pacta ſerua- re contemnas. Illud, idem mei coniugij contem ptus, et timor. Spe, quam dederas, ſpes in cauſa eſt ſcilpna, vt amemus. Teſte dea, Dianam ſigni- ficat, in cuius ede in pomo per lecta ſunt carmina. Notauit, preterire nō permiſit. Tuliſſe habuiſ- ſe dicta; que de coniugio perlegiſti. Li- debit, diluit crimen a cauſa, quaꝫ in amo- rem transfert. Conciliare, quoniam ho- neſta peto, vnde tibi nullus relinquitur. Non ego natura, recte naturam addit vt et verſutiam ē cal- liditatem excluderet, illa.n. a natura eſt, hec ab vſu, ideo Cice. verſutos appellari tra- dit, quorum celeriter mens verſat. callidos vero, quorum tanq̄ manus opere, ſic ani- mus vſu concalluit. Solertem, induſtri- um et ingenioſum. Propertius. Ingeniuꝫ nobis ipſa puella fu- it. Compoſitis, apte iunctis, eſt compoſi- tio verborum conſtru- ctio equaliter perpoli- ta. Arte, dolo, do- los habebant verba in pomo perſcripta. Feci ſponſalia, te mihi deſpondi, nam verba dicebantur in nuptijs, quibus noui ſponſi iungebantur, que cum oblique pronunciaſſet eques Romanus mulcta- tus eſt, vt ſcribit Gel. Iuris amore vafer, amor ſuo iure me fecit vafrum Vafros dicimus callidos, et quaſi valde afros, qui vt ſcribit Pli. doloſi ſunt, vnde in precone pompo. tergum inquit varium, linguam vafram. Sit fraus huic facto, crimen diluit ex loco, quem violentiam diffinitionem di- cimus. Velle tenere, non eſt fraus velle aſſequi, quod amaſti. Sine fine, quia amabo ſemper. Petam, ero procus.

VBER. TIMEO Idem, ne dea meminerit promiſ- ſionis tue. Acrius, vehementius. Aſſum- pſit vires, auctum eſt idem illud, quod timeo. Flamma amor meus, amor qui fuit paruus in principio. Non longa, ideſt breui tempore creuit ex ſpe, quam tu dederas.s. iurando te futurā ſponſam meā. Meus ardor, credidit hoc.i. amor fecit me tibi hoc credere, quod promiſiſti. Hoc fa- ctum, iuramentum. Dea teſte.i. Diana preſente, et ſciēte hoc. Notauit, attēdit. Tuliſſe, accepiſſe.

comà, capite moto in ſignuꝫ conſentientis. Li- cebit, erit tibi licitum, et permittetur. Feratur, di- catur.i. dummodo dicat tm̄modo propter amo- rem te accepiſſe. Quid petijt, quid voluit. q.d. ni- hil aliud. Niſi ꝙ iungerer tibi vni niſi vt eſſem co- niunx tui ſolius. Conciliare, coniungere, et con- cordes reddere. Q.d. quereris, q̄ rem tu q̄- reris.i. hec fraus, de qua tu quereris po- teſt nos conciliare, ꝙ potes intelligere, ꝙ fuit ſolum ex amore pōt legendum eſt nō potes. Callidus, aſtu- tus. Vſu, experientia, ſed pp amorem tuū, ideo dicit. Tu facis me ſolertem.i. indu- ſtrium et ingenioſuꝫ. Tu mihi, dicit, ꝙ ſi aliquo artificio vi- ſus eſt vti ad eam de- cipiendā; et illud arti- ficiū fuit amoris, q dictauit ſibi vba. Cō- poſitis, artificioſis. In- genioſus, ab effectu. Sponſalia ſolennia verba nuptiaꝝ, nam ſm iuriſcōſultos ſpō- ſalia ſunt mentio et repromiſſio futura- rū nuptiaꝝ. Ab eo ab amore. Vafer, callidus, aſtutus, qua- ſi valde afer, vt No- nio placet. Cōſulto interrogato. Mihi dā. cō. nā ꝯſultus dr̄, qui ꝯſulit, ꝯſultor q conſulit. Sit fraus. Ordo eſt, fraus ſit nomen huic.i. hoc factuꝫ nominet fraus. Si tñ.q.d. cū potius ſit virtus, q̄ dolus, velle tenere qd amas. Iterū, ſcdo. Quod amo.i. ꝙ amo te. Vel ꝙ.i. ꝙ. Sine fi. ppetuo et ſemp, ꝙ nunq̄ deſinā te amare. Petā te. te optabo. Licet ca. vites ne te petā.

ASCEN. AVCTAQVE Flamma mora eſt. Tranſlatio ab incendio, ſic Hora. Et neglecta ſolent incendia ſu- mere vires. Licebit, ſic etiam Hora. locutus eſt, vn- de patet, licebit, natura eſſe verbum, licet in coniun- ctionem, aut aduerbium transferetur, vt ſit licebit, ideſt licitum erit, hoc eſt quāuis forſan in futuro dicas te deceptum &c. Id me ꝙ quereris conci- liare poteſt, ideſt quia per fraudem meam non aliud petij, q̄ vt tibi vni iungerer, et fidelis coniunx eſ- ſem, quod perfecti amoris inditium eſt id qd que- reris, poteſt me conciliare tibi.i. propterea debeas me redamare, ꝙ te vehementer amo. Teq; petaꝫ. Ordo eſt, licet tu caueas, ne ſup. petam (ſed vt docet Perottus, caueo plenum eſt ſine iis, vt caue facias, ca- ue dicas.) Te ipſe.i. ego petam te.

Per gladios alij placitas rapuere puellas,
Scripta mihi caute littera crimen erit.
Dy faciant poſſem plures imponere nodos,
Vt tua ſit nulla libera parte fides.
Mille modi reſtant, diuo ſudamus in uno,
Ardor inexpertum nil ſinit eſſe meus.
Sit dubium poſſis ne capi, captabere certe.
Exitus in dijs eſt, ſed capiere tamen.
Vt partē effugias, non omnia retia falles,
Que tibi, q̄ credis, plura tetendit amor.
Si non proficient artes, ueniemus ad arma,
Inq; meo cupido rapta ferere ſinu.
Non ſum, q ſoleā Paridis rep̄hendere factum,
Nec quēquam, qui uir poſſet, ut eſſe fuit.
Nos quoq; (ſed taceo) mors huius pęna rapinę
Vt ſit, erit q̄ te non habuiſſe, minor.
Aut eſſēs formoſa minus, peterere modeſte
Audaces facie cogimur eſſe tua.
Tu facis hoc, oculiq; tui, qbus ignea cedunt
Sidera, qui flammę cauſa fuere meę.
Hoc faciunt flaui crines, et eburnea ceruix,
Queq; p̄cor ueniāt in mea colla manus.
Et decor, et uultus ſine ruſticitate pudentes,
Et Thetidis quales uix reor eſſe pedes.

VOLS. PER Gladios alij, a maiori cām ſuā honeſtam fa cit. Alij bello vxores ſibi pepererunt, ego vero litteris id tento. Plures nodos, laqueos, metaphora a venatoribus, qui feras laqueis captant. Mille modi, ad faciendū vi mille ſuppſunt. In iſto diuo, ela boramus ad te fallendū, trāſlatio ab auriga, q mōrtem conſequi nitit. Poſſis ne capi, meis fraudibus decipi Pla. in amphitrione. Cur me captas, carnifex, ē in eadem fabula. Tu me ſi impudentia captas, non potes capere. Exitus eſt in dijs, ſoli dij rerum euentum nouerunt. Nō omnia retia, pantes: dolos. Artes, doli. Non ſum qui ſoleā exēplo audaciā ſuaȝ cōmendat. Sed taceo occupatione voluntas eius vehemētior effecta eſt grati. or ingt rapinę tuę gratia mors erit q̄ ſine te viuere. Tu fa. h. deſcribit Cydippes formā, qḋ dictionis genus effectionem ci ce. appellat. Eburnea candore, et lenitate eboris. Sine ru. ea ē, quę nihil incurrit. Thetidis pedes, ex Home. hoc eſt qui argenteis pedibus Thetidem commendat.

rapinā tui. Aut e. ſ. m. i. ſi eēs minus pulchra mōdeſte te peterē, nō āt ita ardēter et audacter. Facie, forma. Tu fa. cōmemorat ptes pulchritudis ipſius Cydippes. Ignea, aut ſplēdida, aut q̄ ſm quoſdā phos dīj eſſe ignea. Cedūt, ſunt iſteriora. Flāmę, amoris. Flaui cri. pulchri, flauus autem color vt An. Gel. ſcri. ꝯſtat ex albo, viridi et ruffo, vn̄ dicimus flauas ſegetes, qñ mateſcūt. Eburnea, cādidiſſima, q̄le ē ebur. Manus. s. q̄s p̄. re. in mea col. i. qs p̄cor vt me amplectant. Pudentes ſine ru. i. q hūt pudorē non ruſticū, ſed ingenuū. Iuue. Ingenui vultus puer, ingenuiq; pudoris. Quales vix rear eſſe pe. Thetidis. i. cādidiſſimos, nā cum ſit dea maris, ē aſſidue morēt in aquis merito hȝ hēre pedes albiſſimos. Fuit āt filia Nerei mr̄ Achillis. Nam pro vxore Oceani Tethys ſic ſcribit, et Tetyos facit et habet primam longam.

ASCEN. PER Gla. alij. Docet ſi qd peccauit clemētius et hūanius cum amica egiſſe, q̄ amatores ſoleāt, vt nulliū q̄relę locū amicę relīquat. Poſſis capi. i. an poſſis capi, captabere certe. Exitus in dijs eſt. i. dij ſciunt, an cū cōmodo meo te capiā, ſed vtcunq; erit, capiā te. Ferere in futuro indicatiui v̄bi paſſiui. i. transfereris. Nō ſum. Ordo eſt. Nō ſuȝ q ſoleā reprendere factum Paridis. i. raptū Helenes a Paride factū, nec q ſoleā reprendere quēq̄. Fuit vir. i. virilis, et aioſus, vt poſſet eſſe. i. perſiſtere. i. q ſentiēs amore ſe ꝑire rapuit amatam, vt ſuperuiuat. Vt mors ſit pęna huius rapinę. i. licet mori cogar ob raptum tui, tn̄ minor erit. s. hęc pęna, q̄ nos te nō habuiſſe. i. grauius erit te nō habita viuere, q̄ habita per raptū ob raptū mori. Aut eſſe. Quia nihil gratius mulieri nouit, laudat eam a forma. At vt poſitum pro ſi. vt ſit. Si eſſes et ita ſcriptū ſuſpicor a poeta, ſed qui non intellexerunt monoſyllaba a vocalibus ſequentibus non abſumi mutauerunt, ſi in aut. Sine ruſticitate pudentes, qꝛ minus pudor ruſticitatē parere ſolet. Thetidis pedes, ſm Homeꝝ argentei ſunt, ſm Statiū in Achilleide niuei dicentē. Niueas ferunt vada Theſſala plātas, qḋ ideo fingit, qꝛ cū ſit dea marina, ſemper in aquis verſatur. Eſt autem mater Achillis vxor Pelei.

ASCEN. HEI Mihi cydippe. Argute ad id q; tota epiſtola prętendit peruenit, vt. s. perſuadeat ea de cauſa infirmitate tactam, q; iuſiurandum in conſpectu deę preſtitum non obſeruat. Ipſa. s. dea conſulit tibi, ideſt ſaluti tuę, non eſt autem legendum conſuluit, ſed conſulit. Et vt Valla docet ſępius dicimus de rebus externis q̄ de conſilio dando conſulem, et eſt quaſi proſpicere, et prouidere aut commodum ferre, vt conſulere honori meo, vt conſului rebus tuis. Neu. i. neue, ideſt vel laborat ne ſis periura, ideſt ne peieres alteri nubendo, dicimus autem periurium, et periurus periura periurum. Non autē periuro, ſed peiero. Parce monere &c. Vult ſuperior eſſe apoſtrophem ad Dianam ſicut Iuue. ad Apollinem. Parce precor pęan &c. Vt ſit o Diana precor parce mouere feros artus. i. indomita membra virginis animoſę, ideſt perſtantis pertinacius in opinione ſua, quia poteſt adhuc fieri mitis, et patiare ſcilicet ſuperuiuere. Quę cauſa, cur, et dei, et homines maleficis parcant. Et ita legendum eſt feros arcus. Alij habent ferox et arcus, vt ſit o Cydippe ferox mouere arcus virginis animoſę, ſcilicet Dianę, q; ſi patiare. i. niſi periurio obſtes, dea poteſt fieri adhuc mitis, ideſt placabilis tibi, et hoc modo potius legendum puto, quia ſemper ad Cydippen loquitur dicens. Hoſtibus et ſiquis. Vbi Ordo eſt. Et ſi quis ſupple ex hoſtibus repugnat, ne ſcilicet facies tua ſit noſtra ſic ſit ſupple illi, vt ſolet eſſe mihi te exiſtente inualida, hoc eſt egerrime. Quod minus orator diceret, vtrum minus eſſe velim, quia de duobus tantum loquitur.

VOLS. TE NVbente, cum paris me relicto alij nubere. Quod minus eſſe velim, vel q̄ ęgrotes, vel q̄ nubas vtrunq; eſt mihi ęque moleſtum. Dominę periuria, pęna quam pro perfidia dat. Ne tamē ignorem, demonſtrat ſollicitudinem ſuam, vnde moleſtiam arguat. Miniſtro, ſe dominę aliptā; deſiderat, ne medicorum iuſſa preteriret. Effingo, non aſtringo legas, nam alipte non aſtringere eſt, ſed effingere, aſtringere enim ad medicos attinet, cuȝ venam deprehendunt. Effingere eſt componere et tractare. Optat enim poſſe aſſiſtere, et manus tractare. Quem minime vellem, illum videtur ſuſpicari, cui Cydippe erat nuptura. Aſſidet eg. aliptę officium prębet vtitur notatione ſcribit ſignis certis amatorem. Salientem venam, quę febris calore nimia agitatione impellitur. Per cauſam, deprehendę venerationem. Merces plenior maiorq; ſuus labor mereatur

Precerpere, tranſlatio ab his, qui immatura poma legūt. Prępripis inquit alienos amores. Turpiter, per adulteriuȝ.

Poſt modo, deinceps meis admonitus verbis. De vacuis non pactis.

Vindicet promiſſo coniugio ſuaȝ dicat. Non vacat, viro non caret.

Me miſeȝ, dolet q̄ nō ſit miniſter eius, vt poſſet ad eam ire, et eam tangere, et eius toro aſſidere, vt miniſtri faciunt. Iuſſa precepta. Alter, quem minime vellem, qui fortaſſe quęrit habere te vxorem. Adeſt, aſſiſtit tibi. Inuiſus ſuperis, quia vult a te, quod eſt contra fidem tuam. Tentat tangit. Pollice, digito, vt medici ſolent. Venam ſalientem mobilem, q̄lis ſolet eſſe in fabricante. Tenet, manu ſua. Per cauſaȝ, ſimulans ſe tangere venam. Contrectat, ſępe tangit.

Sinus, pectus.

Iſta merces, ſcilicet iungendi oſcula.

Eſt plenior ſuo officio, ideſt vltra ſuum officium, quia cum ſit medicus, hęc non ſunt ius officij.

Quis tibi, apoſtropham facit ad illum medicum, qui hęc faciebat apud Cydippem, dicens eum non habere ius in eam quę ſibi ante ſit promiſſa. Prę cerpere, percipere.

Poſtmodo, poſthac ſi facies iſtud, ſi eam tetigeris et oſculatus fueris. Eris adulter quia contrectabis alienam vxorem. De vacuis de his puellis, quę nondum ſunt obligatę alicui. Vindicet aſſerat aſſumat.

Dominum ſuum, ideſt ſub dominio alterius, eſt tranſlatio a poſſeſſionibus quę dicuntur eſſe domini alicuius. Recitetur, relegatur. Formula pacti, verba formalia, quibus mihi promiſit. Alterius thalamo, increpat illum, vt ab amica ſua diſcedat. Non vacat, non eſt vacuus.

Torqueor, ex quo vel tē nubente, vel ęgra,
  Dicere non poſſum, quid minus eſſe velim
Maceror interdum q̄a ſim tibi cauſa doloris,
  Teq; mea lędi calliditate puto.
Inq; caput noſtrum dominę periuria quęſo,
  Eueniant. pęna tuta ſit illa mea.
Ne tñ ignorem quid agas, ad limina crebro
  Anxius huc illuc diſſimulanter eo.
Subſequor ancillā furtim, famulumq, requirens,
  Profuerint ſomni quid tibi, quidue cibi.
Me miſeȝ, quod non medicoȝ iuſſa miniſtro.
  Effingoq, manus, inſideoq; toro.
Et rurſus miſerum, qd̄ me ꝓcul inde remouit?
  Quē minime vellē forſitan alter adeſt.
Ille manus iſtas aſtringit? et aſſidet ęgrę.
  Inuiſus ſuperis, cum ſuperisq, mihi.
Dumq; ſuo tentat ſalientem pollice venam
  Candida per cauſam brachia ſępe tenet.
Contrectatq; ſinus, et forſitan oſcula iungit.
  Officio merces plenior iſta ſuo eſt.
Quis tibi ꝓmiſit noſtras ꝓcerpere meſſes,
  Ad ſpes alterius quis tibi fecit iter?
Iſte ſinus meus ē, mea turpiter oſcula ſumis,
  A mihi promiſſo corpore tolle manus.
Improbe tolle manus, quā tāgis nr̄a futura ē,
  Poſtmodo, ſi facies iſtud, adulter eris.
Elige de vacuis, quam non ſibi vindicet alter.
  Si neſcis, dominum res habet iſta ſuum.
Nec mihi credideris, recitetē formula pacti,
  Neu falſam dicas eſſe, fac ipſa legat.
Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi,
  Quid facis, hinc exi, non vacat iſte torus.

TORQVEOR. Dicit q̄ parem habet animi cruciatum, ſiue nubat VBER. alij, ſiue ęgrotet, nec ſatis ſcire dicere, vtrum horuȝ mallet, q̄ neutrum vellet. Maceror, affligor.

Mea calliditate. Mea fraude qua te decepi. Inq; caput rogo inquit, vt pęnas quas tu ex periurijs pati debes, in me transferantur et tu ſis libera.

Ne tamen, dicit ſe ſępe venire domum eius vt intelligat, quid agat. Diſſimulanter, occulte, ne videar venire ob hanc cauſam. Requirens, interrogans ancillam, vel famulum tuum. Profuerint ne tibi ſomni. i. an potueris dormire et comedere.

INTERDVM Maceror. Sulpitius legit mac ASCER. ror interdum, et ita plurimi codices habent, ſed maceror primam corripere ſolet, ſicut macies, et macer. Eſſe fac ipſa legat. Sępe apud hunc legitur fac corripi, ſed alij face legunt, nihil eſt autem toto contextu facilius. Tu petis ex toto, quia repulſus non morieris, vt ego.

VOLS. PACTI Humani, reſiſtit aduerſarij iura per contentionem, inquit pactum, quo arguis Cydippem eſſe tuam homines fecerunt, meum vero diuinum eſt. idcirco, quod a pacto arguas. Par quoniam tuum humanum eſt pactum, meum vero diuinum. Hęc mihi ſe pepigit, firmat cauſam a cognatione. Primus ab illa, cuius iuſtum eſt, cum illa in cognatione ſibi prima ſit, cuiq; a natura de ſe, quod vult liberum eſt facere. Homines habuit teſtes. Teſtificata deā, Dianam adhibuit teſtem. Mendax, qui fallit homines mendaces appellamus periurum vero, qui dijs immortalibus fidem non ſeruauit.

Hęc cubat, febre vexatur Cydippe.

Ille pater, qui filiam alij deſpondit viro.

Diſſimili mente, arguit ab iniquitate facti vnde monſtret Dianę iram non fore iniuſtam, cum humana diuinis prepoſita videantur.

Tu petis ex voto, es voti compos. Nunc quoniam ferus hic, in odium aduerſarium trahit, cuius facta crudeliter receſſet. Cauſa iniqua, quoniam non is, ſed ego tibi maritus eſſe deberem. Hic culpa, admiſſi viri.

Nos ego. Et ſubimus certamina, ideſt certamus habenda de Cydippe vxore. Diſſimili mem. ideſt diſſimili propoſito, et intentione. Ex tuo, quia ſi non habueris eā, nihil periculi tibi erit. Repulſa eſt gra. mi. mor. ideſt mihi erit grauius eam non habere quaſi morerer. Cedere igni. me. non occupare meos amores, qui fuerunt prioreſtuis. Iniqua in qua nullum ius habent. Ad quid redit q. d. ad malum tuū. Hic facit, nititur adducere illum in odium Cydippes. Hoc fa. ideſt hoc exiſtente cauſa. Qui monet ſcilicet pericula. Cadat, moriatur.

Quem dea damnat quem dea habet inuiſum. Et tu continuo, ideſt ſtatim. ſubaudieris ſalua. Potiere ſta. ſa. ideſt habebis ſanitatem ſtabilem ſi ſeruaueris fidem. Colas, veneraris. Non bo. et quia poſſet dicere, ſe facere ſacrificia multa, dicit deos inſpicere fidem et non ſacrificia, vt Eſaię cap. i. Quid mihi in multitudine victimarum veſtrarum, quia multiplicaſtis mihi ſacrificium de arietibus et carnibus hircoruꝫ. ego eniꝫ contempſi ſanguinem vitulorum etc.

Nā qd̄ habes, et tu humani verba altera pacti
Non erit idcirco par tua cauſa meę.
Hęc mihi ſe pepigit, pr̄ hanc tibi prius ab illa,
Sed propior certe, quam pater, ipſa ſibi, eſt.
Promiſit pater hanc, hęc andiurauit amanti
Ille homines, hęc eſt teſtificata deam.
Hic metuit mendax, ſed et hęc periura vocari,
Non dubitas hic ſit maior, an ille metus?
Deniq; vt amborum conferre pericula poſſes,
Reſpice ad euentus, hęc cubat, ille valet.
Nos quoq; diſſimili certamina mēte ſubimus
Nec ſpes par nobis nec timor ęquus adeſt.
Tu petis ex tuto, grauior mihi morte repulſa ē
Idq; ego, quod iam tu forſan amabis, amo.
Si tibi iuſticię, ſi recti cura fuiſſet,
Cedere debueras ignibus ipſe meis.
Nunc qm̄ ferus hic pro cauſa pugnat iniqua,
Ad quid Cydippe littera noſtra redit?
Hic facit, vt iaceas, & ſi ſuſpecta Dianę,
Hunc tu ſi ſapias. limen adire vetes.
Hoc faciente ſubis tam ſęua pericula vitę,
Atq; vtinam pro te qui monet. ille cadat.
Quē ſi reppuleris, nec quē dea dānat, amaris,
Et tu continuo, certe ego ſaluus ero.
Siſte metum virgo. ſtabili potiere ſalute,
Fac modo polliciti conſcia templa colos.
Non bone macta to cęleſtia numina gaudent,

Hoc faciente, peccato huius. Qui monet ille cad. in te. Scilicet peccato tuo. Dianę iram concitat. Et tu continuo, ſuaſio ab vtili. Valebis quamprimum, ſi reppuleris admiſſum virum. Templa conſcia Dianę ſacrifices.

VBER. NAM Quod, reſpondet obiectioni, quia poſſet dicere. eam ſibi per patrem eius diſponſatam, dicit plus valere promiſſionem factam per ſe de ſe ipſa teſte dea, q̄ promiſſionem factam per eius patrē. Primus ab illa. primus poſt illam. Propior ſibi q̄ patri, quia quiſq; ſibi eſt proximus. Iurauit, quod plus eſt q̄ ſimpliciter promittere. Ille pater. Homines ſcilicet eſt teſtificatus, ideſt promiſit in preſentia hominum. Maior metus ſcilicet mendacij vel periurij. Euentus, Exitus. Hęc, Cydippe. Cubat, ęgrotat Horatius. Cubat hic in valle quirini. Valet, ſanus eſt.

NVNC Quoniam ferus hic &c. Omne crimen reijcit in aduerſarium ſuum, docens eius gratia amicam quicquid patitur, pati, cum is eam ſolicitet ad periurium, a quo, vt dea eam arceat, febribus torquet. Ad quid littera noſtra redit. Sunt qui intelligunt ſic ad quid remittit litteras noſtras, nolens eas legere, cum illi omnis culpa imputanda ſit, ſed ſi hoc opinaretur, fruſtra id niſi in principio ſcriberet. Eſt ergo ſenſus attēde Cydippe ad quid littera noſtra redit. i. qd ſibi velit, quid pretendat, quia vult hoc ſignificare, qd hic facit vt iaceas, et ſis ſuſpecta Dianę. Reppuleris gemino p ſcribitur, quia re corriperetur alioquin. Amaris pro amaueris. Siſte. i. retine, ne augeatur metus. Non bone etc. bona et ſancta ſententia, ſorte in non ſancto ore. Qualis illa Tbure deum placa, vituli ſine creſcat aratro, et illa. Dicite pontifices in templo quid facit aurum, et quę ſequuntur. ASCEN.

Sed quę pręſtanda eſt et ſine teſte, fide.
Vt valeant alię, ferrum patiuntur. et ignes,
Fert alijs triſtem ſuccus amarus opem.
Nil opus eſt iſtis, tantum periuria vita,
Teq; ſimul ſerua, meq;, datamq; fidem.
Pręteritę veniam dabit ignorantia culpę
Exciderant animo foedera lecta tuo.
Admonita es modo voce mea, tū caſibus iſtis,
Quos quoties tentas fallere, ſire ſoles.
His quoq; vitatis, in partu nempe rogabis.
Vt tibi luciferas afferat illa manus.
Audiet hęc. repetens quę ſunt audita, requiret
Ipſa tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum, ſcit te promittere falſo,
Iurabis, ſcit te fallere poſſe deos.
Non agitur de me, cura maiore laboro,
Anxia ſunt vitę pectora noſtra tuę.
Cur modo te dubij pauidam flevere parentes?
Ignaros culpę quos facis quos eſſe tuę.
Et cur ignorant? matri licet omnia narres,
Nil tua Cydippe facta ruboris habent.
Ordine fac referas, vt ſis mihi cognita primū,
Sacra pharetratę dum facis ipſa deę.
Vt te conſpecta ſubito (ſi forte notaſti.)
Reſtiterim fixis in tua membra genis.
Et te dum nimium miror nota certa furoris.

VOLS. ET SINE Teſte fide, non tm̄ boues mactati, vel vitę integritas litat. Ferrū patiunt̄ & ignes, morbi alij ferro, alij igne curant̄. Succus ama. triſte poculum, quod gręci φαρμακον appellant. Illis, aut igne, aut ferro aut poculo. Vita periuria, non ſis Dianę periura. Pręteritę veniam ſtatus eſt qui venialis dicitur ſumptus ab ignorantia, poterisq; añ hac acta ſunt. ignorantia excuſare, et veniā mereri, deinceps admonita eris periurij rea. Voce mea, meis litteris I memoriā illa tibi reduxi. Caſibus, malis, quę te vrgent. Ferre, aduerſa pati. His q̄q; vitatis, eſto vt primes caſus vites. Luciferas, Diana et Lucina nū̄cupata ē, q̄ parturientibus p̄eſt, vt ſcri. Var. Hęc audiet, tuas, implorationes. De quo, Acontio in alio. Votum, in partu ages vota. Sit nouit te dijs ꝓmiſſa nō ſeruare. Non agit̄ de me, meas moleſtias cōtēno. Cura maioi ea erat ob amicę ſalute ancipite. Ignotos culpę, q cām tui mali ignorant. Nil ru boris, eſt ęqua tua cā et nil niſi honeſtū hꝫ Ordine fac referas p cauſaꝫ breuiter enarrat, vt acta res eſt in dianę ęde. Cognita, ad coniugium prouocata. Deę pharetratę, Dianę cuius arma ſunt arcus et pharetra. Fixis genis, idest amantis ſignum.

VBER. ET SINE teſte. i. et ſi nullus ſciret aliqd eē ꝓmiſſū. Vt valeant, arguit a maiori ad minus. Succus ama. medicina ex ſucco amararū herbarū. Iſtis, ſuccis amaris. Tm̄, ſolummō. Ignorantia; q: tu neſciuiſti te offendiſſe. Dianā, et iō hęc tibi accidere. Exciderant aīo. i. memoria. Admonita, reducta in memoriaꝫ. Cum iſtis cū iſtis infoelicitatibus ęgritudinis. His quoq;, magis & terret eam, vt caueat lędere Dianā, q: ſi & nūc vitaret caſus febris, tū adhuc egeret eius auxilio in partu, q: inuocabat a parientibus. Luciferas, adiutrices. q̄ foetū in luceꝫ ferant. Requiret, de quo coniuge ptus erat tibi. i. volet ſcire ex q̄ merito pepereris, q: ſi ex alio paries q̄ ex me, dicet te eſſe periuram, et iō nō eſſe iuuādā. Promittes votū, q: poſſet dīe ſe facturā vota. Falſo, ſicut falſo p eam iuraſti te facturam vxorem meā.

Iurabis, idest ſi iurabis. Poſſe fallere deos, ſicut feſelliſti eam. Laboro, angor maiore cura q̄ de me. Cur mō, querit̄ q fuerit in periculo mortis, & nō dixerit parentibus ſuis cām, q: nihil ſciebant de illo pomo pudebat. n. eā dicere hoc parentibus vn̄ hortat̄ vt dicat, q hoc factum nullam habet turpitudinem. Dubias poſitam in periculo mortis iuue. Curent dubij medicis maloribus ęgri. Licet, fas eſt. Matri, puellę. n. ſolent audacius matri q̄ pr̄i ſecreta ſua dīe. Ordine, ꝓponit ei oīa, quę vult vt narret m̄ri. Reſtiterim, pro ſteteri. Genis, oculis. Palla veſtes.

ASCE. SED quę pręſtāda eſt. et. i. etiam ſine teſte fide, vt ſit ordo, ſꝫ gaudet fide quę etē. Alij tñ vt ornatus expoſtulat, legunt fides, vt ſit ſed ſup. fide, quę fides pręſtanda eſt etiam ſine teſte. vnde de viro fideli dicit Cice. q cū eo etiaꝫ in tenebris mices. Vt valeant alię etc. Et hęc ſancta adhortatio, q: admonemur, vt corpus valeat alaꝫ ſanare, et vitia mentis fugere. Tantum. i. tm̄mō, vita. i. deuita & fuge periuria. His quoq; vitatis idest poſito q etiaꝫ hęc mala euaſeris et alteri incolumis nupſeris, adhuc opus erit tibi opera Dianę, quia ipſa eſt Lucina quę p̄eſt parturientibus, et in lucē venientibus. vt in Buc. Caſta faue lucina tuus iam regnat Apollo, ſꝫ & Iuno Lucina dr̄. vn̄ comicus, Iuno lucina fer opem etc. Cū ergo Dianā inuocabis quęrat equo, et ita ſi ex alio q̄ ex me fiet memor periurij tui et opem negabit. Non agitur de me. i. cauſa mea. aut de periculo meo, et id amatorie et callide dicit amatorie quideꝫ q ſe plus illi q̄ ſibi timere ſignificat callide autem, quia non ſibi ſoli per illud conſulere videtur vt plenior ſit dictis fides. Cur modo de dubij pauidam & cętera. vult vt parentes ſciant quid iurauerit, vt et illi metu mortis filię ſuę inducti conſentiant.

Nota certa furoris, idest quę res eſt certa nota, idest certum indiciuꝫ furoris, idest amoris nimij concepti. Et eſt per parentheſim inſertum, & relatiuum ſicut ſępe apud Maronem ſubauditur.

Deciderint

Deciderint humero pallia lapſa meo.
Poſtmodo neſcio qua veniſſe volubile malũ,
Verba ferens doctis inſidioſa notis.
Quod quia ſit lectum ſancta preſente Diana,
Eſſe tuam victam numine teſte fidem.
Ne tamen ignoret, ſcripti ſententia quę ſit.
Lecta tibi quondam nunc quoq; verba refer.
Nube precor, dicet, cui te bona numina iungũt,
Quem fore iuraſti, ſit gener ille mihi.
Quiſquis is ẽ, placeat, quoniam placet ante Dianę,
Talis erit mater, ſi modo mater erit.
Si tamen ẽ queras quis ſim, qualiſq; videto,
Inueniet nobis conſuluiſſe deam.
Inſula Corycijs quondã celeberrima nymphis
Cingitur Aegęo nomine Cęa mari.
Illa mihi patria eſt, nec, ſi generoſa probaris,
Nomina, deſpectis arguor ortus auis.
Sunt ẽ opes nobis, ſunt ẽ ſine crimine mores,
Amplius vtq; nihil, me tibi iungit amor.
Appeteres talem vel non iurata maritum,
Iuratę vel non talis, habendus erat.
Hęc tibi me ĩ ſõnijs iaculatrix ſcribere Phoebe,
Hęc tibi me vigilans ſcribere iuſſit amor.

VOLS. DECIDERINT Pallia, ſtuporis indiciũ eſt. Doctis notis, litteris callide ſcriptis. Iunctam fidem, mihi pſtitam deſcriptio. Iungunt, coniugem pmittunt. Talis, in hac ſnia pſtiterit. Inſula Corycijs, cõmendatio a patrię pſtantia, quam dicit cultã ẽ muſis quoniam ex cęa inſula fuere ſimonides poeta, vt auctor eſt Stra. et ex fratre filius Bacchylides Corycias nymphas non vt inſcite aliqui putarũt dicimus a Coricio inſula Dianę ſacra, ſed de Corycio antro in parnaſo muſis ſacrato. ideo in meta. eſt cum Deucalion et pyrrha parnaſus cõſcendunt. Corycidas nymphas, ẽ numina mõtis adorant. Cęa Cęã inſulas in Aegeo eſſe diximus, vbi lex erat vt Menãder notauit vt ſexagenarij interimerentur qs in inſula. Nihil, nec patrię preſtantiam, nec antiquum genus eſto non probes, ſolus amor, me tibi conciliare deberet. Hęc tibi me in ſomnijs, colligit epiſtolam quam commendat ab auctoritate deorũ a ſomnijs ſimilitudinem afferens, et Diana et amor hanc, vt tibi ſcriberem epiſtolam iuſſerunt.

a Corycio antro in parnaſo, de quo Stra. ſic ingt. Vniuerſus Parnaſus conſecratus exiſtit, et antra et alia loca ſanctitate digna continens. ex qbus celeberrimum et famoſiſſimum extat Corycium nympharum antrum, eodem quo et Cilicum noie nuncupatum. dicit ergo in Cęo olim fuiſſe nymphas Corycias de qbus Oui. lib. i. meta. Corycidas nymphas, et numina mõtis adorant, vbi male qdam legunt Corycias. Inſula cęa adiectiue dixit. ſicut Iſula chia pro chios. Illa inſula. Nec ſi generoſa pbaris nomina. i. ſi etiã placet nobilitas tibi. Nec arguor, nõ probor. Ortus auis deſpectis. i. non ſum natus vilibus et contẽptis maioribus. Sũt et opes laudat ſe a reliquis quibus amantes ſolent ſe laudare. Vtq; nihil. Vt. i. quis nihil iligat me tibi amplius. Amor eſt mihi, ideſt certe amo te. Appeteres, ideſt appetere deberes. Vel. i. etiaz. Non iurata, ſine iuramento. Hęc tibi, dat auctoritatẽ ſuis ſcriptis dicens ſe ſcripſiſſe mõitu Dianę et amoris.

HUBER. DECIDERINT Humero, deciderint ex corpore meo. Nota certa furoris, certum ſignum vehementis amoris quando aliquis eſt ita abſtractus aſpiciendo amicam, quod non ſentit veſtes cadere ex humeris ſuis. Poſtmodo, ſcilicet reſeras. Malum volubile, pomum rotundum. Neſcio qua, ſcilicet parte templi. Ferens, habens ſcripta. Quod pomum. Vinctam, obligatam mihi. Refer verba, dic enim verba formalia iuramenti. Dicet, mater tua. Cui, ſcilicet mihi. Quiſqs eſt, etiam ſi eſſet mihi ignotus. Debet placere mihi, quia placet Dianę. Talis, quę ita tibi ſuadebit. Si modo mater erit, ſi vere te materno affectu amabit. Si tamen inquires, ſi volet ſcire qs ſim. Inueniet deam conſuluiſſe nobis. i. nobis prouidiſſe, et non dediſſe tibi maritum indignum. Inſula, dicit ſe eſſe ex Cęã inſula, quę eſt in Aegeo mari, vt ſupra in argumento dixi, quę probatur non ignobilis, quia olim celebrata fuit a nymphis Corycijs. Cauendum ne legatur Corynthis, quia nec ſenſus nec ratio metri patiẽ, ſed Corycijs ita dictis

ASCEN. DECIDERVNT, Quidã textus habẽt deciderint vt ſit modus ſubiunctiuus pro indicatiuo, quia deciderint penultimam legitime producit verũ poetę volentes rem ſubitam ſignificare ſępe in ea perſona ſyllabã longã corripiunt, vt in Bucco. Matri lõga decem tulerunt faſtidia menſis. Vbi tñ qdam tulerint legunt. et in Geor. Miſcueruntq; herbas et non inoxia verba. ẽ in ęnei. Obſtupui ſteteruntq; comę et vox faucibus hęſit, hic ergo ſubito caſum ſigt. Sicut et is q dicit. Non eodem curſu rident vltima primis. Poſtmodo. i. poſtmodum. Neſcio qua. i. p quam viã. Lecta tibi, quondã nunc quoq; verba refert. Id callidiſſime monet, vt denuo etiaz matre teſte ſe iureiurando aſtringat. Si mõ mater erit, ſi mĩno volet officio fungi. Si tñ ẽ qrat. Docuit iuſtũ et vtile eſſe. vt ſeruata fide ſibi nubat Cydippe, nunc idẽ docet et decens et vtile, vtile qdes prius docuit, quia ſic mortem euadat, nunc autem, quia generoſum virum et ſui amantiſſimũ obtineat. Cum vero genus ſuũ laudare vix audeat, pſias laudat. Amplius vtq; nihil et vt nihil amplius ſup ſit mihi quod commendes, me tibi iungit amor.

VOLS. ALTERIVS, cupidinem intelligit, cuius violentia vexabatur. Alterius, Dianę, cuius ira Cydippe vexabatur. Iuncta quoniam neuter ſine ſalute alterius valere poterat. Tua iura marita, cum mihi matrimonio eris iuncta. Sanguine votiuo, mactatę erunt hoſtię, quas pro te et tuo coniugio voui.

ASCEN. E QVIBVS Alterius. Ordo eſt, e quibus ſcilicet dictis duobus numinibus. Diana, quę et Phębe, et luna, et Proſerpina, et hecate, et lucina dicitur, ſicut et triuia, et delia, et alijs epithetis. Et amorem idest cupidinem ſagittę alterius, ſcilicet amoris nocuere iam mihi, quia amore langueo et vulneratus ſuis ſagittis cupidinis, et caue tibi ne tela alterius ſcilicet Phębes, quę eſt ſoror Phębe, hoc eſt Dianę noceant tibi.

E quibus alterius mihi iam nocuere ſagittę,
Alterius noceant ne tibi tela, caue.
Iuncta ſalus noſtra eſt, miſerere meiq; tuiq;,
Quid dubitas vnam ferre duobus opem?
Quod ſi cõtigerit, cũ iam data ſigna ſonabunt.
Tinctaq; votiuo ſanguine Delos erit.
Aurea ponetur mali felicis imago,
Clauſaq; verſiculis ſcripta duobus erit.
Effigie pomi teſtatur Acontius huius,
Quę fuerint in eo ſcripta, fuiſſe rata.
Longior infirmum ne laſſet epiſtola corpus,
Clauſaq; conſueto ſit tibi fine vale.

Ponetur imago. aureum malus. in ęde Dianę ſuſpendam. Cauſa, ſacrati mali. Effigie pomi, huius pomi dedicatio teſtimonium exhibebit. Fuiſſe rata, ad vota ſucceſſiſſe. Conſueto fine vale, non modo in fine, ſed in principijs veteres ponere cõſueuiſſe ſcri. Seneca.

VBER. E QVIBVS, Diana et amore. Sagittę alterius .s. amoris. Nocere mihi, quia percuſſerunt me. Tela alterius ſcilicet Dianę. Iuncta ſalus noſtris, idest mea vita eſt cõiuncta cum tua, ita vt te periclitante ego etiam ſim periclitaturus. Duobus, tibi et mihi.

Quod ſi contigerit vt feras opem ambobus, i. vt mihi nubas. Cum iam data ſi. ſo. dicit quando celebrabuntur feſta Dianę in delo, et offerentur ei ſacrificia votiua, tunc Acontius ſuſpendet in templo deę effigiem pomi aurei, in quo duobus verſiculis teſtificabitur. Cydippem ſeruaſſe, quę in eo pomo ſcripta legerat, et iurauerat.

Clauſaq; conſueto ſit, idest vt ſit clauſa fine conſueto, quia in fine ſolet ſcribi Vale. De ſignificatione autem verbi vale et etiam ſalue, laſſiſſime apud grammaticos omnes apparet ideo in ipſis declarandis tempus incaſſum conterere nolo, ne longior ęquo omnibus legentibus videar, tu vide ex te.

In .xx. epiſtolam argumentum.



Cydippe Acontio.

Cum data ſigna ſo. quia ſonitu tubarum vocabantur ad ſacrificia.

Delos, inſula vbi colitur Diana.

Erit tincta, idest maculata.

Sanguine votiuo, ſanguine victimarum ex voto interfectarum.

Rata, valida habuiſſe effectum.

Longior, dicit ſe nolle plura ſcribere, ne prolixitate fatiget, et afficiat moleſtia ipſam Cydippem ęgrotantem et infirmam. Ordo eſt. valeo Cydippe, ne epiſtola longior laſſet corpus tuum infirmum, et vt ſit clauſa, idest concluſa fine ſolito, quia finis epiſtolarum ſolet eſſe vale. Hoc frequentius apud Cice. in eius epiſtolis legitur.

VOLS. DELOS inſula in Aegeo eminet quę eam circundat inſulę Cyclades appellantur, vrbem habet in planitie ſitam et Apollinis Latonęq; templum, inſtabilis olim fuit ſed appropinquante Latonę partu vt ſcribit Pindarus immobilis ſtetit quattuor adamantinis columnis nixa, magno in honore eſt habita ab heroicis temporibus, ab omnibus oris in hanc inſulam ad ſacra publica conueniebant. Cęterum virginum ſacra miniſtrabat, quibus cum adeſſet Cydippe, accepto inſidioſo pomo viſa eſt ſe Acontio vxorem paciſci, eius pater alij deſpondente, ſub nuptiarum tempus febre correpta eſt, cum exiſtimaret id ſibi Dianę indignatione contigiſſe: conceſſuram in Acontij vota reſpondit, ſed ſeculorum incuria, quantum ex vetuſtis codicibus obſeruare potuimus, pręter verſus duodecim epiſtola tota deſideratur. Reliqui quicquid legitur adulterinum eſt. Ne autem ergo id temere ſomniaſſe videar, ex te metiri poteris, quantum ab Ouidiani carminis dignitate degenerent.

VOLS. Pertimui, ne qd boli tuę apportarēt litterę. Scriptū epl'am. Sine murmure, nemine audiēte. Inſcia iprudēs, et q̃ tuas inſidias nō nouit. Captaſſes itēr, rurſus me cape tentaſſes. Dura. Inexorabilis vt tuas lr̃as nō legiſſē. Cūa et vota facta. In Hippolyto ſuo quē Æſculapius Dianę prcibus ad vitā deduxit, poſtq̃ ab eqs diſtractus ē, appellatusq; Virbius, i Aricinio nemore ſeruādū nymphę egerię cōmiſit, ſō cautū ē, vt equi aricinū nemus non intrarēt q̄m Hippolytū diſtraxerīt. At melius vgo ab ętate ē ſexu, παῖδος ē virgo, in qt virgini fauere debuiſſet. Paucos, nā diuturna febre vexata d̄ ſalute deſpauit.

Pertimui, ſcriptumq; tuum ſine murmure legi.
Iurarit ne quos inſcia lingua deos.
Et puto captaſſes iterum niſi vt ipſe fateris,
Promiſſam ſcires, me ſatis eſſe ſemel.
Nec lectura fui ſed ſi tibi dura fuiſſem,
Aucta foret ſęuę forſitan ira deę
Omnia cum faciā, cū dem pia thura Dianę
Illa tamen iuſta plus tibi parte fauet.
Vtq; cupis credi, memori te vindicat ira.
Talis in hippolyto vix fuit illa ſuo,
At melius virgo fauiſſet virginis annis,
Quos vereor paucos ne velit eſſe mihi.

VBER. Pertimui, licet q̃dam addiderint multa carmina, quę i nōnullis codicibus repiebant, puto t̄n illa nō eſſe Ouidij nā ex eadē officina exiſſe nō vident, et ęgrotantē puellā veriſimile eſt breuiter reſcripſiſſe, itaq; non interpretabor ea quę dicta ſunt, quę t̄n ſi qs velit videre, non hēt multū difficultatis, et q̄m ſunt reſponſiua ad pcedentē epl'am facile intelliguntur. Reſpondet aūt Cydippe ſe pre timore non auſam fuiſſe legere epiſtolā Acontij verbis clare probans ne itēr iuraret ſicut q̄n legit pomū, et dicit ſe fuiſſe in voluntate non legendi, niſi q̄ dubitauit, ne Diana magis iraſceretur, quam dicit nimium fauere ipſi Acontio, d̄ ęquius eſt, q̄ ſibi faueret, q̄ virgo deberet fauere virgini. Pertimui, cū mihi reddita eſt epiſtola tua. Sine murmure, ſine prolatione verbo⁊, ſed tantū oculis et aīo percurrens. Captaſſes, decepiſſes. Vt ipſe fateris, nā dixit promiſſam ſatis eſt te ſemel eſſe mihi. Dura, aſpera, in non legendo ſcriptū tuū. Sęuę, iratę. Cum faciam oīa in honorē Dianę, et preter ipſam. Dem pia thu. i. faciam ſacrificia thure. Fauet tibi plus iuſta pte. i. plus ęquo tuę ē partes tuas. Vindicat te, facit vindictam pro te. Vtcupis credi, quia tu dicis mihi q̄ hoc eſt cā quare ęgroto, dixit enim ipſe. Dicendum tamē eſt hoc tu mihi crede q̄ ęgra. Ipſo nubendi tpe ſępe iaces. Conſuluit ipſa tibi. Talis in Hip. non tm̄ fauit Hippolyto ſuo, quem etiam ſecundum quoſdam per Æſculapium a morte ad vitam reuocauit, vt Virg. ſcripſit. licet Horatius aliter dicat. Talis tā fauorabilis. In ſ. Hip. p l ſuū hippolytū ἀρχαϊσμὸς ſic Vir. Talis in hoſte fuit Priamo. Melius, iuſtius. Virgo ipſa Diana virgo. Fauiſſet et a. v. mi. l Cydippes q̄ ē ſuę virgo. Quos ānos. Vereor, timeo. Ne. v. e. p. mihi q̄ timeo ne velit me cito mori

ASCEN. Pertimui, breuis eſt epl'a, aut q̄ reſiduum perit aut q̄ plura egrotantem ſcribere non decet. Sine. m. i. ſine voce. Iuraret, ne quos inſcia lingua deos, aucta foret ſęuę ⁊c. hoc dicto conſentit in ſententiam Acontij. Nam ſi perſuaſum ſibi febrem illam a dea irata illatā. Illa. t. i. honeſtatis gr̃a dicit ſe coactā, vt pſentiat Acontio ptra voluntatē p̄rinā. Memori ira, ſic Maro memorē Iunonis ob irā. Talis in Hip. vix. fuit. B̄n dubitat. Nā Vir. dicit eū reuocatū a morte Pęonijs herbis. Hor. aūt ingt. Neq̄. n. Diana pudicū. Liberat Hippolytū. Quos vereor paucos ne ve. ⁊c. ergo q̄ſi plura ſcribere negens ſic artificioſe epiſtolā clauſiſſe poſuit.

Languor enim cauſis non apparentibus hęret,
Adiuuor et nulla feſſa medentis ope.
Quā tibi nunc gracilem vix hęc reſcribere quamq̄
Pallida vix cubito membra leuare putas?
Nunc timor accedit, nequis niſi conſcia nutrix
Colloquij nobis ſentiat eſſe vices.
Ante fores ſedet hęc, quid agamq; rogantibus inter
Vt poſſim tuto ſcribere dormit ait.
Mox vbi ſecreti longe cauſa optima ſomnus
Credibilis tarda deſinit eſſe mora.
Iamq; venire videt, quos non admittere durū eſt
Excreat, et ficta dat mihi ſigna nota.
Sicut eram properans verba imperfecta relinquo,
Et tegitur trepido littera cauta ſinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat,
Quantus, ſit nobis aſpicis ipſe labor.
Quę peream ſi dignus eras, vt vera loquamur,
Sed melior iuſto quamq;. mereris ero.
Ergo te propter toties incerta ſalutis,
Commentis pęnas doq;, dediq; tuis.
Hęc nobis formę te laudatore ſuperbę
Contingit merces, et placuiſſe nocet.
Si tibi deformis (quod mallem) viſa fuiſſem,
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo, nunc me certamine veſtro
Proditis, et proprio vulneror ipſa bono,
Dum neq; tu cedis, nec ſe putat ille ſecundum,
Tu votis optas illius, ille tuis.
Ipſa velut nauis iactor, quam certus in altum
Propellit Boreas, ęſtus, et vnda refert.
Cumq; dies caris optata parentibus inſtat,
Immodicus pariter corporis ardor ineſt.
Et mihi coniugij tempus crudelis ad ipſum
Perſephone noſtras pulſat acerba fores.
Iam pudet, et timeo (q̄uis mihi conſcia non ſim)
Offenſos videar ne meruiſſe deos.
Accidere hoc aliquis caſu contendit, et alter
Acceptum ſuperis hunc negat eſſe virum
Neue mihi credas in te quoq; dicere famam.
Facta veneficijs pars putat iſta meis.

Cauſa lates,mala noſtra patent,vos pace mouetis
  Aſpera ſummota prelia, plector ego.
Dicam nunc,ſolitoq; tibi me deſpice more,
  Quid facies odio,ſic vbi amore noces.
Si lędis,quod amas,hoſtem ſapienter amabis,
  Me precor vt ſerues,perdere velle velis.
Aut tibi iam nullo eſt ſperatę cura puellę,
  Quam ferus indigna labe perire ſinis.
Aut dea ſi fruſtra pro me tibi sęua rogatur,
  Quid mihi te iactas?gratia nulla tua eſt,
Elige quid fingas,non vis placare Dianam.
  Immemor es noſtri,non potes illa tui eſt.
Vel nunquam mallem,vel non mihi tpe in illo
  Eſſet in ęgeis cognita delos aquis.
Tunc mea difficili deducta eſt ęquore nauis,
  Et fuit ad cęptas hora ſiniſtra via.
Quo pede proceſſi? quo me pede limine moui?
  Picta meę tetigi quo pede texta ratis?
His tamen aduerſo redierunt carbaſa vento,
  Mentior ah demens, ille ſecundus erat.
Ille ſecundus erat,qui me referebat euntem,
  Quiq; parum felix impediebat iter.
Atq; vtinam conſtans contra mea vela fuiſſet,
  Sed ſtultum eſt venti de leuitate queri.
Mota loci fama properabam viſere Delon,
  Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quam sępe,vt tardis feci conuitia remis,
  Queſtaq; ſum vento lintea parca dare.
Et iam tranſieram Myconē,iā Tenon, et Andron,
  Inq; meis oculis candida Delos erat.
Quam procul vt vidi quid me fugis inſula dixi?
  Laberis in magno nunquid, vt ante,mari?
Inſtiteram terrę,cum iam prope luce peracta
  Demere purpureis ſol iuga vellet equis.
Quos idem ſolitos poſtq̄ reuocauit ad ortus,
  Comuntur noſtrę matre iubente comę.
Ipſa dedit gemmas, digitis et crinibus aurum.
  Et veſtes humeris induit ipſa meis.
Protinus egreſſę ſuperis,quibus inſula ſacra eſt,
  Flaua ſalutatis thura,merumq; damus.
Dumq; parens aras votiuo ſanguine tingit,
  Feſtaq; fumoſis ingerit exta focis.
Sedula me nutrix alias quoq; ducit in ędes,
  Erramusq; vago per loca ſacra pede.
Et modo porticibus ſpatior,modo munera regum
  Miror,et in cunctis ſtantia ſigna locis
Miror,et innumeris ſtructam de cornibus aram.
  Et de qua pariens arbore nixa dea eſt.
Et quę pręterea (neq; enim meminine libet,
  Quicquid ibi vidi dicere) Delos habet.
Forſitan hęc ſpectans,a te ſpectabar Aconti,
  Viſaq; ſimplicitas eſt mea poſſe capi.
In templum redeo gradibus ſublime Dianę,
  Tutior hoc equis debuit eſſe locus?
Mittitur ante pedes malum cum carmine tali,
  Hei mihi iurani nunc quoq; pene tibi.
Suſtulit hoc nutrix mirataq; perlege dixit,
  Inſidias legi magne poeta tuas.
Nomine coniugij dicto confuſa pudore
  Senſi me totis erubuiſſe genis.
Luminaq; in gremio veluti defixa tenebam,
  Lumina propoſiti facta miniſtra tui.

Improbe qd gaudes? aut quę tibi gloria parta eſt,
  Quidue vir eluſa virgine laudis habes?
Non ego conſtiteram ſumpta peltata ſecure,
  Qualis in Iliaco Pentheſilea ſolo.
Nullus Amazonio cęlatus balteus auro,
  Sicut ab Hippolyta preda relata tibi eſt.
Verba quid exultas tua ſi mihi verba dederunt
  Sumq; parum prudens capta puella dolis?
Cydippen pomum,pomum Schęneida cępit,
  Tu nunc hippomenes ſcilicet alter eris.
At fuerat melius, ſi te puer iſte tenebat,
  Quem tu neſcio quas dicis habere faces.
More boni ſolito ſpem non corrumpere fraude,
  Exoranda tibi, non capienda fui.
Cur cum me peteres,ea non profitenda putabas,
  Propter quę nobis ipſe petendus eras?
Cogere cur potius,quam perſuadere volebas.
  Si poteram audita conditione capi?
Quid tibi nunc prodeſt iurandi formula iuris?
  Linguaq; preſentem teſtificata deam?
Quę iurat mens eſt,nil coniurauimus illa,
  Illa fidem dictis addere ſola potes.
Conſilium prudensq; animi ſententia iurat,
  Et niſi iudicij vincula nulla valent.
Si tibi coniugium volui promittere noſtrum,
  Exige polliciti debita iura tori.
Sed ſi nil dedimus,pręter ſine pectore vocem,
  Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes.
Non ego iuraui,legi iurantia verba,
  Vir mihi non iſto more legendus eras,
Decipe ſic alios,ſuccedat epiſtola pomo,
  Sic valet hoc magnas diuitis aufer opes.
Fac iurent reges ſua ſe tibi regna daturos,
  Sitq; tuum toto quicquid in orbe placet.
Maior ex hac ipſa multo (mihi crede) Diana,
  Si tua tam pręſens littera numen habet.
Cum tamen hęc dixi, cum me tibi firma negaui,
  Cum bene promiſſi cauſa peracta mei eſt.
(Confiteor) timeo ſęuę Latoidos iram,
  Et corpus lędi ſuſpicor inde meum.
Nam quare quoties ſocialia faces parantur,
  Neptur ę, toties languida membra cadunt?
Ter mihi iam veniens poſitas Hymenęus ad aras
  Fugit et e thalami limine terga dedit.
Vixq; manu pigra toties infuſa reſurgunt
  Lumina,vix moto corripit igne faces.
Sępe coronatis ſtillant vnguenta capillis,
  Et trahitur multo ſplendida palla croco.
Cum tetigit limen,lachrymas, mortisq; timorem
  Cernit,et e cultu multa remota ſuo.
Proijcit ipſe ſua deductas fronte coronas,
  Spiſſaq; de nitidis tergit amoma comis.
Et pudet in triſti lętum conſurgere turba.
  Quiq; erat in palla,tranſit in ora rubor.
At mihi ve miſerę torrentur febribus artus,
  Et grauius iuſto pallia pondus habent.
Noſtraq; plorantes video ſuper ora parentes,
  Et face pro thalami,fax mihi mortis adeſt.
Parce laboranti picta dea lęta pharetra.
  Daq; ſalutiferam iam mihi fratris opem.
Turpe tibi eſt illum cauſas depellere lęti,
  Te contra titulum mortis habere meę.

Nunquid in vmbroſo cum velles fonte lauari?
 Imprudens vultus ad tua labra tuli?
Pręterij ne tuas de tot celeſtibus aras?
 Atq; tua eſt noſtra ſpreta parente parens?
Nil ego peccaui, niſi q perlurla legi,
 Inq; parum fauſto carmine docta fui.
Tu quoq; pro nobis, ſi non mentiris amorem,
 Thura feras, proſint; quę nocuere, manus.
Cur, quę ſuccenſet, q adhuc tibi pacta puella
 Non tua ſit, fieri ne tua poſſit, agit?
Omnia de viua tibi ſunt ſperanda, quid aufert
 Sęua mihi vitam, ſpem tibi diua mei?
Nec tu crediderls illam, cui deſtinor vxor,
 Ægra ſuperpoſita membra fouere manu.
Aſſidet ille quidem, quantum permittitur ipſi,
 Sed meminit noſtrum virginis eſſe torum.
Is quoq; neſcio quid de me ſenſiſſe videtur,
 Nam lachryme cauſa ſepe latente cadunt.
Et minus audacter blanditur, & oſcula rara
 Accipit, et timido me vocat ore ſuam.
Nec miror ſenſiſſe, notis cum prodar apertis;
 In leuum verſor, cum venit ille, latus.
Nec loquor, et tecto ſimulatur lumine ſomnus,
 Captantem tactus eijcioq; manum.
Ingemit, et tacito ſuſpirat pectore, meq;
 Offenſam, quamuis non mereatur, habet.
Si mihi quod gaudes, et te iuuat, iſta voluptas,
 Si mihi, q ſenſus ſum tibi faſſa meos.
Si mihi lingua foret, tu noſtra iuſtius ira,
 Qui mihi tendebas retia, dignus eras.
Scribis, vt inualidum liceat tibi viſere corpus,
 Es procul a nobis, et tamen inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontius eſſet,
 Quod faciat longe vulnus, acumen habes.
Certe ego conualui non dum de vulnere tali.
 Vt iaculo ſcriptis eminus icta tuis.
Quid tamen huc venias? ſane miſerabile corpus
 Ingenij videas bina trophea tui.
Concidimus macie. color eſt ſine ſanguine, qualem
 In pomo refero mente fuiſſe tuo.
Candida nec miſto ſubluceant ora rubore,
 Forma noui talis marmoris eſſe ſolet.
Argenti color eſt inter conuiuia talis,
 Quod tactum gelidę frigore pallet aquę.
Si me nunc videas, viſam prius eſſe negabis,
 Arte nec eſt, dices, iſta petenda mea.
Promiſſiq; fidem, ne ſim tibi victa, remittes.
 Et cupies illud non meminiſſe deam.
Forſitan et facies iurem vt contraria rurſus,
 Quęq; legam, mittes altera verba mihi.
Sed tamen aſpiceres vellem prout ipſe rogabas,
 Et diſces ſponsę languida membra tuę.
Durius et ferro cum ſit tibi pectus Aconti,
 Tu veniam noſtris vocibus ipſe petas.
Ne tamen ignores, ope qua reualeſcere poſſim,
 Queritur a Delphis fata canente deo.
Et quoq;, neſcio quum nunc vaga fama ſuſurrat,
 Neglectam queritur teſtis habere fidem.
Hoc deus, et vates, hoc et mea carmina dicunt,
 Ad deſint voto carmina nulla tuo.
Vnde tibi fauor hic? niſi qd noua forte reperta eſt
 Quę capiat magnos littera lecta deos?
Teq; tenente deos numen ſequor ipſa deorum,
 Doq; libens victas in tua vota manus.
Faſſaq; ſum matri deceptę foedera linguę,
 Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cętera cura tua eſt, plus hoc quoq; virg ne factum,
 Non timuit tecum, q mea charta loqui.
Iam ſatis inualidos calamo laſſauimus artus,
 Et manus officium longius ęgra negat.
Quid, niſi qd cupio me iam coniungere tecum,
 Reſtat vt aſcribat littera noſtra? vale.

Ad Franciſcum Aragonium Ferdinandi regis
Neapo. Domitius Calderinus Sal.

Mirificū eſt ſtudiū meū Franciſce et voluntas qdā egregia in eos, q de ſe ſpem aliq̄ ꝓbitatis et idolē ꝓbēt, neq; vllū finē facio cogitandi de his, q̄ ad eos vel iuuādos, vel ornādos ptinere arbitror. Qd cū de oībus facere ſoleo, tñ me id in primis dēre exiſtimo ijs, q vel populis aliqñ ꝓfuturi ſūt vel nationū clientelas habituri. Video.n. Platonē phoꝝ (vt ille ait) deū, quū de ciuili ſuoꝝ educatione multa ſapiētēr eloquētiſſimeq; ſcripiſſet. vnūq; iuuētutis moderatorē cōpluribus ſatis eē monuiſſe, in filijs regis q̄. tuor educatiōis magiſtros regſuiſſe moribus & doctrina inſignes. Nimiꝝ maiore cura cēſuit Plato formandū, qd multoꝝ oculis aliqñ exhibiturus erat, nā bonus pnceps tā oībus cōis ē, q̄ lex ſanctiſſima & ęqbi ciuiū ſocietati accōmodata. Incredibilē tu regis potētiſſimi filius de te expectationē ɔcitaſti, & quū iſta ętate veluti in tenellis arboribus floribus ɔtēti eē ſoleamus, tu nobis iā formatos virtutū fructus pduxiſti. In q̄ plane declaras te pēne glorię magnitudinē, et ſplēdorē nulla oīno ex parte ignorare quū ad eā vel aſſequēdā, qd optabile eſt, vel ſuperāda, id qd ipſe fortaſſe cupiat, nos certe vix ſperare audemus, tātis iā famę laudūq; ſtudijs te cōpares et ɔcīdas, hęc cū ex alijs accipio, tū ex Corello et multis ampliſſimi, diuiniq; pncipis cardinalis tui Neapolitani netarijs. Hi.n. ſiue domi ita ſępe audiā, ſiue q in te ꝑ:ꝑuā imortaleq; obſeruātiā pręſerūt, de te mecū et frequētēr, et honorifice loquūtur. ne ꝑmisq; de litaꝝ ſtudio. Quo in gñe, quū ab ineunte ętate v̄ſatus ſim, ſtatui eē officii mei, qd initio ꝓpoſui, tū ſuſceptę de te opionis aliqd mittere, qd p ętatē in tua iſta felici cāpania aliqñ legas. Nō tā qdē q hęc boni pncipis aīum formare poſſint, q̄ relaxare. Scio.n. placere ijs, q̄ tecū habes, vt ne luſibus aliq interdū grauiorūq; ſtudioꝝ curaz remittas. Vbi vō tu aut libētius velis cōgeſcere, aut honeſtius poſſis q̄ in l̄ris, habes nihil. Qd vt, neq; hoc tpe alienū videat, neq; ętate tua. eē ſtudui. Itaq; accipies a Domitio tuo hāc elucubratiūculaz in Sappho Ouidij, obſcurioraq; Propitij loca, in quibus ſi qd pterea deſiderabis, dabis opam vt ſciam. Ego.n. tam libēter pficiā, quā ſtudio ſe intepi. Simul agnoſces ciuē tuū Papiniū poetam, quē proximis vigilijs, oībus priſtinę dignitatis famęq; ornamentis reſtituendū curaui, Vale ex vrbe.

DOMI.

Domitij in Sappho Ouidij.

GAllias Methymneus nulla lucubratione nobilior fuit q̃ in interpretatione poemaaum Alcȩi & Sapphus, tanta erant ęſtimatione eius mulieris ſcripta quod Papinius in patris Epicedlo ſatis teſtatus eſt, cum eam locauerit inter antiquos vates, et Stratiez mirabilem eam appellet, nullamq; in poetice cum ea conferri poſſe arbitrabatur. Dederunt quidem operam poeticȩ pręter hanc tres Corynnȩ, de quibus in ſyluarum commentarijs ſcripſimus. Erinna quȩ concubina Sapphus fuit, et Euſtathius ſcribit, ea Lesbia, vt alij putant rhodia, vel Teia. Poema compoſuit lingua dorica, trecentum verſibus opus abſoluit, quorum dignitas cum Homero contendit. In ea illud epigramma grȩci editū eſt.

εννεαστας μεσας φασιν τι νεος ολιγωρας

κυι δε και σαπφω λεσβοθεν ηδε καλη

Theano pręterea mulier Locris lyrica fuit, et Meroquȩ hymnum in Neptunum compoſuit, et Charixena et Praxilla. De Sappho hȩc Suidas apud Grȩcos. Sappho Simonis. vt alij putant. Eunemini, vt alij Erigij, vt alij Ecryti, vt alij Semi, alij Camonis, Etarchi alij. nonnulli ſcamandronymi, quibus aſſtipulatur Herodotus matre Cleide Lesbia ex Ereſſo. Lyrica nata quadrageſimaſecūda olympiade, quo tempore et Alcȩus et Steſichorus et Pittacus, Tris fratres habuit. Larychum. Caraxum, Eurygium. Cercyllȩ viro andrio ditiſſimo nupſit, cui filiam peperit Cleida nomine, amicas tris, Atthidem, Thelesippam, Megaram habuit, quibus ad libidinem vſa dicitur. Diſcipulas Anagoram, Mileſiam. Congyllam. Colophoniam. Eunicam. Salaminiam. ſcripſit libros lyricos nouem. Prima plectrum reperit, ſcripſit epigrammata. Elegias, Iambos, et Nęnias. Sappho Lesbia ex Mytilene. Pſaltria. Hęc amore Phaonis Mytilenei ex Leucade ſe deiecit. Nonnulli huic carmen lyricum tribuunt. hęc Suidas grȩce. Huius poemata laſciuia fuiſſe indicat Ouidius, Lesbia quid docuit Sappho niſi amare puellas, in arte amandi. Nota fit et ſappho quid enim laſciuius illa? Hora. Viuūt quȩ commiſſi calores. Æolię fidibus puellę. viro Cercylla mortuo et Cleide filia ſuperſtite relicta in amorem Phaonis incidit, quod Pli. herbę tribuit. xxij. natu. hiſto. vbi de centum capita. ita ſcribit, Portentoſum quod de ea traditur, radice eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre. Rara inuentu, et ſi viris contigerit mas, amabiles etiam fieri, ob hoc et Phaonem Lesbium dilectum a ſappho, multęq; circa hanc non magorum ſolum vanitates, ſed etiam pythagoricorum. Hęc Pli. quamuis mendoſe in nonnullis codicibus ita ſcriptum ſit. ob hoc Phaonem et Lesbium dilectos a Sappho, ſed ita legenda ſunt verba Pli. vt nos recitauimus. iterum enim dilexit Phaonem mortuo viro, vt etiam Plautus ait, in mali. non vl. etc. a grȩco denique epigrammate ab antipatro Sidonio. tanq̃ decima muſa ornatur. Poemata illius extant nulla epiſtola hęc Ouid. eſt alijs Heroidum inſerta, quod in corynna ſua teſtatur ad Macrum ſcribens, cum Heroidum nomine ſe ad viros ſcribere ait. Quodq; tenens ſtricto Dido miſerabilis enſem. Dictat et Aonię Lesbis amica Lyrę. Et cum nomine virorum epiſtolas finxit. Sabinus poeta. Phaonis quoq; nomine ſcripſit et Sappho, de quo Ouidi. Quam cito de toto rediit celer orbe ſabinus. Scriptaq; diuerſis rettulit ille locis, et paulopoſt. Triſtis ad Hypſipylem ab Iaſone littera venit. Dat notam Phębo Lesbis amica lyram, ideſt accipit etiam litteras a Phaone Sappho eum non rediturum, quare ſe de Leucade deiecit, atq; ita amore liberata lyram dicauit Phębo, quam vouerat, nam ita ſcripſit.

Inde Chelyn Phębo communia munera ponam.

Et ſub ea verſus vnus et alter erit. Hęc autem epiſtola ab Ouidio compoſita affectus, qui mitiores ſunt copioſius exprimit q̃ vlla alia, nam eam locupletauit poeta ex poematibus Sapphus, quȩ molliſſima ſunt, vt etiam de Home. multa tranſtulit, et ex Odyſſea in penelope, et ex Iliade in Briſeide, tantum autem abeſt vt hanc epiſtolam putem a Sappho ſcriptam, vt etiam ſtatuam inſeri oportere epiſtolis Ouidij, et ſtatim locandam poſt Didonem, nam eo ordine poeta ſcripſit, ſiquidem eius verſibus credimus, pauloante a nobis recitatis. Sed cum alijs mollior eſſet, varietateq; blandiretur, ſeorſum a nonnullis edi ſtitur, ſcribiturq; ſola. Libelli nomen meruit, et auctoris fidem inuenit, mulieris lugentis cum lachrymas et amantis decorum omni ex parte impleat, de eius ſaltu ad leucada, de charaxi amore in Rhodopen ſuis locis dicemus. Interea illud obſeruandum eſt partes laſciuiores, et impudica verba huic attribui. nam ſupra muliebrem conditionem in amores ardebat, cum non modo virum perdite amauerit, ſed aliarum quoq; mulierum tribas fuerit, hoc eſt inſultando illas fricaret, nam τριβειν fricare eſt, quod apud Iuuenalem et Martialem diximus et ab Horatio maſcula Sappho appellatur, ea de cauſa, quamuis Porphyrio eum locum interpretans ambigendo ſcribat maſculam dici, vel q̧ operam poeticȩ dederit, quod eſt viri, vel q̧ tribas fuerit, q̧ et ipſa ingenue fatetur, quamuis mutatis amicarum nominibus, nā quas, amauit precipue tres fuerunt. Atthis. Thelesippa, et Megara. ſed de his ſuo loco. Phaon in Siciliam diſceſſerat. puella amoris ignibus incenſa, et plane ardens, cum ab illo ſe ſperni veretur, ſtatuit etiam capitis periculo furorem lenire, demiſſo corpore e leucade. Sed antq̃ illuc accedat per inconſtantiam muliebrem tentans, quod deſperauerat, hac epiſtola eum reuocare ſtudet, faciens abſentia inuidiam ſuȩ conditionis et calamitatis, quam omnibus incommodis miſerabilem oſtendit, cum et voluptates omnes ſe abiecisse ſcribit Phaonis cauſa, et in tanto dolore carmen non ſuccurrere, ſe ludibrio eſſe fratri. Filiam paruam ſuperſtitem, deniq; omnes miſericordię articulos exuit, non ſenſus, non fortunȩ mutatio, non habitus, non rerum omnium deſperatio, non quicquid miſericordię eſt et monet, pretermittitur.



Sappho Phaoni

NVnquid vbi aſpecta eſt ſtudioſe lit
tera dextre?
Protinus eſt oculis cognita no-
ſtra tuis?

DOMI. INTER Diuerſos polos, arcticum et antarcticum dini erant duodecim, q cum Ioue dicebant tenere cęlum Iuppiter, Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Liber Neptunus, Apollo. ii tñ nectare vtebantur. Siue, verbum ſacrorũ erat. Tellus, numen habebat, vt etiam ſcribit Plu. propterea inuocat in foedere apd Ho. vna cum vmbris. Æther dr qꝛ ſemp mouet, vt placet Ariſto. Et ſydera, numina hr̃e putabant ex diſciplina Platonica & ſuas habebant hoſtias. Quo prius. nam ſemper luna creſcit, aut decreſcit. Nox ſua numina habebat, vt Summanus et vmbras. Quęq́; ra. vt parcę. Ratũ, inprobabile ratum verbum ſacrorũ eſt. Rata.n. dicebant cõfirmata ſignificationibus auguriorum. Quiq́; inuocat ſtygem paludẽ, cuius ſilia victoria cum in bello gigantũ opem tulerit Ioui. meruit, vt matris nomen iuſiurandũ eſſet deorum quod qui fallebat nouem diebus carebat nectare. Virgi. dij cuius iurare timent et fallere numẽ. Silius. At ſemp magnis diuis regiq́; deorũ iurare dignata palus. Stix iteꝝ aq̃ manans ex nonacri Arcadię, q̃ epota mortẽ affert. Ita perijt Alexãder, q̃uis Plu. aquã nõ nominet. Meminerũt Plu. et pauſanias. Impiuratę, cuius iuſiurandũ nõ fallũt dij. Vittatis, ligatis tanq̃ vittis Satyri dei dicti ſunt a σάθων ſeu σάθη qd eſt veretrũ. i. mẽtula. nã ſunt ſalaciſſimi vt Macro. placet. Genus ſemideum, dij indigetes. nam dij idigetes nati erãt ex mortali et deo. Noui. nuper relati in numerũ deorũ, vt Cęſar et alij. Peragũt ſuas partes, vlciſcunt ſe. Ex ordine, inuocatus pro rõne veſtrorũ numinũ. Paſiphaes generi. Theſeus gener paſiphaes fuit, qm̃ Phedrã rapuit filiã eius, & Minois, q̃uis Diodo. hos tm̃ quattuor filios noiet, Deucalionẽ. Crethꝫ. Androgeũ. Ariadnẽ fabuloſa & hiſtoria. neq́; ſatis inter authores cõſtat. Nã peon, vt Plu. auctor eſt ſcri. Ariadnẽ raptã fuiſſe, et in cypro relictã a Theſeo, vbi prius mortua ſit. Homerus. in carmagico eandẽ in partu mortuã ſcri. in Dia inſula q̃ poſtea dicta eſt Naxus. Diod. hanc eodẽ loco relictã fuiſſe raptã a Baccho, & pductã in montem, q Dryops dr, Phędram, alij ſcribunt hippolytum priuignum adamaſſe, cuius qꝛ pudicitiã vincere nõ poterit, indignata inſimulauit ſub falſo crimine, q̃ de ſtupro ab eo eſſet interpellata, ob quã cãm pater Theſeus a Neptuno petijt vt filium interimeret, qd actũ eſt, immiſſis phocis et exterritis eqs q iuuenẽ diſcerpſerunt. Gener Paſiphaes eſt Theſeus q imprecatus eſt in filium. Neue minus nocerent, in carmine q̃ aliquis deuouebat, neceſſe erat ꝓprium nomen exprimere, alioquin preces erant inanes. hac de cauſa Romani nom̃ vrbis latinũ extare noluerunt, ne ab hoſte deuoueri poſſet Vale. Soranus id aliquando enunciauit ſed in crucem ſublatus luit pęnas hac de cauſa colebatur dea Angerona obligato ore imperans ſilentium de nomine vrbis, hic ſacrificia fiebant ad xij. Kalendas Ianuarias auctores Liui. Macro. Sol.

ÆTHER Summe ASCEN. ſcilicet inter elementa aut in cęlo poſuit nec legendum eſt ſume, ſed ſumme in vocatiuo a nominatiuo ſummus. Videtur añt de igne potius loq, qꝛ addit ſyderaq́; &c. Quęq́; .i. et tu o parca quę netis. Opus ra. .i. ſtabile fatale, triplici pollice. qꝛ tres ſunt, vnde verſiculus plębeius eſt. Cloto colum baiulat, Lacheſis trahit, Atropos occat.

Amnis aquę imperiuratę, ideſt ſtygię paludis. Nã ſtyx triſticiam ſignificat, quę dijs contraria eſt, ſunt enim ſemper lęti. Quasq́; ideſt et vos o dirę ſeu furię infernales. quas ferunt, ideſt dicunt ſedere ante obſcuras fores carceris ſcilicet infernalis, erebi, ſcilicet aut tartari, vnde ęneidos. vi. Tiſiphoneq́; ſedens palla ſuccincta cruenta. Veſtibulum in ſomnis ſeruat nocteſq́; dieſq́; et paulopoſt. cernis cuſtodia qualis veſtibulo ſedeat. habent autem furię pro capillis angues, ſed illa Paſiphaes generi, ideſt theſei, qui imprecatus filium coegit mori.

Quasq́; ego tranſiero, ideſt et quas dixero, et quas non dixero, hoc eſt oẽs quęcunq́; excogitari poſſunt, et hac vna execratione cõprehendit quicquid dici pot. Et hoc ẽt gñe execrationis ſepiſſime poete vtuntur. Plenius ingenio .i. quam excogitare, aut eloqui quam ſit miſer diſfortunatus.

Neue minus noceant fictum execrantia nomē
Vota, minus magnos commoneantue deos
Illum ego deuoueo, quē mens intelligit, ibin,
Qui ſe ſcit factis hec meruiſſe ſuis.
Nulla mora eſt in me pagā rata vota ſacerdos
Quiſquis ades, ſacris ore fauete meis.
Quiſquis ades, ſacris lugubria dicite verba,
Et fletu madidis ibin adite genis.
Ominibusq; malis, pedibusq; occurrite leues,
Et nigrę veſtes corpora veſtra tegant.
Tu quoq;, quid dubitas ferales ſumere vittas?
Iam ſtat (vt ipſe vides) funeris ara tui.
Pōpa parata tibi ē. votis mora triſtibus abſit,
Da iugulum cultris hoſtia dira meis.
Terra tibi fruges, amnis tibi deneget vndas,
Deneget afflatus ventus et aura ſuos.
Nec tibi ſol clarus, nec ſit tibi lucida phębe,
Deſtituant oculos ſydera clara tuos.
Nec ſe vulcanus, nec ſe tibi prębeat aer,
Nec tibi det tellus, nec tibi pontus iter.
Exul inops, erres, alienaq; limina luſtres,
Exiguumq; petas ore tremente cibum,
Nec corpus q̃rulo, nec mens vacet ęgra dolore,
Noxq; die grauior ſit tibi nocte dies.
Siſq; miſer ſemper nec ſis miſerabilis vlli,
Gaudeat aduerſis foemina virq; tuis,
Accedat lachrymis odium, digmuſq; puteris
Qui mala cū tuleris plurima plura feras.

DOMI. EXECRANTIA, Deuouentia. Fictum nomen. Ibidez. Magni dij ſunt Iuppiter Minerua, qui ſub eodem tecto in capitolio colebantur, idem penates dicebantur q̃uis Diony. Alicar. et Probus aliter ſcribant. Deuouere, diris imprecationibus malū alicui optare. Peragam, abſoluam. Fauete ore. i. ſilete. Nā imprecabat ſilentium, cum res diuina inchoatur. Macro. Verba lugubria dicuntur in ordinatum et defunctus omina dicuntur calamitates portendentia. Leuis pedibus, ſiniſtris. Et nigrę veſtes. Nam ſacra inferialia peragebant indutis ſacerdotibus veſte nigra, quę vmbrarū ſimilitudinem repręſentabant. Sumere vittas. hoſtię arę deſtinatę obligabantur, quod ex ſermone Vir. percipi poteſt feralia dicuntur lugubria a feris, quę olim mortez ſigabat. Ara, aram ſuiſ carmen appellat. Pompa ſacrorū apparatus ſacrorum. Triſtibus v. malis imprecationibus. Hoſtię dirę dicebantur in feris deſtinatę. Cultrix ſictilibus vtebantur in ſacris. Terra tibi hic carmen imprecatorium ſumit initium. Fruges dicebantur (vt Var. ſcri.) quę ferebantur in fundo, vt his fruemur. Aura mitior ſpiritus. aura item fauor popularis. Vulcanus a volando dicitur, vt Ciceroni placet. Inops, indigens ope omnium rerum. Luſtrare, circuire item purgare. Miſerabiles dicuntur, qui miſericordiam commouent. Tuis aduerſis, tua calamitate. Inuidioſa tuę, inuidioſę diuitię dicuntur maxime, quibus iure inuidere poſſis. inuidioſus item abſolute accipitur pro maximo. Hic inuidioſa quę habebatur odio. Erumnę dicuntur grauiores labores vt in Herculis ab αἴρειν quod ſignificat tollere.

ASCEN. QVI SE ſcit factis has. s. pęnas meruiſſe &c. Nulla mora eſt in me. Continuo imprecatur in aduerſarium, hiſtorię autem a Domitio explicantur et contextus facilis eſt, quo circa breuis ero. Tu quoq; o Ibis quid dubitas quaſi dicat non deceat dubitare cum de te deuoto ſacrificium fiat, nec de alio, quid dubitas inquit, ſumere vias ferales. i. ferta feralia. i. mortem pręt endentia, ſed cum fera primam corripiat. feralis primam producit, vt hic et ęneid. iiij. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Viſa queri. Vittas ad caput hoſtię q̃cunq; eſt ſiue homo, ſiue pecus circumligari, docet ſi non Virgilius. ęneidos. ij. dicens. Mihi ſacra parari. Et ſalsę fruges, et circum tempora vittę. Pōpa parata tibi, non ad letitiam aut voluptatem tuam ſed eorum qui videbunt. Da iugulum cultris, loquitur de more ſacrificantium. nam in ſacrificijs omnia debebant eſſe libera et volūtaria, vſq; adeo vt ne hoſtia quidem ligari poſſet, quę volens mori ſignificat ſupponebāt cultros, in quos ipſa ibat ſuę mortis auctor, bene ergo dicit, da iugulū cultris. Nam iugulus pars colli eſt, quę ſanguinē inciſa reddit. Dira, ideſt execrabilis et quaſi deorum ira nata. Terra, deprecatur ipſi omnium elementorū ē quęcunq; viui eſſe poſſent viuū, hoc precatur ne habeat, nec ſe Vulcanus. i. ignis cui Vulcanus pręeſt. Nam deorū dearūq; noia vſurpamus per metonymiam pro rebus, quibus preſunt. Pontus. i. quodlibet mare. Et mare. i. quęlibet aqua ſpecies pro gñe. Noxq; die eſt. i. ſemper nox ſequens ſit grauior die precedente, ē dies ſequens nocte precedente nam aliter fieri non pōt, vt vtrunq; alterū ſuperet, vult ergo, vt in dies creſcat malum eius, Nec ſis miſerabilis. i. talis cuius quiuis miſereſcat, aut nec videaris dignus miſeratiōe. Sic ęnei. ij. Troianas vt opes, et lamentabile regnum. Accedat lachrymis odium, dira imprecatio cum lachrymę commiſerationem mouere ſoleant. Siſq; ordo eſt, ē facies fortunę tuę defoeta. i. euacuata ſicut mulier enixa, ē nullum foetum habens in vtero fauore ſolito, ſit inuidioſa ideſt cui pleniſſime inuideatur, aut plena inuidię paſſiue, quod eſt rarū i. quę res raro contingit, quia ſumma petit liuor.

Sitq; quod rarium eſt ſolito defecta fauore,
Fortiuę facies inuidioſa tuę.
Cauſaq; non deſit, deſit tibi copia mortis,
Optatam fugiat vita coacta necem.
Luctatusq; diu cruciatos ſpiritus artus,
Deſerat, & longa torqueat ante mora.
Eueniet, dedit ipſe mihi modo ſigna futuri,
Phębus, & a leua męſta volauit auis.
Certe, ego que voueo, ſuperos motura putabo,
Speq; tuę mortis peſſime ſemper alar.
Finiet illa dies, quę te mihi ſubtrahet olim,
Finiet illa dies, quę mihi ſera venit.
Sed prius hanc aĩam nimiũ tibi ſępe petitam
Auferet illa dies, quę mihi ſera venit,
Quam dolor hic vnq̃ ſpacio euaneſcere poſſit,
Leniat aut odium tempus & hora meum.
Pugnabunt iaculis dũ thraces, iapyges arcu,
Dum tepidus ganges, frigidus iſter erit.
Robora dũ montes, dũ pabula mollia campi,
Dũ tyberis liquidas thuſcus habebit aquas.
Bella geram tecum, nec mors mihi finiet iras
Sęua, ſed immanis manibus arma dabo.
Tũ quoq; cũ fuero vacuas dilapſus in auras
Exanimis, manes oderit vmbra tuos.
Tũ quoq; factorũ veniã memor vmbra tuorũ.

DOMI. DEFECTA. Deſtituta, vnde etiam dicimus effoetos foetu deſtitutos. Solito fauore, qui ſolet ſubminiſtrari laborantibus. Coacta, a fatis. Luctatus, diu agitatus. Euentent omnia in re agenda obſeruabant maiores ſigna, quę a numinibus ostenderentur, vt aut his confirmata re inchoatam perficerent, aut deterriti deſiſterent, inchoato igitur deuotionis carmine fingit poeta deos ſigna dediſſe, quibus protendebat eius imprecationem fore ratam. Cornix enim auis Phębo dicata a leua parte volauit, quod augurium accepit his verbis. Futuri, imprecationis futurum. Męſta auis, cornix mali ominis. A leua. Auguria a leua parte cęli venientia rata erãt, et fulmina leua boni ominis habebant, vt Plini. ſcribit. Mali aues ominis erant, bubo, ſcandiaria, noctua, cornix alięque pręterea. Motura, exhortatiua. Perfide, perfidum appellat q rupit gratiam et fidem amicitię, qua erat cum poeta. Mihi votis meis. Tempus et hora quę ſolet lenire magnitudines doloris. Pugnabunt arcum et ſagittas inuenit primus Scythus filius Iouis, a cuius nomine Scythia dicta eſt. Scythę autem olim Thraces habebantur vtentes omnes eadem lingua, vt ſcrib. Hero. pręter Getas, et trauſes, tota autem Thracia, vt ſcri. Pli. in ſtratageas, quinquaginta diuidebatur, pugnaces erant arcu, quem apud ſe inuentum ſupra cęteros mortales exercuerũt. Iapides ad mille ſtadia regionem obtinebant vna ex parte Pannonijs et Iſtris terminati parte alara mari Adriatico, pugnaciſſimi fuerunt haſta, in ditionem redacti ab Auguſt. et Strab et Appianus ſcribunt. Iapygia vero Apulia eſt. Ganges, vt alij ſcribunt in certos habet fontes, vt alij in Scythicis montibus oritur, nuſquam minor viginti paſſuum altitudine latitudine octo millium vbi paruum, vbi maximum ſtadiorum centum tepidus eſt cum orientis ſit. Iſter in iugis Germanię montis Arnobę oritur per innumeras gentes dicitur Danubius, vbi Illyricum attigit Iſter ſexaginta amnibus acceptis in mare voluitur Binominem appellauit ſillui cum et Dannubius et Iſter dicatur. Frigidus, ex regione ipſa Nam ad ſeptentriones labitur. Tyberis, qui per Aethruriam labitur. Flauas, flauum etiam appellauit Horati. olim appellatus albula. Tybris et Tyberis, vt ſcri. Plinius. Immanis, immanſuetus, vel immanes, ſcilicet tuos. Mores tuos, vitam tuam.

ASCEN. LIVOR enim, ideſt inuidia non ſolet eſſe niſi de rebus proſperis, et ergo dicit Martialis. Omnibus inuideas liuide, nemo tibi, quia ſic omnes eſſent beati pręter ipſum ſolum. Cauſaque non deſit, ideſt tormentum tam graue, vt mori poſſis, neque tamen mori permittaris, quod damnatorum in inferno malum eſt, qui ſemper mori cupiunt et moriuntur, neque vnquã mortui ſunt. Auis męſta, ideſt męſtitię index, ſcilicet cornix quę a leua, ideſt ſiniſtra ratum facit augurium, vt graues atteſtantur auctores. Speque tuę mortis peſſime, non dicas ſpe mortis tuę peſſime, non enim eſt genitiui caſus, ſed vocatiui, ſic tuo peſſime ego alar ſemper ſpe tuę mortis. Finiet illa dies, ſcilicet ſpem quia ſpes euacuatur, dum euenit quod ſperabatur. Petitam tibi, ideſt a te. Tempus et hora, ſic quinto ęneidos. Quam nec longa dies pietas, neq; mitigat vlla. Omnia enim in tempore labaſcere ſolent. Pugnabunt iaculis. Dicit et mores hominum et rerum naturam prius immutari poſſe q̃ pectoris ſui odium aboleri. Dum, ideſt donec, aut q̃ diu Iapyges, ideſt appuli populi Italię arcu valentes. Ganges tepidus, quia inter torridam et frigidam zonam. Iſter frigidus, quia ad glacialem Oceanum vergit. Robora, ideſt quercus illas aut quaſuis robuſtas arbores. Tyberis thuſcus, quia per thuſcias ſeu Aethruriã fluit. Sed immanis, puto duas eſſe dictiones, vt ſit ego dabo manibus ſcilicet meis, ideſt ſpiritibus a corpore ſeparatis, eſt enim a nominatiuo manes non a manus, quia primam pducit, in, ideſt contra manus. s. tuos quę dicimus in accuſatiuo manis et manes. Sęua arma, quibus. s. manes tuos perſequantur.

DOMI. FORMA Oſſea, in mortuis dicebat, q deſertorum olim cadauer induenies nihil præter oſſa reperirent. In magicis autem incantationibus laneis et cereis formis vtebant. Morte ſolutus, diffinitioné Platonis exprimit, q ſcri. morté eſſe ſolutionem aiæ a corpe, iactari ppriũ in mari eſt. Volucres pe. vulturés habebant aues

leberrimus fuit. Oſſibus vncus erit, damnati vnco trahebant ad ſcalas gemonias, aut in harenas vbi ardebant. Hoc Iuue. Et latum media ſulcum deducit harena media barena dicit ſulcũ, dũ trahit vnco dãnatus, pla in com. Iuue. diximus Vulturés ad cadauera volare biduo aut triduo antẽ

peregrinę q̃i ex alieno orbe venientes. et rore bolum, q cum vultures nidificant i rupibus inuijs, vnde foetus euolabant aliunde venire arbitrabant. Peregrinę item aues maxime viſebãtur vbi ſtrages cadauerum eſt. Vñ in bellis ciui. venerũt aues nunq̃ antea viſe ſpẽ paulo infra columbas q̃s appellabant betrienſes, vt alij codices Plutiani hñt Bebriacenſes in ſolutã aues. Tacitus viſam fuiſſe ſcri. ad reginã lepidã in bello Othonis et vitellij. Lupi, q ſolẽt cadauera ſectari.

Erũpere, egredi ꝯtus ipeus. Tendam, Imitũ. Faces nexę colubris. i. faces furiales.

Conſcia, ſcelerũ tuorum. Eſt fu. bre. ſupplicijs. Ex diſciplina Ægyptia, quã orpheus carmine complexus eſt didicit antiq̃tas funus celebrare tãta religiõe, vt quotiens eſſet omiſſum mortui vmbra errare putaretur. Nauis erat, q̃ cadauera trãs paludẽ in Ægyptum portabat ad. xl. indiꝯ Charonte, qui lingua egyptia ſigt magim nauis cymbã regente. Id nõ fiebat niſi pus celebrato funere idẽ pungere putabãt vmbris apud iferos. Diodo. ſcri. Funus exegas ſignificata funalibus, itẽ greæ dr φορος q̃d mortẽ ſigt. Lachrymę tuorũ, et hoc ex religione erat, q ab affinibus cadauer deplorat. Deplorata cadauera dicebant quibus luctus vltimus perſolutus erat. Vñ rempublicã deploratã diximus iã euerſam ab hoc tractũ ꝯclamatũ eſt, qñ affines eiulantes ꝯclamãt, diciturq, in oĩ re iam deplita, q poſt lachrymas affiniũ mortuũ plane cadauer erat. Carnifices publico ſumptu cõcludebant, inter quos Cadnus ce-

Inſequar & vultus oſſea forma tuos.
Siue ego (qđ nollẽ) lõgis conſumptus ab annis,
Siue manu facta morte ſolutus ero.
Siue per immenſas iactabor naufragus vndas,
Noſtraq; longinquus viſcera piſcis edet.
Siue peregrinę carpent mea membra volucres
Siue meo tingent ſanguine roſtra lupi
Siue aliquis dignatus erit ſupponere terrę,
Et dare plebio corpus inane rogo.
Quicquid ero ſtigijs erumpere nitar ab vndis,
Et tendam gelidas vltor in ora manus.
Me vigilans cernes tacitus ego conditus vmbris
Excutiam ſomnos viſus adeſſe tuos.
Denique quicquid ages ante os, oculoſq; volabo,
Et querar, & nulla ſede quietus eris,
Verbera torta dabunt ſonitũ, nexęq; colubres
Conſcia fumabunt ſemper ad ora faces.
His viuus furijs agitabere, mortuus iiſdem.
Et breuior pęna vita futura tua eſt.
Nec tibi continget funus, lachrymęq; tuorum,
Indeploratum proijciere caput.
Carnificiſq; manu populo plaudẽte traberis,
Infixuſq; tuis oſſibus vncus erit.
Ipsę te fugient, quę carpunt omnia flammę,
Reſpuet inuiſum iuſta cadauer humus.
Vnguibus & roſtro tardus trahet ilia vultur,
Et ſcindent auidi perfida corda canes,
Deq; tuo fiet, licet hac ſis laude ſuperbus,
Inſatiabilibus corpore rixa lupis.
In loca ab Elyſijs diuerſa fugabere campis,
Quaſq; tenet ſedes noxia turba coles.

expoſita ſunt auctor eſt Vmbritius aruſpex ipſius Veſpaſiãi et nobilis, carmine Iuue. Tardus pducens morſum canis hoc in Italia, et alijs locis dãnatum erat in Hircania celebre et ſolemne. Nã plebs vt ſcri. Cic. publicos alebant canes optimates domuſticos a quibus mortui laniabantur. Silius Regia cum dulcem poſuerunt membra probatum eſt, Hircanos adhibere canes.

ASCEN. OSSEA Forma Iuuenal dicit ſatyra. iiij. Aut nigri manus oſſea mauri, & cui per medias nolis occurrere noctem. Cliuoſę veheris dum p monumenta latinę. Mortui. n. oſſa abſumpta s. carne occurrere putant. dicit aũt Virg. Dido idem ſic. Oĩbus vmbra locis adero, dabis iprobe pęnas. Siue ego (qđ nollẽ) q̃ vindictę appetis, aut ſenectutis ꝯ nõ da abhorreus. Piſcis longinquus. i. lõginquo mari degẽs, edet. i. deuora. vra viſcera poſtq̃. s. ſubmerſus fis. Et bre. vi. ordo eſt, et vita tua futura eſt

breuior pęna tua, q pęna durabit et in morte et poſt mortẽ. Indeplo. i. nõ deploratũ. Carnificiſq; m. po. pl. tra. s. ad ſupplıciũ aut potius ad buſtum, q ſequitur, ipſe te fugient &c. hoc mõ ad ſupplicium nonnulli xpiani ſub Domitiano poſtea tractu legũtur infixo vnco gutturi. Ipſe te fugient. Precat vt tractus indigniſſimę ad vſtrinã et impoſitus rogo flãmę eius cadauer non abſumãt ſed iaceat pręda vulturibus, et canibus. Licet. h. ſis la. ſu. i. q̃uis glorieris q ſis cã rixę inter me et pinges et amicos vt eris inter lupos, vt. i. tibi glorioſuz iduxiſſe diſcordiam, et ita malũ d i. q̃ li. i. licitum eſt vt ſit permittendũ.

Sisyphus eſt illic ſaxum voluensq́, petensq́;
Quiq́; agitur rapidę vinctus ab orbe rotę.
Quęq́; gerūt humeris pituras belides vndas,
Exulis ęgypti turba cruenta nurus.
Poma pater pelopis pręſentia q̃rit, & idem
Semper eget, liquidis ſemper abundat aquis.
Ingeribusq́; nouem qui ſummus diſtat ab imo
Viſceraq́, aſſidue debita prębet aui
Sic tibi de furijs ſcindat latus vna flagello,
Vt ſceleris numeros confiteari tui.
Altera tartareis ſectos dabit vnguibus artus.
Tertia fumantes incoquet igne genas.
Noxia mille modis lacerabitur vmbra tuaſq́
Aeacus in pęnas ingenioſus erit.

DOMI. LICET, Permittentis. Elysij campi ſiue ſint in corporę lunę. ſiue in inſulis fortunatis, pijs tñ, & qui recte vixerant, dabant, vt Tartarus ſceleratis hoibus vbi iudice Rhadamanto furię vltrices ſcelera puniebāt. Syſiphus filius Æoli cum iſthmuz in ſiſtaret ad inferos detruſus eſt ſaxuz ſubducturus in montem qđ ſemper deuoluit. Lucretius negans inferos eſſe, ſcribit Syſiphum eſſe apud nos euz.s.q ho nores ſępe petit q̃uis ferat repulſam. Lucretius Sisyphus in vita quoq́ nobis añ oculos eſt. Qui petere a populo faſces ſeuasq́ ſecures imbibit, et ſemper victus triſtisq́ recedit, hunc ſe vidiſſe Vlyſſes teſtatur apud Home. Vñ fabulam noſtri poetę celebrarunt. Quiq́, Ixion filius Antionis et Melantus. nonnulli ex noſtris ſcribunt p̃rem Phlegyam cum Iunonem ad ſtuprū ꝓuocaſſet, vt ſcri. Home. latonem, ad inferos truſus circumagit radijs rotę frangentibus mēbra. Exulis. Ægiſtus Thyeſtis filius fuit Ægyptus aūt, vt Euſtathius et Euri. ſcri. frater Danai filius Beli ęgypto ꝓuincię nomen dedit, cum filijs qnquaginta nuptias celebrauit cum totidem filiabus Danai fratris, q̃ maritū iuſſu p̃ris ſingulę necarunt p̃ter Hypermneſtraz, q̃ linum, vt Euſe. ſcr. buccetū ſeruauit, hę dn̄r haurire aq̃ vaſe ꝑtuſo ex puteis. hęc fabula cōpoſita ē ex hiſtoria. Nā Danaus argos irriguuz aqs reddidit qbus carebat multis effoſſis puteis iter quos q̃tuor erāt ſacri, qđ verſus grecus indicat. Argos aqs vacuū Danae ſtruxere redundans. Lucretius hac fabula captos amore repreſentari putat, qui leuiſſima in re diu laborant. Lucre. hoc et opinor idē ęuo florente puellas. Quod memorant laticem pertuſuz cogere in vas.

Belides, nepotes belli ꝓfugi. Naz exulauit expulſus a Danao fratre. Poma patr. Tantalus Paphlagoniam tenuit implo, ditiſſimus feracitate regionis et ob multa metalla, q̃ illic erāt, vt ſcri. Stra. in pugna fuit aduerſus troē, qm̄ Ganymedez rapuerat, vt Euſe. ſcri. dignatus deoꝝ menſa Iouis myſtica ꝓdidit mortalibus Vñ apud inferos eſſe meruit ſitiens in aqs ori labentibus, vt ſcri. Home. q͛ nōnulli dixerunt hoc ſupplicium datū, qm̄ Pelopē filiuz dijs hoſpitibus epulandum appoſuiſſet, falſum eſt. Pendent p̃terea poma q̃ quotiens vult captare vento diſſipant, vt ſcrib. Home. Aſt ea ſublimen ventus cōtorquet in auras Iugeribus. Tityus filius Iouis et Ælarę, habitus eſt terrę filius, quoniam a matre educatus eſt ſub ſpecu metu Iunonis. Specu illud demonſtratur, vt ſcribit Strabo in Boetia. Is quoniam latonam violauerat, in nouem iugera diſtentus paſcit vultures, Vlyſſes apud Home. Et Tityuz vidi terrę omni parentis alumnum tñ addit iacentem in ſolo et protentum ad nouez iugera. Abundat, q2 ſunt pręſentes. Summus qui ſtat ab imo, cuius caput a pedibus diſtat nouem iugeribus. Cui. vulturi. Home ſcri. vultures duos fuiſſe. Vna de furiis ſcindet latus Tiſiphone.

ASCEN. SISYPHVS eſt illic. hęc oīa Macrob. in de ſomno Scipionis late exequitur, et habētur etiā. vi. ęnei. Quiq́;.i. et qui.s. Ixion. Bellides, belli nepotes. Nurus ſcilicet quia filijs eius nupſerant, ſed interfecerūt. Pater pelo.i. Tātalus, qui ſcđm Home. ad naſum vſq́ habet dependentia fragrantiſſima poma, et ad labra vſq́ aſcēdētia dulciſſima flumina, quę dum captantur, effugiunt. vnde de fluminibus dicit Hora. ſermone primo. Tātalus a labris ſitiens fugiētia captat. Flumina, quid rides etc.

Ingeribus nouez.i. Tityus, de quo. vi. ęnei. Nec nō et Tityon terre omni parentis alumnum. Cernere erat, per tota nouem cui iugera corpus porrigitur ordo autez textus eſt, q́; pro et, et is ſupple qui ſummus.i. ſuprema parte ſui hoc eſt vertice, diſtat ab imo idest ab ima parte ſui.s.a planta pedis nouez iugeribus et prębet aui vulturi aſſidue.i. ſine intermiſſione rodenti, ſequitur Maronem dicentez in vi. Roſtroq́; immanis vultur adunco. Immortale iecur tondens foecundaq́; pęnis Viſcera rimaturq́; epulis, habitatq́; ſub alto pectore, nec fibris requies datur vlla renatis, dico Maronem imitari, nam Home. duos vultures ſubinuicem ſuccedentes dicit viſcera debita, ſc licet talibus cruciatibus eſt ſupple illic. Vna de furijs, tres enim ſunt Tiſiphone Alecto et Megera. loqui videtur de tiſiphone, de qua ęnei vi. continuo ſontes vltrix accinta flagello. Tiſiphone quatit inſultans. Altera, ſcilicet Alecto, tertia, ſcilicet megęra. Æacus, tres quoq́ dicuntur apud inferos iudices, qui ſeueriſſimi in creta iudices fuiſſe leguntur. Radamanthus. Minos, et Æacus. Radamanthus autez, dicitur inquiſitor. Vnde ęnei. vi. Gnoſi hęc Radamanthus habet duriſſima regna. Caſtigatq́, audit dolos, ſubigitq́ fateri. Quę quis apud ſuperos furto lętatus inani. diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Minos iudex. Vnde Hora. El de te ſplendida minos fecerit arbitria, et in eodem. vi. Quęſitor minos vrnam mouet. Æacus vero executor. Vnde Iuuenalis in prima. Quas torqueat vmbras Æacus. Et hoc loco, verum hęc officia confunduntur. ita vt ſingulis omnia conueniant.

DOMI. IN TE tranſcribet. Tranſcribere trāsferre eſt tractum a colonia, qm̄ q̄ mittebant dabant nomina et trāſcripta dicebant. Pondus, ſaxum. Captet et vndas, qui frequenter ſtudeat capere. Nec mortis inchoatis imprecationibus vtitur. Nam cū ſupra dixerit, cum pereat, nec addiderit penam, nūc ait.

Homerica, cum eſſet deſcripturus numerum nauium eam imitatus eſt Hoſtius in ſecundo belli iſtri. Nō mihi ſi linguę ſint centū atq; ora ſint totidem, et deinde Virg. Non mihi ſi linguę centum. Tales tam graues. Hic fletus, quem fundas in calamitatibus tuis. Natus es, poſt ęgyptiā perſuaſionē vbiq; receptus

In te tranſcribet veterum tormenta virorum,
Manibus antiquis cauſa quietis eris.
Siſyphe cui tradas reuolubile pondus habebis
Verſabunt celeres nunc noua membra rotę
Hic erit, & ramos fruſtra qui captet, & vndas
Hic inconſumpto viſcere paſcet aues.
Nec mortis pęnas mors altera finiet huius.
Horaq; erit tantis vltima nulla malis.
Inde ego pauca canā, frondes vt ſiquis ab ida,
Et ſummani libyco de mare carpat aquā,
Nā neq; quot flores ſicula naſcuntur in Hybla
Quot ue ferat, dicam, terra cilissa crocos
Nec quū triſtis hyems aqlonis inhorruit alis,
Quam multa fiat grandine canus Athos.
Nec mala voce mea poterunt tua cūcta referri
Ora licet tribuas multiplicata mihi
Tot tibi ve miſero venient taleſq; ruinę,
Vt cogi in lachrymas me quoq; poſſe putē.
Illę meę lachrymę facient ſine fine beatum,
Dulcior hic riſu tunc mihi fletus erit.
Natus es infelix ita dij voluere nec vlla,
Commoda naſcenti ſtella leuiſue fuit.

Penas, quas dabit poſt mortem. Inde, ex numero dolorum malorum. Vt ſi quis carpat frōdes in ida, Ida filia dardani fuit regis Scytharum. Ida nutrix Mēnonis, quis fabulę auroram tradiderint. Ida ſylua in creta a qua ſyluam Phrygiā Idam dixerunt Teucri e creta profecti. Vt Callimachus elegiarum poeta primus edocuit. In hac proceritas arborum et copia in admiratione eſt. Pinus ꝓfert quę nullam ſentiunt cariem, vt ſcribit Theophraſtus.

De mare libyco. mare libycum.i. Africanum dictum eſt & noxium, ante Syrtes protenditur in ęgyptum vſq; Pelagus profundum Eratoſthenis ſententia mille et quingētis ſtadijs. De mare libyco, alibi numerum malorum comparat aquis Icarij maris. Tot precor aduerſis, quę ſi comprehendere coner, Icarię numerum dicere coner aquę.

Hybla, ab hyblone rege dicta eſt, vt placet Thucydidi, qui cum ea prodidiſſet megarenſibus effecit vt ab his ſtatim cōderentur appellareturq; Megara Stra. a Dorienſibus conditam ſcri. tū priſtinum nomē manſit ꝓꝑ mellis Hyblei ꝓſtantiam. Eſt. n. eiuſdem ſocis mons ꝓximus Thymo abundans. Vnde apes paſtę mel optimū conficiunt. Crocus. puer ſmilacē amauit ipſe conuerſus in florem ſui nominis, puella in hederam quam ſmilacem dicunt. Hic flos vna cum loto et Hiacintho ab Homero celebratur ꝓꝑ odoris ꝓſtantiam naſcitur magna vbertate, et ꝓſtantia in cilicia in monte Corycio, vt ſcri Pli. Stra. teſtatur ad Antrum eius nominis. Athos, mons altiſſimus dictus aliquā ab Ho. Thracius, cum et Thracię et Macedonię ſit abſciſus a cōtinenti a Xerſe perſarum rege interuallo paſſuum mille et quingentorum. Oppidū in cacumine habuit acrocon, athos dicitur et non athon, quod nonnulli falſo ſuſpicati ſunt. nā athos o ſyllabam producit cū ἄθως ſit apud grecos, vt Virgil. verſus bene ſeruari poſſit. Ferat producat. Ora multiplicata, hyperbole eſt

eſt aſtrorum motu infelicitatē vel felicitatem naſcenti portendere. Iuue. Diſcat. n. quo ſydere &c. Excipiāt modo primos incipientem edere vagitus. Petoſiris, cuius meminit Iuue. et Plin. in. ij. et. vij. in eo plurimum elaborauit, fuere nōnunq̄ in contemptu, & habiti pernicioſi q̄ hāc ſcītas profitebantur, expellebanturq; ſępe numero ex vrbe Mathematici. Idem enim verbum ſignat apud Tranquillum eos, qui ex aſtrorum motu futura ꝑdicebant, ex hac diſciplina predicit poeta felicitatem ibidi.

ASCEN. ÆACVS tranſcribet in te penas infernales. i. transferri faciet in te, et erit manibus. i. inferis ſpiritibus, aut animis, ſeu ſi manis animabus antiquis cā quietis, q̄ o Siſyphe erit ſup. tunc qū Ibis erit apud inferos, ſupple aliquis cui tradas. i. tradere poſſis, pondus reuolubi. i. ſaxum aſſidue reuoluendum. Hic ſcilicet ibis. erit. ſ. qui Tātali penas dabit, hic in cōſumpto erit. ſ. loco Tity. Nec mortis penas. Quod in hunc imprecatur poeta nimiū verum experiuntur damnati, qui de colore nimio transferuntur in aquas nimium et nouo genere mortis cruciantur, nec finitur mors morte, ſed continuatur. Inde ſcilicet de infinitis malis. Lybico de mare, ſic legendū eſt, non mari propter verſum, quod idem alibi quoq; inuenies, Terra cilissa pro cilicia. factō diminutiuo greco. Attho, mons inter Thraciam & Macedoniam aſſidua grandine aut niue pulſatus. Natus es infelix, docet ex mathematicorum atq; aſtrologorum diſciplina infeliciter natum et infauſto horoſcopo, quam diſciplinam cum diuus Auguſtinus in libro de ciuitate dei. tum picus mirandula in opere contra aſtrologos validiſſimis rationibus impugnant, immo expugnant. Stella commoda, ideſt vtilitatem afferēs, vel leuis, ideſt non aggrauans. hoc eſt nulla commoda fuit ſed quęlibet grauis.

Non venus affulſit, non vlla Iuppiter hora,
Lunaq; non apto. Sol ne fuere loco.
Nec ſatis vtiliter poſitos tibi prębuit ignes
Quem peperit magno lucida Maia Ioue,
Te fera nequicq̃ placidum ſpondentia Martis
Sydera preſſerunt, falciferiq; ſenis,
Lux quoq; natalis, ne quid niſi triſte videres,
Turpis, et inductis nubibus atra fuit
Hęc eſt in faſtis, cui dat grauis Allia nomen,
Quęq; dies Ibin publica damna tulit.
Qui ſimul impure matris prolapſus ab aluo ẽ
Cyniphiam foedo corpore preſſit humum
Sedit in aduerſo nocturnus culmine Bubo.
Funereoq; graues edidit ore ſonos.
Protinus Eumenides lauere paluſtribus vndis
Qua caua de ſtygijs fluxerat vnda vadis.

DOMI. VENUS, Planeta eſt infra ſolem, cuius curſum et nãm Pythagoras Samius primus cognouit, eam ſtellam alij Iuno. putarunt, alij Iſidis, alij matris deum, cuius nã cuncta generant alalium ſtimulantur corpus felicitatem et grãm apud mortales portendens ſi naſcenti affulſerit. Iuppiter ardore nimio Martis ſtellę et rigore Saturni, inter quę duo sydera ẽ interiectus interpretatur. Mercurij ſtella ab alijs dicta ẽ Apollinis felicitatem vel malum portendit, ſi aut bono aut malo syderi fuerit coniuncta. Mars vulnera furorem et perpetuam ferri inſaniam. Stella a ſtando dicitur. Lenis, benigna. Non apto loco, nam pro varietate regionum cęleſtium planetę mutant naturam. Senis falciferi. i. Saturni, cuius sydus malum eſt. Atra, alludit ad dies atros, qui infauſti fuit. Hęc eſt, dies erant atri oẽs poſt idus et nonas, qui poſtriduani dicebantur, qđ ſenatus decreuerat hac de cauſa. L. n. Agnius aruſpex docuit ſenatum Quintũ Sulpitiũ aduerſus Gallos pugnatur ad Alliam flumen rem diuinam feciſſe, quo tempore ad extremum fortunę diſcrimen res Romana concidit poſtridie idus Quintiles, inde ſuſceptum, vt poſtriduani dies atri haberentur. Plutarchus ſcribit poſtriduanos eſſe atros, quoniam inferis ſint dicati, cum dies pręcedens calen. nonas vel idus ſuperis ſit dicatus, quemadmodum antiquitas Ianuarium menſem Iano, Februarium inſequentem inferis celebrat, idem dies dicuntur allienſes, qm̃ ob infelicem pugnam ad Alliam ſint ↄſtituti. His nec Iouem nec Ianum pręfari fas erat nec quenq̃ ſuperum. Allia flumen quindecim milibus paſſuum ab vrbe diſtans buſtis Romanis nobilis deleto prope ad internitionem exercitu. Grauis, infelix. Faſti libri, dies feſtos cõtinentes redacti in volumen a Cn. Flauio ſcriba Appij Cęci tanta gratia apud plebem cum eos edidiſſet, vt creatus ſit ędilis Curulis pręteritis duobus filijs conſulum, natus ipſe Libertino patre, nam ante libros illos ab eo editos, cogebatur plebs rationem dierꝫ quęrere a principibus ciuitatis. Auctor Plĩ. Dies, quę promſit ibin eſt in faſtis. Publica dãmna, nam ob publica damna, dies atri erant ↄſtituti. Simul, cum primum. Humũ cyniphiã, cur ait poeta ibin natum eſſe in cyniphia terra, q̃ eſt in Lybia, aut ob hircos cyniphios, qui foetidi ſunt, vt oſtendat eum male olere, nã qui male olent, dñr hircoſi. Et Catullus. Hircum ſub alis male olentibus habitare dicit.

An ſi potius placet, quoniam auctore Plutar. ferę monſtruoſę ibi naſcebantur. conuenientibus diuerſis animalibus ad eundem fontem ob penuriã aquarum in Libya, et ibi diuerſiſſimis mixtis. Vnde prouerbium illud ſuſceptum eſt, Africam ſemp noui aliquid afferre, cum noua monſtra ferarꝫ produceret Cyniphis labitur ex mõte Chariton, vt ſcri. Herod. oppidũ eſt illic eiuſdem nominis. Vt auctor eſt Pli. ſed dictio apud Pli. mendoſe ẽ ſcripta cyniphios p cyniphis. Bubo acherontis filius et orphines nymphę conuerſus in auem ex aſcalapho ob accuſationem proſerpinę, auis funebris rebus eſt publicis non rebus priuatis, pręſertim ſi in lucem appareat, quẽadmodum noctuę, et vlulę, quę omnes ſunt aues nocturnę. cellam. Capitolij intrauit Pompilio ẽ pediano conſulibus, qua de cauſa vrbs eo anno luſtrata eſt. Conuenit igitur augurium bubonis Ibiden, cum ſupra eum dixit publica damna. Graues, querulos. Eumenides Furię infernales dictę quaſi benignę per ↄtrariuꝫ. Paluſtribus vndis, nã aqua paluſtris infelicis oĩs ẽ, et repudiata a ſacris quibus viua aqua fluminis vti fas erat. Vnda caua. obſcura, quẽadmodum nubem dicimus cauam.

ASCEN QVEM Peperit. s. Mercurius filius Iouis ex Maia. Atlantide. Hęc eſt &c. docet atrum infauſtãq; fuiſſe, qua natus eſt, diem. Ordo eſt. Hęc. s. natiuitatis tuę eſt dies, cui Allia fluuius ille grauis. i. moleſtus et infauſtus dat nomen, q̃ dr allienſis, in faſtis. i. lib. faſto. ſeu feſtoꝝ, vbi dies atri notati erant, ſicut nonnulli chriſtianorum veteri ſuperſtitione inducti dies ęgyptios notant. Scribitur autem Allia ſemper gemino ll et prima producit, licet Seruius aliter ſentiat male allegans illud Luca. atq; alię clades, nam ibi alię adiectiuum eſt ab alius a. um. vt docet Beroaldus in eundem, et hęc eſt. dies, quę tulit ibin appoſitorię. q. d. exiſtentẽ publica dãna. Nam quocunq; die reſpu grauia damna perpeſſa eſt, is ater habitus eſt. Cyniphiam &c. Bonę ſunt calderini rationes, nam illic hirci abundant, vnde in Georgicis. Cyniphij tondent hirci. Errantes autem olentes dicuntur hircum olere. Horatius Primo ſermonum paſtillos ruſticus olet. gorgonius hircum.

Paluſtribus vndis, quę non purgãtur, ſicut aquę currentes, quas viuas vocat Maro dicens Æneid. ij. Donec me flumine viuo abluero. Attrectare nephas &c. Quę vnda caua. i. obſcura et nubila aut euaporata extracta pura aqua per exhalationem.

Pectoraq; vnxerunt erebeę felle colubrę,
Terq; cruentatas increpuere manus
Gutturaq; imbuerunt infantia lacte canino.
Hic primus pueri venit in hora cibus.
Perbibit inde ſuę rabiem nutricis alumnus,
Latrat et in toto verba canina foro.
Membraq; vinxerunt tinctis ferrugine pannis,
A male deſerto quos rapuere rogo.
Et ne non fultum nuda tellure iaceret:
Molle ſuper ſilice imposuere caput.
Iamq; re ceſſurę viridi de ſtipite factas,
Admorunt oculis vsq; ſub ora faces.
Flebat, vt eſt fumis infans contactus amaris
De tribus eſt, quum ſic vna locuta ſoror.
Tēpus in imēſū lachrymas tibi vouimus iſtas,
Quę ſemper cauſa ſufficiente cadent.
Dixerat, et clotho iuſſit promiſſa valere.
Neuit et infauſta ſtamina pulla manu
Et ne longa ſuę pręſagina diceret horę,
Facta canet vates qui tua, dixit, erit.
Ille ego ſum vates, ex me tua vulnera diſces,
Dent modo dij vires in mea verba ſuas.
Carminibusq; meis accedant pondera rerum.
Quę rata per luctus experiere tuos.
Neue ſine exemplis qui cruciere prioris,
Sint tua troianis non leniora malis.

DOMI. EREBEÆ col. infernales colubrę. Ter. nā ternarius numerus in ſacris adhibebatur pſertim magicis, vt eſt apud Virg hunc numerū ad ſacra ptinere ſcri. Ariſto. in principio de cęlo. Lacte canino, vt futurā rabiē portendere, nā canes ad rabiem ſunt proni. Perbibit rabiem, hoc eſt qd, Quinti. ex teſtimonio Chryſippi, et Phauorinus apud Auli Gellium diſputant mores infantis formari ex lacte nutricis, ppterea cenſebat Chriſippus nutricem doctam eſſe dandam infanti, quē volumus oratorem. Ex hac diſciplina illud extat. Virgi. Hircaneq; admorūt vbera tigres. Ferrugine, nam color infernalis ferrugineus ē, et cymba charontis ferruginea eſt apud poetam. Male deſerto, hois damnati. De viridi ſtipite, nam faces virides infelices ſunt pp fumum. Cā ſufficiēte, cā lachrymarū ſemp durante. Pulla ſtamina, infelices, dū hīc in manibus parcarū ſtamina nigrā felices alba. Papinius. Iāq; dies aderat parcarū conditus albo vellere. Hoc autē eſt ex diſciplina Æthruſca, vt Macrobius ſcri. et nos in cōmentarijs Silij diximus. Lōga pſagia, hoc dicit pp magnitudinem calamitatū. Per tuos luctus, tuis calamitatibus. Neue ſine, ordit imprecationē incipiens a malis Troianis. Nā oratoris eſt narraturi aliquid cumulum quēdā rerū pponere, tū deducere ſingula, vt hoc loco facit. Prioris aeui antiquitas, hoc dicit poeta.

ASCEN. EREBEÆ, Erebus dictus eſt locus obſcurus inferni, aut ipſe infernus, et ſcribit a doctoribus ſine h. Gutturaq; ibuerunt, docui alibi hoc e in a hac tertia pſona sępe correptū inueniri, ſed quandā celeritatem figurari, vt in Bucco. Matri longa decē tulerunt faſtidia menſes, et in Geor. Miſcueruntq; herbas et non inoxia verba, et ęnei. Obſtipui ſteteruntq; comę &c. nō eſt aūt legendū ibuerint, vt alia docent. vba. Pānis tinctis ferrugine, ferrugo eſt purpurę Hiſpanicę genus coloris fuſci atq; ſubnigri. Rogo male deſerto. s. pmū cadauer hois dānati penitus exuſtū eſſet. Vn pāniculos ſemiuſtos et famoſos atq; ob id ferrugineos nutricē ibidis ſubtraxiſſe dicit. Capit mole, quam infantis, ſed id quoq; notā hij ſilices ſt duriſſimi ſunt lapides, vn ignis excuti ſolet. Iāq; receſſurę. s. colubrę infernales. i. cum recederet vellet admorunt p admouerunt et applicuerunt oculis s. ibidis pueri, vsq; ſub ora faces factas de viridi ſtipite vt fumo cruciaretur. Vna ſoror de tribus. i. vna parcarū quę tres ſorores ſunt, et fata hominū ordiunt, ſcitq; colū Clotho lacheſis trahit. Attropos occat. Pulla. i. nigra ſtamina. Vn I Geor. Reijce ne maculis infuſcent vellera pullis, Inde pullati dicūtur veſtibus lugubribus, q nigrę ſunt induti. Preſagia dicūt quę ſagaciter precogitata ſunt, ſed ſaglo et pręſagus atq; pręſaginum ſa ſyllabam producunt, quam ſagax corripit. Facta canet. ordo ē. ipſe dixit vates erit qui canet tua facta. Ille ego ſum vates, in me. i. in carmine meo, non i me ipſo, quaſi ipſe ſit p exemplo quod aduerſarius magno fortaſſis meretur. Neue, ſine exemplis. Incipit commemorare mala quę alij paſſi ſunt, imprecans ea in caput aduerſarij. Quia vero hiſtorię et fabulę graphice recitātur a Calderino, dicam ordinem qui talis eſt. Neue. i. etiam ne vt accipiatur ne pro et, ſicut vel accipi ſolet, quam aliter ne ne ſemel poſitum non congrueret vi principio orationis igitur etiam ne tu crucieris. i. torquearis ſine exemplis prioris eui, id eſt vt crucieris ad exempla eorum, qui fuerunt in priore, hoc eſt priſco euo et ſeculo, tua mala ſint nō leniora malis Troianis, quę magna nimirum fuerunt, quia Troiani decennali bello vexati, tandem funditus exterminati ſunt, et Troia radicitus euerſa. Et geras ſupple in crure venenato, id eſt venenatis ſagittis inſerto, tanta, id eſt tam magna et ſęua vulnera, quanta ſupple geſſit Pęantius, id eſt Philocletes filius Pęantis, vt atteſtatur Seruius et Seneca dicens in Hercule furente in perſona Herculis ſagittis porrigentis. Accipe hec ſate peante dona et munus Alcide cape. Nec fallat vnquam dextram hic arcus tuam. Libra re tela didicit et certam dare fugam ſagittis ipſa non fallunt iter. Emiſſa neruo tela.

Quantaq; clauigeri pęantius Herculis hęres,
Tanta venenato vulnera crure geras.
Nec leuius doleas, quã qui bibit vbera ceruę.
Armatusq; tulit vulnus inerme potens.
Quiq; ab ęquo preceps alienis decidit aruis,
Exitio facies cui ſua pena fuit.
Id qđ Amyntorides videas, tepidusq; miniſtro
Prętentes baculo luminis orbus iter.
Nec plus aſpicias, q̃ quem ſua filia rexit.
Expertus ſcelus eſt cuius vterq; parens.
Qualis erat poſtq̃ iudex de lite iocoſa,
Sumptus apollinea clarus in arte ſenex.

DOMI. QVANtaq; philoctetes comes herculis ſolus moriturí rogum auſus eſt ſuccendere, rogãte id hercule, in cuius rei premiũ fatales ſagittas hydrę veneno tinctas hercules ei reliqt ſine qbus rñdit oraculus Troiã capi nõ poſſe, Vlyſſes Philoctetẽ ad Troiã ducere voluit, ſed in Lẽno mãſit vulneratus. Lapſa e pharetra ſagitta. Lycophrõ ab Ho. diſſentiẽs ẽ nris poetis ſcri. eum Troiam perueniſſe vna cum Vlyſſe Strabo Philoctetem ꝓfugum ſuis ſe pria narrat. Et petiliam vrbe in brutiis abſeo cõditã fuiſſe. Addit Apollodorus eam Coloniã in Siciliaʒ miſiſſe. Vulnera ſagittę acerbiſſima fuerunt, vt ex Philoctetę lachrymis apud Lycophronem, et Sophoclem dixi/mus. Nec leuius. Telephus filius Herculis et auges filię Aloei inter virgulta inuẽtus eſt nutritus a cerua donatus a paſtoribus corito Theſſalię rege cũ ex oraculo didiciſſet mrẽm pñnam'iuaʒ vel potius emiſſam a pře ob ſtuprũ cũ Hercule perueniſſe in Miſiam eo ſe ꝯtulit. vbi a Teuthrante rege et Auge ducta eſt vxor, ẽ Telephus factus, filius ſucceſſor regni vulneratus eſt ab Achille, in quo et ſi nři ꝯſentiunt oẽs. tñ Euſtathius veterem aliam repetit hiſtoriam. Scribit. n. grecos ignorantes iter ad Troiam ꝑueniſſe prius in Miſiam ꝑ errorem, vbi Telephus regꝫ potiebat. Telephumq; deſcendiſſe in pugnam aduerſus externos, inſequentem Vlyſſem vitis trunco offenſuʒ cecidiſſe ibiq; vulneratũ ab Achille, qui imminebat, tum grecos a littore ꝓpulſatos in gręciam rediſſe. Cum aũt rñdiſſet oraculum Telephi vulnus ſanari non poſſe, niſi eodem loco iterum ab Achille vulneraret in gręciam nauigauit ꝓmiſitq; Achilli primũ ſanati vulneris ſe ducẽʒ futurũ ad littus Troianum, qđ actũ eſt. Fabuloſior ita hꝫ hiſtoria. Sed Plin. ſcri. vulnus Telephi ſanatum ab Achille, admixta ferri rubigine emplaſtro, vñ Achilles ingt pingiẽ, decutiẽs cuſpidem Telephi vulnus.

Quiq; bellerophõtẽ accuſatũ abantia, vt ſcri. Home. et Higi. vxore pręti abantis filij q vim inferre voluiſſet, vulgata eſt hiſtoria, quo crimine Prętuʒ eum miſit, vt Higi. ſcrib. ad Iobatem, vt alij ad Euryen Lyciorũʒ regem pẽm Antię, vt flammis chimerę, quę Lyciorum fines vaſtabat eum obiiceret. Sed victor adeo Iobatem regem cõmouit vt ei data ſibi Achimene in vxorem ſororę Antię et regis filia. Poſt effuſionem fontis a pegaſo equo contendit euolare in cęlum. Sed in altum ſublatus in terram deſpiciens adeo eſt perterritus, vt cecidérit, pegaſus autem dicitur in cęlum ſubuolaſſe et eſſe inter aſtra. Anteam alij appellarunt Sthenobeam. Bellum Bellerophontis ẽ Piſandri eius filij in ſolimis ſcri. Stra. Naʒ eos pꝛ ſos a Bellerophonte expugnatos hiſtorię credimus. Id qđ, phenix vt de alij eiuſdẽ nois ſileamus filius Amyntoris fuit filij cerephi, quem Ormenum genuit. Cretes ſcri. eũ Phocenſem fuiſſe, hic cum haberet rem cum pellice pris, vt auctor eſt Home. delatiõe nouercę accuſatus aufugit, vſitq; ad Peleum Achillis prem. Vnde ꝑpetuus comes et magiſter Achilli ſuit, hunc cęcum fuiſſe non tradidit Hom. ſed apud interpretem lycophronis eſt in priam reuerſuʒ ſuoꝝ aſpectu nõ potuiſſe frui, qm̃ oculis carebat. Quod addunt quidaʒ a filijs eum cęcatũ non reperio. Nec plus Oedipus inceſta matre et přis nece infamis ob ſceleris ꝯſcientiam cęcatus eſt, regebaturq; cęcus ab Iſmena filia. Quãuis Diod. hiſto. ſecutus aliter ſcribat. Qualis Tireſias ſumptus iudex a Iunone et Ioue viri ne an mulieris libido maior eſſet, ſnĩam tulit in Iunonem, a q̃ oculis eſt ꝑuatus, ſed Iuppiter ꝯſolatus eſt eius calamitatẽ honore, nã dedit diuinãdi artẽ. Hic ꝓdixit thebaꝝ interitũ, ſuaſitq; ciuibus vt fugerẽt. Euerſa vrbe captiuus, qm̃ in itinere aquam ex tilphuſa fonte bibiſſet, mortuus eſt, vt ſcri. Pauſa. Daphne eius filia, q̃ poſtea dcã eſt ſibylla vaticinandi artem edocta multa ſcripſit rñſa. vñ Ho. poema ornauit. Tire. meminit Ho. in carmine magico.

ASCEN. POEANTIVS igit. i. Philoctetes, hęres. i. ſucceſſor in poſſeſſiõe arcus ẽ ſagittaꝝ Herculis clauigeri. i. clauam gerere ſoliti. Nec doleas leuius q̃ is ſup. q bibit vbera ceruę ſup. doluit, vꝫ Telephus de quo Hora. Telephus et Peleus cũ pauꝑ et exul vterq; etc. ẽ q potens et armatus. tulit vulnus inerme illatuʒ s. ab Achille inermi, ꝑter haſtã. Niſi legendũ eſt. Armatiq; tulit etc. Quiq;. i. et q̃ is qui hoc eſt, et non doleas leuius imo grauius, q̃ is. qui dedit ꝑceps ab equo. s. pegaſo alato, in aruis alienis, videlicet bellerophon cui ſua facies fuit pene exitio. i. cã exitij et mortis, qꝛ ab eam a Stenobea ad ſtuprum interpellatus cum accuſaret criminatus fere exitio datus eſt. Et videas id ſup. qđ Amytorides. i. Phęnix Amyntoris filius ſup. vidit videlicet nihil boni, qꝛ cęcus effectus poſt exilium eſt, et tu orbus luminis ideſt priuatus viſu, ꝑtentes inter trepidũ baculo miniſtro in quo ducaris prę inopia loco miniſtri, cũ miniſtrum non habeas. Nec aſpicias plusq̃ ſup. Tireſias vates Thebanus et cęcus, quem ſua. i. ipſi propria filia rexit ſumptus. i. aſſumptus, et effectus ſenex clarus in arte apollinea. i. diuinandi, in qua Apollo pręſtitit, et quaʒ illi Iuppiter ob ſententiam pro ſe ꝯtra Iunonem datam contulerat. Et ſup. ſis talis, qualis fuit ipſe. s. Phineus cęcus.

Qualis & ipſe fuit, quo precipiente columba
Eſt data Palladię pręmia, duxq; rati,
Quiq; oculis caruit, p quos male viderat aurũ
Inferias nato quos dedit orba parens.
Paſtor vt ętneus, cui caſus ante futuros
Telemus Eurimedes vaticinatus erat,
Vt duo phinidę, quibus idem lumen ademit

DOMI. QVALIS et. Phineus nobilis eſt carmine apollonij valerij hiſt. Diod. q dũ veritatem fabuloſe inueſtigat, a nr̃is diſcedit. Hic cęcus erat ne longiorẽ repetamus hiſtoriã. Dapibus non poterat veſci cum harpię admotę menſis eas foedarent. Zetus et Calais borę filij inſecuti aues ad plotas vſq; inſulas, q̃ poſtea dictę sũt Strophades, eũ tanto ſupplicio liberarũt, quo bñficio deuictus canit apud Apollonius rhodius monens argonautas, vt inter cyaneas petras columbas ſequanẽ, quã dij mitterent. Apud eũdẽ poetã argonautis diſceſſuris ex ponto apparuit auguriũ accipitris colũbas inſectantis q̃ in Iaſonis ſinũ decidit. Mopſus vates id in bonam partẽ eſt interpretatus. Columbã fuiſſe ducem argonauti, carmen Valerij innuit, et Propertij. Ignoto miſſa columba mari, ſed datam fuiſſe a Phineo, p̃dicta aſit nullus p̃ter Apolloniũ ſcri. De hoc plura in cõmentarijs Propertij diximus. Palladię rati argonautis palladia dicta, qm̃ facta eſt cura palladis. Ovi. Et quę cura pugnacis facta Minervę. Per non tentatas prima cucurrit aquas. Papini. Et puppem temerariã Minervę, quod alij aliter interpretanẽ fuiſſe illic ſapientes hoĩes, et p̃terea dictas palladiam, ſomniũ eſt. Quiq; polymneſtor vt Gręci ſcribunt rex Thracię veteri amicitia coniunctus cum priamo imminẽte bello gręcoꝝ, Polydorum Priami filium a parentibus ſibi mandatum hoſpitio ſuſcepit. Sed ruentibus Troianis auri, qđ Polydorus attulerat, auiditate captus ꝯtempto hoſpitij iure polydoꝝ obtruncat. quod cum hecuba mater ꝯcepiſſet, diſſimulans ſe necatum fuiſſe filium intelligere, Polymneſtorem rogauit, vt accepto theſauro quem indicaret filium redderet, is ſecutus mulieris fidem adductus in ſecretus ab Hecuba, et ancillis oculis priuaẽ ferramentis minutiſſimis, q̃ veſtibus contecta intulerant, q̃uis nonnulli aliter verſum Euripidis interpretantes, vnguibus effoſſos oculos putent. Paſtor. Polyphemus inter Cyclopes ſiculos Home. carmine celeberrimus oculuꝫ amiſit aduſto ſtipite effoſſuꝫ ab Vlyſſe cũ aſſumptis quoq; ſocijs Vlyſſis vino obrutus iaceret, qđ ipſe Vlyſſes ꝓpinauerat celebratũ & a Plinio ob egregium ſaporẽ, longuꝫ extat Homeri carmen. vnde fabuloſa hiſtoria a nr̃is accepta eſt, ita ex hoc locũ illũ Iuuenalis interpretor, vbi ait. Et appellat puer vnicus, vt Polyphemi. lata acies p quam ſolers euaſit Vlyſſes. vt intelligas illum dicere ſibi alteꝝ pueꝝ inueniendum eſſe cum vnicum habeat qui non magis ſibi ſatisfacere põt, quã vnuꝫ oculus potuit ſatisfacere Polyphemo, p quem Vlyſſes euaſit quaſi diceret ſi duos oculos habuiſſet Polyphemus, non euaſiſſet Vlyſſes. de hoc plura diximus in cõmentarijs Iuuena. Telemus vates, vt Theocritus ſcribit, et teſtis eſt Ouidius predixit Polyphemo aliquando futuꝝ, vt ei oculus effoderẽ ab Vlyſſe. Vt duo phinidę, duo Phinei filij ex Cleopatra vim intulerũt idę, quã Phineus ſuperinduxerat filiam Dardanẽ Scythaꝝ regis, qua de cã excęcati a p̃re ſunt, ita. n. nõnulli ſcripſerunt auctore Diodo. Thamyras, ab Home. Thamyris dr̃ aptus ad lyraꝫ ẽ carmen vt ſcri. Diodo. claruit muſica adeo, vt quẽadmodum Home. in. ij. Iliados ſcrib. ex oechalia Peloponneſi veniens muſas, quibus occurrit in certamen prouocauerit, a qbus excęcatus eſt, vt nr̃i poetę interpretati ſunt viſum Ho. q̃uis dictió apđ Ho. non ꝓprie excęcatum ſignificet, ſed mutilatum et lęſum. Home. μουσαι πηρον θηκαν .i. lęſum reddiderunt. Dio. priuatum tm̃ muſica et lyra. ſcri. θηκαν. Proper. Me licet et Thamyre cantores fata ſequantur. Nunq̃ ad formoſas inuide cęcus heroidẽ Pauſanias, qui ſcribit eum Philamonis filiũ fuiſſe. Plura diximus in commentarijs Propertij.

QVO p̃cipiente. i. ex cuius p̃cepto columba eſt data pręmia, et dux rati palladię vꝫ argonauti, quo argonautę vehebantur. hiſtorias recitat Calderinus. A SCEN.

Quiq; oculis caruit. Adducit alia cecitatis et incõmodoꝝ alioꝝ exẽpla, q̃ in Ibin ꝯtinuo imprecaẽ. Ordo eſt a ſuperiori. Et ſup. ſis talis, qualis fuit is s. Polymneſtor rex Thracię, q caruit, imo priuatus fuit oculis p quos viderat male. i. cum auarina nimia aurum. s a Priamo Polydoro apud eum depoſitũ vñ ęnei. in Polydoꝝ obtruncat, et auro. vi potiẽ, qđ nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? quos. s. oculos Polymneſtoris parens. i. mr̃. s. hecuba, orba. i. priuata, filio. s. Polydoro. Dedit nato inferias. i. pro ſacrificio inferis accepto, ac manibus eius Et ſupple. ſis. Vt paſtor Ætneus. s. Polyphemus, q in Ætnęo mõte oues paſcit, vbi ab Vlyſſe ſtipite ficulneo aduſto excęcatus eſt, vt Virg. ęnei. iij ſcri. Cui Telemus Eurymedes mãtis. i. vates iſte inter Cyclopas, vt Ho. dicit periciſſimus erat vaticinatus. i. ꝓphetauerat ante. i. priuſq̃ euenirẽt, caſus futuros. i. amiſſionem oculorũ. Vnde eo dr̃ metamor. xiij. Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales. Terribilem poliphemonem addit, lumẽq; quod vnum, fronte geris, media rapiet tibi dixit Vlyſſes. Et ſupple ſis cęcus. Vt duo phinidę i. filij Phinei, qbus idem, qui dedit lumen. i. viſum, vꝫ phineus rex pr̃ eoruꝫ per gr̃iationem ademit. i. abſtulit lumen. Et ſup. ſis. Vt caput Thamirę illius vatis a muſis excęcati, et Demodici illius optimi muſici ceci, per quem Home. ſeipſum ſignificaſſe putaẽ, fuit. n. ẽ ipſe cęcus et poetaꝝ optimus. Et aliqs qui cunq; is ſit ſecet. i. intercidat ſic tua mẽbra, potiſſimum virilia, vt Saturnus ſubſecuit. i. ſub illis exiſtens aut clanculum ſecuit illas partes, vnde erat creatus. i. virilia p̃ris ſui cęli, quę in mare proiecit, et ex ſpumis eius illis q; nata eſt Venus.

Qui dedit, & thamyrę, demodociq; caput,
Sic aliquis tua membra ſecet, Saturnus vt illas
Subſecuit partes, vnde creatus erat
Nec tibi ſit tumidis melior Neptunus in vndis
Quam cui ſunt viſę frater, et vxor aues.
Solertiq; viro lacerę quem fracta tenentem
Membra ratis Semeles eſt miſerata ſoror,
Vel tua ne pęnę genus hoc cognouerit vnus,
Viſcera diuerſis ſciſſa ferantur equis.
Vel quę qui redimi Romanos turpe putauit
A duce puniceo, pretulit, ipſe feras.
Nec tibi ſubſidio ſit pręſens numen, vt illi
Cui nihil Hercęi profuit ara Iouis
Vtq; dedit ſaltus e ſummo Theſſalus oſſa.
Tu quoq; ſaxoſo pręcipitere iugo.
Aut velut Euryali, qui ſceptrum cępit ab illo,

DOMI. DEMODOCIQ; duo cantores ſunt apud Home. in Odiſſea, Phemius in conuiuio procorum Demodocus in conuiuio alcinoi, cuius muſicam laudat Ho. ſeipſum deſignans, ſi Euſtathio interpreti credimus, hic cęcus fuit. Home. hunc valde muſa dilexit dedit bonūq; malumq;, oculis quidem priuauit, ſed cātum dedit ſuauiſſimum. Sic aliquis, Saturnus genitalia patri dicitur abſcidiſſe, qđ q ad hiſtoriā retulit, aiunt hoc factū eſſe, q vltimus fuerit filius. Sequuntur naufragia. Nec tibi ſit. Ceyx Halcyones coniunx cum ad oracu lū nauigaſſet, facto naufragio ſubmerſus eſt, cuius rei dolore Halcyone ī auem conuerſa eſt, ſui nominis. Ceycis frater Dedalion in accipitrem fuerat conuerſus dolore filię amiſſę. Solertiq; viro. Vlyſſes irato Neptuni numine, vt Hom. ſcri. multa in aquis incōmoda ꝑpeſſus eſt, fecitq; tandē naufragium, vñ cū enataret in rate, affrīcaretur q; maximo dolore. Ino filia Cadmi quę a grę cis Leucothea dī, a nřis matuta, vt Cicero teſtat, cō miſerata eſt naufragiū, verſaq; eſt in ſpēm mergi vel gauię, quā Home. appellat ethiā, ꝯſolata ē me rentē, deditq; velū, quo circūdato pectore enataret tutus Ho. Quę Vlyſſem miſerata eſt laborātem, deditq; velū inquiens, hoc velū ſub pectore oſtende. Vel quę, Attilius Regulus cum auctore Tuditano, ſi Gellio credimus, venenum ſibi datum eſſe dixiſſet a pęnis quod morē in diē ꝓferret, Patribus ſuaſit, vt captiuorꝫ ꝑmutatio non heret. Maluitq; ad paratū ſupplicium reuerti, quā viuere mutilis ciuis patrię quo ſupplicio ſit affectus, non ſatis conſtituunt annales, cum Tubero ſcribat eam in tenebras fuiſſe demerſum, et ſubito in Solem ardentiſſimum inductum, coactumq; intendere oculos in cęlum hoc cruciatu periiſſe. Tuditanus auctor eſt ſomno diu prohibitum tandem extinctum eſſe. Silius quiete prohibitum ſcribit collocatum in armario pręfixum ſtimulis. Silius. Pręfixo paribus ligno mucronibus omnes. Armantur laterum crates, cui opinioni vt aſſentiamur, illud monet plurimum, quod legimus captiuos pęnorum traditos filiis Reguli a Romanis, vt patris mortem vlciſcerentur, pręfixis muricibus coniectos fuiſſe ī armarium tanquam in ſimile ſupplicium. Cui nihil, Priamus deſperata ſalute ſua, et ſuorum confugit ad aram Iouis Hercęi, quę in media regia erat, vbi a pyrrho obtruncatus eſt, nihil enim profuit numen Iouis. Carmen de hoc Virgilianum extat.

ASCEN. NEC Neptunus ſit tibi melior. i. benignior et fauorabilior in vndis tumidis. i. inflatis oriente tempeſtate ꝙ ſupple ei, videlicet Ceyci, cui frater. ſ. Didalion mutatus in accipitrem, et vxor. ſ. Halcyone mutata in auem ſui nominis, cum Ceyce marito prius ſubmerſo. De Halcyonibus autem in Georgicis plura dicuntur quo modo tempore tranquillitatis in media hyeme in mari nidificent &c. cui igit frater Dedalion et vxor Halcyone ſunt viſi aues aut ſunt aues viſę, vtroq; enim modo dici pōt. ſed q ꝑponitur adiectiuum dicemꝰ viſa. Nec neptunus ſit tibi melior ꝙ ſupple viro ſolerti, ſcilicet Vlyſſi, quē tenentē membra fracta, ideſt fragmenta, ratis lacerę, ideſt diruptę ſoror Semeles, ideſt Ino Inachi filia eſt miſerata, quia velum dedit, vt recitat Calderinus, vel vt ſcena tua ſciſſa, ideſt diſrupta, et diſtracta ferantur diuerſis aquis. ſ. p diuerſas aquas, aut diuerſis aqs, ſed q de mari prius locutus eſt, credendum eſt aquas poetam feciſſe, ne vnus, ideſt tu ſolus cognoueris, aut ſi eſt, vt repperi cognouerit, ne vnus, ſcilicet populus, ad quem appulſus ſis cognouerit hoc genus pęnę, quod. ſ. mihi ſic pēdeas. Vel ipſe, ideſt tu feres. i. perferas, et patiaris ea, quę is vꝫ Marcus Attilius Regulus, qui putauit turpe. i. indecorum eſſe Romano. i. bono ciui Romano, redimi a duce puniceo. Pertulit a duce puniceo. i. Carthaginenſi, vnde Carthagine dicitur ęneidos primo. Punica regna vides &c. Ab eo enim quod eſt pęnus per oe fit punicus, ſicut a pęna fit punio verbum. Nec tibi idem facit. Vnde ordo eſt. Nec numen ſupple aliquod pręſens, ideſt licet ante ipſum fueris, et ad ipſiuſ confugeris, ſit tibi ſubſidio, ideſt auxilio, et protectioni, vt ſup. non fuit ſubſidio illi videlicet Priamo cui ara Iouis Hercęi, quę fuit in medio regię Priami nihil profuit, quia Pyrrhus illic eum occidit. Vnde de eo dixit etiam Æneidos ſecundo ad patrem. Æneas. Iamq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus. Natuꝫ ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras. Et vt, ideſt quemadmodum. Theſſalus rex ille Theſſalię dedit ſaltus, ideſt pręcipitatus eſt ab Euryalo ex oſſa monte illo Theſſalię, ideſt ſane alto, vt genus referatur ad generalitatem, ſcilicet montem. Tu quoq;, ideſt etiam tu pręcipitere, ideſt pręcipiteris et deiciaris iugo ſaxoſo, ideſt a pręcipitio, quouis montis ſaxoſi, ideſt a ſummitate alicuius altiſſimi montis pręceps abeas, ita vt nihil corporis tui integrum ſuperſit.

Sint artus auidis anguibus eſca tui.
Vel tua maturet, ſicut minoia fata
Per caput infuſe feruidus humor aquę.
Atq; parũ mitis, ſed non impune prometheus
Aereas volucres ſanguine fixus alas,
Aut velut etracides magno ter ab Hercule qn
Cęſus in imenſum proijciare fretum (tus
Aut vt amyntiadem turpi dilectus amore
Oderit, & ſęuo vulneret enſe caput.
Nec tibi fida magis miſceri pocula poſſint,
Q uam qui cornigero de Ioue natus erat,
More vel intereas capti ſuſpenſus achęi,
Q ui miſer aurifera teſte pependit aqua.

DOMI. AVT, Hęmon filium habuit Theſſalum, qui cuȝ Theſſaliam imperio teneret ab Euryalo aduena, nam erat Corcyrieus, ex oſſa monte pręcipitatus ē, Necato etiam Neſone filio, a quo Neſonius lacus dictus eſt, vt ſcribit Stra. Ea cęde cum purgari non poſſet Euryalus deditum ſtigię paludi caput furialibus anguibus dicitur abſumptus. Minoia, Minos ob iniuriam acceptam a Dędalo labyrintho fabricato cum claſſe perſecutus eſt ad Cochalum regem Sicilię, ad quem confugerat multisque pręclaris opibus ęditus, vt auctor eſt Diodorus illius gratiam ſibi compararuerat cũ primuȝ Minos claſſem appulit in Siciliam, hoſtiliterq; agrũ popularetur. Cochalus ad colloquiũ euȝ prouocauit, propoſita ſpe dedendi Dędali. Tādiu autem iuſſit eum in Thermis clauſum expectare quo ad vaporibus calidarum aquarum eſt extinctus. Exanimum corpus reddidit ſocijs, affirmans eum caſu lapſum in aquas calidas mortuum eē, hactenus proceſſit Diodo. alibi autem auctores innuunt interfectum Minoem fraude filiarum Cochali, quod aperte tradit Euſebius in temporibus, et ſignificare videtur Silius. Poſtq̃ perpetuas iudex conceſſit ad vndas, Cochalidum inſidijs. Impune, Prometheus Vulcano fabulis carmine relegatus in Caucaſo monte paſcit aquilam, quoniam et olim deos deceperit, et ignẽ ſubripuerit ē cęlo. Extat Æſchyli tragedia, quę Prometheus inſcribitur. Aut vt Etracides, quum Cleabam puerum Dori filium in delitijs haberet, eique tribueret omnia, ab eo occiſus eſt, nam puer in militarem ardorem excitatus necato domino exercitum contraxit, lateq; euagatus condidit cumam phritioniam. Stra. ſcribit. Aut Celumus puer, cuȝ Ioui puero ſe totum addixiſſet, peteretur q; a Staphylo Amanti filio iratus euȝ vulnere interemit, cuius cędis piaculo in adamantem ob duriciem conuerſus eſt. Fabulę particulam percurrit Ouid. in quarto metamor. De Ioue natus. Alexander, qui Iouis Hammonis diei et haberi filius voluit, quod Olympias mater aliquando per epiſtolam accuſauit veneno necatus eſt ab Iola pincerna. Antipatri filio, cuius conſilij auctor et particeps habitus eſt Ariſtoteles. Venenum erat humor quidam qui ex rupe nonacrina in Arcadia effluebat, neq; colligi poterat aut contineri, niſi equi vngula, quem humorem Pauſanias appellat ſtygem. Herodotus Plutar. Pli. meminerunt. Plinius vngulas tantum mularum repertas, neq; aliam vllam materiam, quę non proderet a veneno ſtygis aquę cum id vdnuȝ Alexandro magno antipater mitteret memoria dignum eſt magna Ariſtotelis infamia excogitatum. Suſpenſus Achei, Acheus cum Lydię regnum obtineret, populumque ad noua cogeret tributa ob auaritiam factioni populari attico dece necatus eſt, et in auaritię exprobrationem elatis pedibus demerſo capite in aquas Pactoli auriferas pependit.

ASCEN. AVT Tui artus, idest mẽbra tua ſint eſca auidis, idest gulosis anguibus, ſcilicet furialibus, velut, idest quemadmoduȝ ſup. fuerunt artus eurya, ſcilicet tyranni, qui cepit ſceptruȝ ab illo ſcilicet Theſſalo pręcipitato. Vel humor calide aquę infuſę per caput maturet, idest feſtinet tua fata, idest mortem tuaȝ, ſicut ſupple maturauit fata minoida, idest ipſius Minois regis in thermis Cochali regis Sicilię ſic interempti. Et tu fixus, ſcilicet in aliquo monte alas, nutrias, idest tuo ſanguine volucres aereas, idest in aere volare ſolitas, aut in ſublimi nidificantes, vt vultures. Vt, idest quemadmodum ſupple eas alit Prometheus paruȝ mitis, idest impius qui ignem Iouis ſuffuratus erat in ferula, et mortalibus deorum ſecreta prodidit. Fuit enim aſtrologus, qui syderum curſus in monte perſcrutans ab auibus propter curas diſtractus fingitur, ſed non, idest non ſine permiſſione ſupple fuit immitis, quia in Caucaſo monte religatus aues viſceribus, et ſanguine ſuo paſcit, de quo Maro. furtiq; Promethei. Et Horatius. Audax Iapeti genus &c.

Aut tu cęſus, idest occiſus proijciare in fretum, idest mare immenſum. Velut Etracides, quintus, ter, idest decimus quintus a magno Hercule ſupple proiectus eſt. Aut puer dilectus, ſcilicet a te turpi amore oderit, et vulneret te ſęuo enſe, vt idest quemadmodum puer, ſcilicet Celumus dilectus turpi amore ab Amantiade odit ſupple, et vulnerauit ſęuo enſe Amantiadem, idest Statillum Amantij filium. Nec, pocula magis fida poſſint miſceri tibi q̃ ſupple Alexandro magno, qui erat natus, idest qui ſe iactabat de Ioue cornigero, idest Amone, idest Arenario, nam a Baccho in Lybia quęrente aquas viſus eſt in Arenis aries a quo ad fontem perductus credit Iouem patrem eſſe, et illi templum extruxit, quod Ioui Arenario, idest Ammoni inſcripſit facto Iouis in ſpecie arietis ſimulachro. Vel inter eas ſuſpenſus more Achei, ſcilicet regis Lydię auariſſimi a ſuis ob auaritiam ſuſpenſi, qui miſer pependit teſte aqua auriſera, ſcilicet Pactoli fluminis auriferi, in quem ſuſpenſus incubuit.

Aut vt Achilleidem cognato nomine clarum
Opprimat hoſtili tegula iacta manu.
Nec tua quã pyrrhi foelicius oſſa quieſcant
Sparſa per ambracias quę iacuere vias.
Nataq; vt ęacide telis moriaris adactis,
Non licet hoc cereri diſſimulare ſcelus.
Vtq; nepos dicti noſtro modo carmine regis,
Cantaridum ſuccos dante parente bibas.
Aut pia te cęſo dicatur adultera,ſicut
Qua cecidit leucon vindice, dicta pia eſt.
Inq; pyram tecum chariſſima corpora mittas
quem finem vite Sardanapalus habet.
Vtq; iouis libyci templum violare parantes
Acta noto vultus condat arena tuos.
Vtq; necatorum darei fraude ſecundi,
Sic tua ſuccedens deuoret oſſa cinis.

DOMI. AVT vt Pyrrhus materno gñe ab Achille oriūdus pſno ab Hercule,cum aduerſus Antigonuz Argos obſideret anus e tecto ſpectans filiū pclitantē ĩ acie, et piculo cōmota vtraq; manu tegulā dmiſit, qua exanimatus ē Pyrrhus vt Plu.et Cor.ſcri.vt Trogus tradit ſaxū fuit. Alcmonus Antigoni filius pri caput detulit ſed corpus, ſi Plut. credimus magnifice eſt ſepultū ab Antigono.ſi Trogū et Cornel. ſeqmur reſtitutū filio,et in Epirū priaz relatū. Nec tua ꝙ Pyrrhi, de altero Pyrrho intelligo. Nā Pyrrhū ſuperiorē magnifice ſepultum tradit hiſt. Vel ſi de eodē Pyrrho itelligas eū iacuiſſe inſepultū donū ab Heleno filio referẽt ĩ Ambraciā. Nataq;.Heraclia Hieronis filia cum genere Achillis ꝯiuncta vetteri affinitate, infelicitatē, ſtirpis Achilleę luit. Nam ꝗuis ad ſacrariū Cereris ꝯfugiſſet,vt labēte re Syracuſana eēt tuta.Tñ eū duabus puellis,quas hēbat filias eodē populi tumultu quo Hieronis perierat telis ꝯfixa cecidit, partē hiſtorię accipe ex Liuio. Aut pia te.Oxilochus rex Ponticū vxorē hēret,cuius Leucō frater erat adulter necatus eſt ab eo.Nā Męchę ꝯiſus amore ſperauit Leucon ſublato Oxilocho ſe regnaturuz, ſed adultera mariti vicem vlciſci maluit ꝙ eē turpis vxor regis Leuconēq; occidit adulteꝝ. Vñ eius pietas laudata eſt.Partem hiſtorię refert Stra. Sardanapalus. Sardanapalus trigeſimus a Nino vltimus Aſſyriorūz rex Anchiale in Cilicia ſepultus tale hꝫ Epitaphiū: Ede,bibe,lude,cetilo hoc carmen addēte. Hęc hēo,ꝗ ędi,queq; ex ſaturata libido hauſit. Eodē igit rogo et ipſe abſumptus eſt et regnū,nā moriturus res ꝓcioſas in rogū ꝯiecit.Lege de hoc Strabonē, in primis Diodo.et Trogū. Vtq; Iouis Lybici.Cambyſes, cuius meminerunt Hero. et Trogus, cum ſtudio euagandi Ægyptū peteret, miſit q popularent templum locupletiſſimū Iouis Ammonis,q oēs ira numinis arenaꝝ cumulis obruti ſunt. De infamia ducis ſcripſit Hero. Eodē genere mortis perierunt pſylli populi pugnantes aduerſus Auſtruz. Darei ſe.ſecutus veram,vt arbitror, hiſtoriam ab his diſſentio,qui alter ſcripſerunt de Ocho intelligit,q Dareus poſtea eſt dictus. Hic cum oppreſſiſſet ſeptem magos,q vna factione perſaꝝ iperium obtinebāt factus eſt rex,dedit fidē his,q erant facinoris ſocij ſe non necaturū aliquē ipſoꝝ,aut veneno aut inopia alimentoꝝ,ſed noua fraude ſupplicij excogitata dictos ſuſtulit. Locū.n.muniuit altis parietibus cōpleuitq; cinere,inde ſuppoſito ligno largo epulo eos accipiebat vbi ꝯſopiti in ꝯgeriē illā cineris cadebant,et obruebant. Auctor eſt Vale. de crudelitate.

ASCEN. AVT Te.iact,ma.hoſtili,opprimat ſup.te, vt.i.quēadmodū ſup.oppreſſit Achillidē.i. Achillis nepotem ex genere materno Pyrrhuz,v3 Epirotaꝝ regē quē Anus tegula delecta occidit,claꝝ nole cognato,q nomen hēret, nam Pyrrhus filius Achillis.et dictus Æacides vt ille Achillides, licet multo interuallo. Deductū eſt aūt patronymicum a greco achilleus huius achilleos,vnde penultimā producit. Aut legendū Achilleidē qd nō ꝓbem. Nec tua.Continuo eandē &c. Proſequit varia infortunioꝝ exēpla in Ibin imprecans. Vnde Ordo eſt. Nec oſſa ſua quieſcāt felicius ꝙ oſſa Pyrrhi.s. Epirotę, quę iacuere.s. donec a filio Heleno colligerent per vias ambracias illius ꝓmontorij in Epiro,de quo in Sappho dictum eſt. Et moriare iaculis adactis.i.infixis,vt nata.i.ꝓ genita ęacide.i.de genere Achillis.s.heraclia filia Hieronis in templo Cereris. Vñ addit. Non l3 diſſimulare Cereri hoc ſacꝝ.q.d.ēt gratum erit Cereri ſacrificiū,qd de te fiat,licet īgratū fuerit de Heraclia. Aut non l3 diſſimulare Cereri hoc ſacrū.s.templū,quod per diminutionem ſacellum dr. Hoc inq̃ ſacruz in qd tu ꝯfugeris. Vtq;.i.et vt nepos regis dicti modo noſtro carmine.s.Hieronis regis Ponti nepos.s. vt opinor Mithridates ſup . bibit , ita bibas ſuccos cantaridū.i.quibus cantarides vermiculi venenoſiſſimi ſint. Parente.i.patre dante,q2 maior Mithridates amiciſſimus erat Romanoꝝ,vnde vero ſimile eſt eum non amaſſe filium, qui ter a Romanis defecit, et tandem ſm quosdam veneno abſumptus eſt. Vnde Lucanus in primo. poſt cilicas ne vagos et laſſi pontica regis. Prelia barbarico vix conſumata veneno. Aut adultera dicatur pia te cęſo .i.occiſo,ſicut ea adultera dicta eſt pia.s. vxor Exilochi,qua vindice.i.vindicante mortē mariti Leucon frater mariti et adulter cecidit.i.ſuccubuit. Et mi te in py.i.rogū incenſum, corpora chariſſima, quē finem vitę hꝫ Sardanapalus vltimus regum Aſſyrioꝝ,qui vt dicit Iuſtinus lib.i. coniuratione facta q muliebri more viueret,eoq; audito non vt vir regnum defenſurus,ſed vt metu mortis ſolent primo mulieres latebras circūſpicit. Mox deinde cum paucis et incōpoſitis in bellū ꝓgredit. Victus in regiā ſe recipit, et extructa pyra ſe et diuitias in incendium mittit hoc ſolo imitatus viruz hęc ille, corpora ergo chariſſima diuitias appellat.

Aut vt oliuifera quondam Sicyone profecto,
Sic frigus mortis cauſa, fameſq; tuę.
Aut vt Acarnides inſutus pelle iuuenci.
Turpiter ad dominum pręda feraris tuum.
Inq; tuo thalamo inguleris more pherei,
Qui datus eſt lęto coniugis enſe ſuę.
Quoſq; putas fidos, vt lariſſeus alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo.
Vtq; milo, ſub quo cruciata eſt piſa tyranno
Diuus in occultas pręcipiteris aquas.
Queq; in adimantum phylleia regna tenentē
A Ioue venerunt, te quoq; tela petant.

DOMI. AVT vt oliuifera. Neocles Sicyonior rex a ſuis deiectus ob crudelitatem, fame et frigore extinctus eſt, Sicyon olim Methone dicebatur, vt Varroni placet. Sed Sicyon eſt dicta a Sicyone rege, q illic tenuit imperium, vt placet Euſebio, in Peloponneſo eſt clara oliuarum vbertate et pſtātia. Vnde Virgi. Baccham Sicyoniam appellat, picturę mitius dedit et plaſtices. Incolę hē bē colūt vxorem Herculis quam Dianam appellant. Acarnides. Hermyas vt alij codices hñt Hermyas Acarni filius in acarnanibus quondam obſeſſus captus inſutus eſt pelle iuuenci, et ad victorem in cō tēptū delatus. Pherei. Alexander pherei. eius meminit Cicero in officijs, cuz ſoli vxori fidem non haberet, nihilq; ſuarum rerum ei cōmitteret, mulieris inſidias declinare non potuit, nam enſe ab ea iugulatus eſt. Alebas, Alebas pr fuit Argi, vt vr ſignificare ſophocles, qui Argum Alebadem appellat. Is cuz Lariſſas teneret ingenti crudelitate ſatellites ſibi fortiſſimos adhibuit, quibus ſolis tutiſſimus fore videbatur, ab his tandē per inſidias obtruncatus eſt, Lariſſa multis in locis eſt vno nomine, in plaga phthiotica locus penſilis in Creta oppidum. In Peloponneſo arx Argiuorum. Lariſſus fluuius eleorum agrū et Dimā diſterminat, ibiq; Lariſſas eſſe Theopompus ſcri. Lariſſa pterea in Aſia iuxta cumā Lariſſa pene i via ad Methymmā, Lariſſa i agro attico. Pręterea Aſię eſt Lariſſa. Vñ Iuppiter Lariſſeus nomen accepit, vt Stra placet, cū Achilles Lariſſeus dicat a Lariſſa phthiotica. Poſtremo Lariſſa eſt in finibus Hemi. Vtq; milo. Milones quattuor fuerunt. Milo crotoniates lacertorum robore inclytus, cuius meminerunt Diod. in duodecimo hiſt. Stra. et Cic. Milo Romanus occiſor Clodij et damnatus et in bellis ciuilibus ictu lapidis extinctus. Milo epirota qui haſtā coniecit in Laodomiā filiam Pyrrhi, et vt Trogus ſcri quę ad numina dianę cō fugerat, quo piaculo verſus in inſaniā intra.xij. diem mortuus eſt. De hac Laodomia ſupra non intelleximus ſecuti Titum Liuium qui de Heraclia hiſtoriam ſcriptam reliquit, quam tradidimus. Poſtremo Milo fuit Piſanus, qui cum ſuos varijs cruciatibus afficeret, pondere lapidis vinctus in profundum demerſus eſt Piſam tenuerunt pter Milonem Oenomaus et Salmoneus, vrbs a regione piſa nomen accepit, vt eſt apud Strabonez, quam incolę Biſam vocant. Steſichorus poeta Piſam vrbem negat ſed totam ait regionem dici Piſam. In adimantum. Adimantus phileſiorum rex cum Ioue nec ſacrificijs dignaretur, nec deus putaret ſe maiorē fulmine ictus eſt. Alterius adimanti meminit Pla. in Dialogo qui inſcribitur Parmenides.

ET Arena acta, ideſt impulſa et agitata, noto, ASCEN. ideſt vento illo violento, condat, ideſt obruat vultus tuos, vt ſup. condidit paranites, ideſt intendentes et molientes violare templum Iouis Libyci, videlicet Hammonis, hoc eſt Cambyſes et ſocij eius. Et cinis ſubſidens, ideſt ima petens deuoret, ideſt abſumat tua oſſa, ſic vt ſupple abſumpſit oſſa necatorum, ideſt interfectorum. Dauid ſecūdi ſcilicet Ochi qui complices ſuos cī nere obrutos necauit. Aut frigus et fames ſit cauſa tuę mortis vt ſupple fuit cauſa mortis. Profecto, ideſt ei qui venerat quondam Sicyone, ideſt a ciuitate illa Peloponneſi. Oliuiferā, ideſt ferace oliuarum, hoc eſt vt Neocles Sicyonum rex periit. Aut ferare, ideſt porteris inſutus pelle iuuenci. Turpiter, ideſt cum dedecore, ad dominum tuum exiſtens pręda, vt ſupple latus ſeu portatus eſt. Acarnides. ſcilicet Hermyas. Et iuguleris, ideſt iugulus tibi incidatur. In thalamo, ideſt cubiculo tuo. More Pherei, ſcilicet Alexandri, qui datus eſt leto, ideſt morti ſuę coniugis. Et experiare tuo vulnere, ideſt in te illato ſup. eſſe. Non fidos, ideſt perfidos aut infidos ſup. eos. Quos putes, ideſt putare debeas. Fidos, ſcilicet ſatellites, ideſt cuſtodes corporis tui. Vt alebas Lariſſęus, ideſt rex Lariſſę ſupple expertus eſt. Et tu viuus pręcipiteris in aquas occultas, vt ſup. pręcipitatus eſt. Milo, ſcilicet Piſanus. Sub quo tyranno cruciata, ideſt vexata eſt Piſa ſcilicet regio ǭ et Salmoneus tenuit. Queq; in adi. ordo eſt. Et tela, ideſt fulmina quę venere a Ioue ſcilicet miſſa in adimantum ſcilicet regem tenentem regna phileſia petant quoq;, ideſt etiam te, aut deſtinaris nudus in humo Achilleia ſcilicet Achillis δρομον hoc eſt curſum, vt ideſt quemadmodum. Lenęus, ſcilicet Diony. ab oris amaſtriacis ſup. oriundus, et inde expulſus ex peninſula ſcilicet ſup. deſtitutus eſt a ſuis nudusq; periit. Et ſup. rapiaris rotis, velut Eurydamas ſomniorum ille nominatiſſimus interpres, raptus eſt ter ab hoſte. s. populo Lariſſęo rotis lariſſęis. i. populorum a Lariſſa profectis circa buſta, ideſt repoſitorium cinerum ambuſtorum Thraſſylli. s. regis Lariſſęorum, a quibus victus eſt, vel is. s. Hector, qui luſtrauit ideſt tractus circum iuit, corpore ſuo męnia. s. troiana non diuturna, ideſt non diu duratura, quę fuerat tutatus ſępe, ꝗ ſpacio decēnali. Diuturna ē hic pentaſyllabum. Sunt qui Achillea, non achilleia legant. Offendi cōmentarios Calderini hoc loco mutilos et inuerſos. Nam de Perillo et ęre paphio, quę poſtea dicenda ſunt deſeruerunt.

Aut vt amaſtriacis quondam lenęus ab oris,
Nudus achillea deſtituaris humo
Vtq; vel eurydamas ter circũbuſta thraſylli
Eſt lariſſęis raptus ab hoſte rotis.
Vel qui, quę fuerat tutatus męnia ſępe
Corpore luſtrauit non diuturna ſuo.
Vtq; nouũ paſſa eſt genus hippomeneia pęnę,
Tractus et actęa fertur adulter humo,
Sic vbi vita tuos inuiſa reliquerit artus,
Vltores rapiant turpe cadauer equi.
Viſcera ſic aliquis ſcopulis tua figat, vt olim
Fixa ſub euboico graia fuere ſinu,
Vtq; ferox perijt, & fulmine, & equore raptor,
Sic te merſuras adiuuet ignis aquas
Mens quoq; ſic furijs vecors agitetur, vt illi
Vnum qui toto corpore vulnus habet.

DOMI. AVT vt amaſtriacis. Amaſtris vrbs eſt in peninſula bñs portus ex vtraq; parte. quam ꝯdidit amaſtris oxiartis filia vxor Dionyſij tyranni heracleenſis. hinc Dionyſius Leneus dictus eſt. qui expulſus a Mithridate aufugit in ἀχιλλέως δρόμον .i. in locum, quem curſum Achillis appellant vbi a ſuis deſertus perijt omni deſtitutus ope. Eodẽ in loco eſt locus Achilli ſacer. Eſt ꝓterea Achilleum non procul a Troia, cuius Strabo meminit ſed hic per terram Achilleã intelligit curſum Achillis. Buſta, thraſylli tres fuerunt, vt hactenus comperi. Libertus Ceſaris Augusti. Alter mathematicus, qui caligulam imperatũ negauit. Tertius ꝑ ꝯtentionẽ interfectus ab Eurydamante vate, cuius mortem Lariſſei vlti ſunt, nam Eurydamus tractus eſt currui inter buſta thraſilli inferias. Eurydamas ſomniorum interpres, vt ſcribit Homerus Abantem et Polidum filios deterrebat a bello Troiano, quoniam per ſomnia viderat eos interituros, verba hec ſunt Homeri. Hic abantem ducebat et polidum filios cura Eurydamantis ſenis ſomniorum interpretis.

Et qui Hector cum bellum Troianum viribus ſuis in decennium diſtuliſſet, patroclo interfecto Achillem in furorem vltionis prouocauit a quo victus ter circum męnia Troię tractus eſt, vt pictura virgiliana docet. Et copioſius Homeri carmen in fine Iliados, vbi Priamus ſenex aquilarum augurium ſecutus filij corpus auro redemit.

Hippomeneia. Hippomenes. Athenarum princeps fuit, cuius filia in adulterio deprehenſa eſt a patre ob ſcelus iuncta cum equo, qui clauſus cum alimentis careret, dentes in puellam coniecit. Adulter vero per regionem atticam ab equis tractus, diſcerptus eſt. Puella ab Ouidi. dicitur Hippomeneia ab Hippomene patre, qui ob acerbitatem ſupplicij in filiam imperio deiectus eſt. eadem dicitur Limone. Nam λιμός grece latine ſignificat famem, ob quam puellam ab equo abſumpta eſt. Qui ſcribit hanc hiſtoriam apud latinos non dum reperi, nec apud grecos pręter vnum. Suidam, qui Hippomene hiſtoriam perſtringit.

Vtq; ferox perijt, imprecatur laniationem corporis, qualis Aiaci contingit naufrago. Non eadem eſt annalium fides quare naufragio perierit Aiax. Alij enim ſcribunt hoc factum fuiſſe, quoniam Caſſandram in templo Palladis violauerat. Home. huius piaculi non meminit, licet ſcribat et caſſandram fuiſſe virginem, et gręcos ad caphareum promontoriũ naufragio perijſſe. Cauſam ipſe affert ꝙ pallados numen gręcis oibus infeſtum eſſet. Nec aiaci magis q̃ alijs ob violatum s. palladium troianum. Illud tñ inter oẽs ꝯuenit, qd nunc Ouid. imprecatur Nauplio patre Palamedis in vindictam filij interẽpti fraudibus Gręcorũ Aiaci nauiganti nocturno tempore faces e caphareo protuliſſe. ad quarũ ſplendorẽ dum claſſis appellit. Illiſa ſcopulis ſubmerſa eſt. Nauplia pręterea eſt arginorum nauale, non a Nauplia pře Palamedis, ſed ꝙ naues illuc nauigabãt. nã ναύπλια illud ſigt, filius autẽ fuit, vt etiam antiquitas credidit. Amymones nymphę, qd fabuloſum demonſtrat Strabo. Mens quoq;, imprecať furorem mentis, qualis contingit Marſię, qui ab inuenta modulatione adeo eſt elatus, vt Phębum in certamen prouocauerit, in quo ſuperatus pellem amiſit, pependitq; ex platano, quam ad Domitiani vſq; tempora annales prodiderunt, hunc prudentiſſimum fuiſſe ſcribit Diodo. hiſtoriam ſecutus, ꝙ multiplices voces humanas imitatus eas ad tibiarum ſonũ produxerit, et ꝙ nunq̃ vxorem duxerit. Eiuſdem nominis fluuius eſt, qui apameam vrbem interluit ortus celenis colle et vrbe eiuſdem nominis, q̃uis Plinius celenas et apameam idem eſſe putat, quod Strabo antea confutauerat.

ASCEN. VTQVE et vt Hippomeneia .i. Hippomenis filia paſſa eſt nouũ genus pęnę ꝙ deprehenſa in adulterio ab equo famelico, cũ quo a patre ꝯcluſa eſt abſorpta eſt, et vt adulter fert tractus humo actęa .i. aut littorali, aut attica, ſic vbi .i. poſtq̃ vita reliquerit artus tuos inuiſos equi vltore s. ſcelerũ tuorum rapiant turpe cadauer tuum. Et aliquis figat ſcopulis .i. ad ſcopulos tua viſcera ſic, vt viſcera graia .i. gręca, hoc eſt gręcorum fuere fixa, ſub ſinu euboico ad Capharea s. montes, et vt ferox raptor s. Caſſandrę Priamidos, quem in templo Palladis rapuit aiax oilei, vt tangit Virgi. eneid. primo. perijt, ſcilicet per manus Palladis, et fulmine et equore, quia ipſa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem, diſiecitq; rates euertitq; equora etc. ſic ignis ſcilicet fulminis adiuuet aquas merſuras te.

Mens quoq; vecors agitetur ſic furijs, vt ſupple agitata eſt illis, ſcilicet Marſię prouocatori apollinis, qui habet vnum vulnus in toto corpore, quia excoriatus erat.

Vtq; dryantidę rhodopeia regna tenenti
  In gemino diſpar cui pede cultus erat,
Vt fuit ętęo quondam, generoq; draconum
  Tiſameniq; patri, callirrhoesq; viro.
Nec tibi contingat matrona pudicior illa,
  Qua potuit tydeus erubuiſſe nuru.
Queq; ſui venerem iunxit cum fratre mariti
  Locris in ancillę diſſimulata necem
Tam quoq; dij faciunt poſſis gaudere fideli
  Coniuge q̃ talia, tyndareiq; gener.
Queq; parare ſuis lętum patruelibus auſę

DOMI. DRYANTIDÆ, Lycurgus Polydecten fratrem habuit, qui lacedemoniorum tenebat imperium, eo mortuo cum accuſaret, q Charilaum Polydectę filiũ aliquã eſſet necaturus, pfectus eſt in cretam et ęgyptũ, vñ reuerſus leges tulit Lacedemonijs, reperitq; filium imperantem. Lycurgus pterea rex Thracię in fabulis eſt, q dũ in bacchi ↄtemptũ vites ſucciderent, ſecures ĩ eius crura ſint cõuerſę. Sed hiſtoria tradit eum decipere voluiſſe Bacchũ redeuntem ex india, nam cum libero regni aditum premiſiſſet noctu'iuſſit, milites ſuos impetũ facere in mulieres et exercitũ Bacchi, qd cum deus didiciſſet ex charope inſtructa acie thraces deleuit. Lycurgum priuauit oculis, ſcelos affixit cruci. Sed Ouid. fabulam ſeqt. Hic Dryante filius fuit. Vt fuit Hercules q Oeteus dictus eſt ab Oeta monte qui ab oriẽte a Thermopylis in ſinũ vſq; ambracium extendit, helleboro fertiliſſimus. In eo.n. mõte arſit Hercules, vel ob tunicam venenatã miſſam a Deianira, vt fabulę ferunt, vel vt Euſebius tradit ob incurabilem morbũ, in quẽ inciderat. Generoq; draconũ. Athamas in furorẽ verſus eſt, notiſſima fabula, ira Iunonis, gener fuit Cadmi ẽ Hermiones, qui in illiricũ profecti in dracones verſi ſunt, vñ gener draconũ dictus eſt. Tiſameniq; pri. Tiſamenes tradita eſt hoc loco hiſtoria, q̃ mihi non pbat. Placet magis intelligas de filio Oreſtis qui Tiſamenes appellabat tenuitq; Mycenarũ imperium, vt Stra. et Euſeb. teſtant, reſtituit Heraclidas, q ad Ogygem vſq; impiũ tenuerunt. Imprecatur igit Oreſtis furorem pris Tiſameni, nã Oreſtes matre Clytẽneſtra interfecta correptus eſt furore. Caligones, caligone vxor Aiacis Telamoni, qui armorum iudicio ſuperatus in furorem verſus ſibi mortem conſciuit. Nec tibi. Diomedes Venerem vulnerauit, vt eſt apud Homerum volentem Ænee corpus protegere, irata Venus iniecit ſtimulos libidinis eius vxori Ægialę, quę cum domi manſiſſet ante viri reditũ nupſit Cileboro Steleni filio Nauplio hortante, cuius dedecoris pudore nõ auſus Diomedes domum nauigare in apuliã venit, inde migrauit in Diomedeas inſulas, vbi eius tumulo equus albus ab incolis mactatur. Locris. Hypermneſtra Locrenſis cum fratris viri concubitum appeteret, clam nocturno tempore id aſſecuta mane pudore affecta, vt ſcelus ſuum diſſimularet, ancillam necauit quaſi eam concubitu deprehendiſſet. Coniuge q̃ Talai. Eriphile Amphiarai vxor Talai filia, vt alij ſcripſerunt Teleſtoris, latentẽ maritũ, ne ad bellũ thebanum iret, in quo p auguria pſpexerat ſe ꝑiturũ, pdidit corrupta monili, quod olim Venus poſſederat. Deprehenſus maritus, et in bellum proficiſcens Alcmeoni filio mandauit, vt cũ mortuus eſſet mactaret tumulo ſuo Eriphilem matrem quod factũ eſt. Ho. in carmine magico inuiſam Eriphilem appellat. Maro meſtã. Diodorus hiſtoriam aliter narrat. Tyndareiq; gener. Tyndarus et Icarus fratres fuerunt, qui ex Laconia expulſi venientes in Acarnaniam vxores duxerunt. Tyndarus Ledam Theſtij filiam, quam ſecum duxit domum Lacedemonem. Icarus Polycaſtam filiã Ligei, vnde nata eſt Penelope. Agamemnon gener Tyndari nam Clytemneſtra Tyndari filia fuit, vt ſcri. Pauſanias, interfectus eſt ab vxore dolis Ægiſti, vt Homerus in odyſſea longo carmine cecinit.

ASCEN. VTQVE, Ordo eſt. Et ſupple ſis haud, ideſt non diſpar ingenio. i. per ingenium tuum dryantidę, ideſt lycurgo Dryantei filio ſcribitur autem Lycurgus, ſed profertur lygurgus. tenenti regna rhodopeia, ideſt Thraciam, vbi eſt mons Rhodope, cui. i. lycurgo cultus erat pede, quia volens colere, et putare vites incidit crura. Et ſupple mens ſit ſcilicet inſana, vt fuit quondam. s. cum inſaniret. Oeteo, ſcilicet Herculi, et genero draconum, ideſt Atamanti Cadmi in draconem verſi genero, qui etiam in furorem verſus, et vt fuit patri Tiſſimani, aut Tiſameni, vt alij legunt, ideſt Oreſti Tiſameni patri, qui Oreſtes quia matrem interemerat diu furijs vexatus eſt, et vt fuit viro, ideſt marito. Calligones, ideſt Aiaci Telamonio, qui ob ad iudicata Achillis arma furore correptus eſt. Nec matrona contingat tibi pudicior. (Errant ergo qui precipiunt pudicitior formari.) Illa. i. q̃ fuit illa qua nuru, ideſt marita, potuit tydeus erubuiſſe, ſicut erubuit de Ægiala vxore ſua. Et ſup. q̃ illa. s. Hypermneſtra. Locris. i. locrenſis, eſt enim patronymicum a patria quę iunxit Venerem. i. coiuit cũ fratre ſui mariti. Diſſimulata in necem. i. per mortem ancillę quam interfecit mane, tanq̃ in adulterio deprehenſam vt ſe adulterij hoſtem, ẽ immunem per hoc ſignificaret. Et dij fa. qu. i. vt poſſis gaudere, tam. i. tm̃ ↄiuge fideli, q̃. i. q̃tũ ſup. gauiſus eſt gerit Talai. s. Amphiaraus, qui ab Eriphyle Talai filia proditus eam necari iuſſit. Et gener Tyndari. Tyndari, ſed more Thucididis a nominatiuo tyndareus format. s. Deiphobus qui, vt dicit ipſe ſexto ęneid. ab Helena coniuge proditus tota facie deformatus eſt, atq; deinde occiſus. Et q̃ ſup. mariti earum videlicet belidus qui belides. i. beli nepres Danai filię auſę parare letum. i. necẽ patruelibus ſuis, ideſt patrui filijs quibus nupſerant.

Belides aſſidua colla premuntur aqua.
Blibidos et Canaces ſicut facis ardeat igne.
Nec niſi per crimen ſit tibi fida ſoror
Filia ſi fuerit, ſit quod Pelopea Thieſti.
Myrrha ſuo patri Nyctimeneq; ſuo.
Filia neue magis capiti ſit fida parentis.
Quam tua vel Pterela vel tua Niſe fuit
Infamemq; locum ſceleris quę nomine fecit
Preſſit & inductis membra paterna rotis
Vt iuuenes pereas, quorum faſtigia vultus
Olim piſęę ſuſtinuere fores.
Vtqui perfuſam miſerorum cęde procorum,
Ipſe ſuo melius ſanguine tinxit humum.
Proditor vt ſęui perijt auriga tyranni.
Qui noua Myrtoę nomina fecit aquę.

DOMI. BIBLIS, Mileti filia et Cyanes Caunū fratrē impu dice amauit, cuius concubitum cum aſſequi non poſſet, lachrymis liquata eſt in fontem. Canace Machareum fratrem eadem turpitudine dilexit, extant fabulę. Fuit pręterea Machareus delphicus, qui vel ſolus, vt placet Stat. vel adiuuante Oreſte interfecit Pyrrhū filium Achillis. Pelopeia, cū pie Thyeſte inſcio concubuit. Myrrha, cum Cynara patre rege Cypriorum, quem diutiſſime vixiſſe ſcribit Plinius. Nyctimene, cum patris concubitus eſſet aſſecuta pudore in auem cōuerſa ſui nōis luce non volat, ſolaq; amat tenebras. Fabula ē apd Ouid. in quarto meta. Tyndareiq; gener, non placet prior ſententia, mihi magis probatur intelligas de Deiphobo, cui Helena nupſit filia Tyndari. Hectore mortuo et proditione maritum perdidit, vt ipſe apud Virg. conqueritur. Quam Pterela, Thebarum rex a Creonte necatus eſt proditione Polydiccs filię. Plautus necatum quidem ſcripſit, ſed filię proditionem pręteriuiſit. Tua niſe fuit. Pandion Athenarum rex quattuor habuit filios Niſum, Ægeum, Lycum, Palantem regno diſtributo Niſus Megarenſe obtinuit, cuius fines latos fuiſſe ſcribit. Andron et Sophocles carmen docet. Is obſeſſus a Minoe' proditione Scyllę filię, quę Minois amore capta eſt crinem fatalem amiſit, ſicq; interemptus eſt. Infamem, Tullia Tarquinij filia Carpentum per ora patris interfecti agi iuſſit, quo ſcelere loco nomen dedit, nam vicus ille dictus eſt ſceleratus, quod et Ouidij carmen in faſtis docuit. dictus ſceleratus ab illa, vicus erat antē prope vt placet Var. Vt iuuenes, Oenomaus Martis filius cum ex oraculo audiuiſſet ſe tunc periturum cum filia nuberet eam petentibus vxorem certamen propoſuit, vt ſecum curſu contenderent, nam celeritate Harpinę et Pſyllę equorum quos Lycophron celebrat, et arte Myrtilli aurigę fretus ſe inſuperabilem curſu exiſtimabat, ſtadium erat, vt ſcribit Diodorus a Piſa ad aram Neptuni iuxta Iſthmum corinthiacum. Qui cum Oenomao certabat quattuor equorum curru ferebatur, ipſe arietem Ioui immolabat peractis ſacris aſſequebatur pręeuntem necabatq; haſta, victum trucidabat capite haſtę, corpore foribus affixo. Pelops corrupto Oenomai auriga victor eo certamine euaſit, duxitq; vxorem Hippodamiam, primus in id certamen deſcendere auſus eſt Marmacas, vt ſcrib. Pauſani.

PREMVNTVR colla, ideſt habent colla depreſſa aſſidua aqua, quam in vaſis ſine fundo ferre coguntur apud inferos. Soror ſupple tua, ard. at igne ſicut facis, ideſt ardoris biblidos quę Caunum fratrem turpiter amauit et Canaces quę etiam Machareum turpiter adamauit. Nec ſit tibi fida niſi per crimen, ſcilicet inceſtus. Si filia fuerit tibi, ſit ſupple tibi ea videlicet męcha inceſta. Quod Pelopeia ſupple fuit Thyeſti ſcilicet patri, qui ex ea Ægiſthū adulterium genuit. Et qđ fuit Myrrha ſuo patri, ſcilicet Cynarę. Et Nyctimenę ſuo patri, ſcilicet concubina inceſta. Neue, ideſt vel ne filia ſcilicet tua, ſi q̄ habeas ſit magis fida capiti parentis ſcilicet tuo, q̄ o Pterela rex Thebarum tua ſupple filia, videlicet Creonte a qua necatus es, ſupple fuit capiti tuo, vel q̄ o Niſe rex Megarenſiū tua ſupple filia, ſcilicet Scylla fuit capiti tuo quę tibi capillum conſecratum, et fatalem abſtulit. Hoſtiq; tuo Minoi in perniciem regni tui tradidit. Et ſupple q̄ fuit patri ſuo Tarquinio Priſco Tullia quę fecit locum infamem nomine ſceleris, vocatus eſt enim vicus ſceleratus, et preſſit membra paterna rotis inductis, quia fecit currum, in quo inſidebat trahi ſuper cadauer patris proſtrati, vt Liuius recitat in primo. Vt iuuenes pereas. Nouas continue ſubinfert imprecationes. Ordo autem eſt. Pereas, vt ſupple perierunt, quorum vultus, ideſt oris fores piſęę ſuſtinuere olim faſtigia, ideſt ſublimitatem, hoc eſt capita eorum qui ab Hippodameia victi atque detruncati erant. Et pereas vt is, ſcilicet Oenomaus, qui tinxit ſanguine ſuo melius, ſcilicet iuſtius, et decentius. Humum perfuſam cęde, ideſt cruore miſerorum procorum, ideſt petitorum nuptiarum filię eius. Et pereas vt proditor, ſcilicet auriga ſęui Tyranni Oenomai videlicet perijt, ſcilicet Myrtillus, qui fecit Myrtoę aquę, ideſt mari Myrtoo vt in prima Oda Horatij, noua nomina, quia a ſe denominauit, poſtquā ſubmerſus erat. Et pereas vt illi qui petiere fruſtra puellam velocem, ſcilicet Atalantam, dum, ideſt donec ipſa eſt facta tardior, ideſt tardata ab Hippomene tribus pomis, ſcilicet colligendis, quę ille a Venere acceperat, dicit bene dum, ideſt donec, quia illis tardatam non fruſtra petijt. Et pereas, vt ſupple illi, ſcilicet Athenienſes qui intrarunt tecta cęcę domus, ſcilicet labyrinthi excęcantis, ita vt exitus reperiri nequiret. De quo Virgi. vi. ęneidos. Hic labor ē cętera.

Vt qui velocem fruſtra petiere puellam.
Dum facta eſt pomis tardior illa tribus.
Vt qui tecta noui formam cęlantia monſtri,
Intrarunt cęcę non redeunda domus.
Vt quorum Aeacides miſit violentus in altos
Corpora cum ſenis altera ſena rogos.
Vt quos obſcuris victos ambagibus oris
Legimus infandę Sphynga dediſſe neci.
Vt qui biſtonię templo cecidere Mineruę,
Propter quod facies nūc quoq; verſa deę eſt.
Vt qui threicij quondam pręſepia regis
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.

DOMI. VT QVI velocem, Atalanta inſula eſt i Euboea eiuſdē nõis ꝫ Atticam eadem appellatione puella, quę cum oraculi ꝯſilio nuptias repudiaret, freta pedum felicitate ꝓcos ad certaminis curſum ꝓuocabat, victi necabantur, victori ꝓmiſſę erant nuptię. Hippomenes tribus pomis aureis acceptis a Venere, et iactis inter currendum eam ſuperauit bis colligendis retardatam. Vt qui tecta. Androgeo Minois filio Athenis interēpto numinis ira ſterilitas agrum Atticum inuaſit, qua liberari poſſe Athenienſes didicerunt ex oraculo, ſi Minoem placarent, quod vt fieret iactis ſortibus ſepteꝫ iuuenes Athenienſes ſingulis annis minotauro mittebāt queꝫ labyrinthi ambagibus clauſuꝫ habebat Minos. Plutar. ex teſtimonijs antiquorum ſcri. ſingulis nouenis annis ſeptenos iuuenes fuiſſe decretos minotauro ex nobilioribus, et cum tertium exigeret tributum Theſeum ipſum, qui minotaurū ſuperauit, notiſſima fabula, priorem hiſtorię partem ſecutus eſt Virgilius. Labyrinthus domus erat vijs temere occurrētibus inextricabilis, hoc ędificij genus Ægyptij primi habuerunt Petheſuco rege auctore vt alij ſcribunt, Thitone in ſepulchrum, vt alij ſcripſerunt, vt alij in regiam vt plures in ſolis honorem excogitatum. Dędalus vix centeſimam partem illius imitatus alterū in Creta condidit. Tertium habuit Lēnos. Quarta Italia. Vt quorū. Achilles in rogū Patrocli ardentem duodecim Troianos fortiſſimos iugulatos ꝯiecit. vt Home. ſcri. ilij. equos, ꝑterea et duos canes vncto prius cadauere pingui ouium et boum qui mactati ſunt. Vt quos, ſphynx monſtruoſa belua eſt pilo fuſco geminis mămiſq; in pectore ꝗ ſola ęthiopia mittit, vt ex hiſto. Pli. recitat. Vulgata aūt eſt fabula ſphyngē mōſtrū iuxta Thebas hoc enygma hoſpitibus ꝓpoſuiſſe. Quis eſſet, qui primū quattuor pedibus incederet, mox duobus, demum tribus, ſoluenti ꝓmittebat nuptias Iocaſtę, et Thebarū regnū, neſcienti ſoluere ex alto pręcipitium denunciabat. Solus ędibus ſoluens dixit eſſe hominem, qua interpretatione ſphynx eodem ſe deiecit, vnde multos pręcipitauerat. Pauſanias vero tradit hanc fuiſſe filiam Notham Laij, claſſeque pugnaſſe aduerſus Oedipum. Vt qui biſtonię templo, Lacedęmonij legem tulerunt, ne alicui hoſpiti Spartę eſſe liceret, quam legem ſępenumero ab eis promulgatam Gręci dixerunt ξενηλασίαν, ideſt hoſpitium electionem. Lemniaci multi ſpartę deprehenſi ex lege interfecti ſunt in templo Palladis, quam appellabant Chalcęam, quo ſcelere ſtatua auertit oculos. Vt qui, Diome. Tyridam vrbem Thracię tenuit, vt ſcrib. Plini. Vbi equos feros catenis deuinctos eneis corporibus humanis alebat eos Hercules ſuſtulit iuſſu Euriſthei. Euriſtheus ſacrauit Iu. eorum genus propagatū eſt vſq; ad Alexādrū mag. ſi Diod. credimus,

DOMI. SI TVA, Socij Minois regis interfecti in Sicilia iniuriam vlciſcentes quoſcunq; ex Sicilia in Cretam nauigabant, interficiebant. Lapſuramq;, Alcidice Alebę Lariſſęi filia, cũ viro Lycoride eadẽ domus ruina, obruta eſt. Vtq;, Euenus vt apud vnum Home. reperio Euſtathio interprete, cum Marpiſſam filiã pulcherrimã haberet, eam poſcẽtes in vxorẽ in certamen curule prouocabat eorũ qui victi eſſent capita foribus affigebat, vt reliquos a contentione deterreret. Idas autem qui Apharei filius ferebatur cum eſſet Neptuni acceptis a patre equis velociſſimis euenum ſuperauit. Marpiſſamq; filiam abducit vxorẽ Euenus autem prę dolore ſe in Lycormã ętolię fluuium demerſit cui dedit nomen. Nam ex illo ẽ appellatus Euenus. Vel tyberi. tyberis a tyberino rege immerſo nomen accepit, vulgata hiſtoria. Quodq; , Broteus Vulcani, et Minervę filius propter deformitatem oris contẽptus ſe in Pyram ardentẽ piecit, alio nomine Erichthnius dicebatur ab Homer. Broteus vt ſcri. Euſe. Incluſus Cherilus rerum Alexandri malus ſcriptor inedia mori eſt coactus a rege, vt aliũt. Vtq; reptori. Archilochus cũ Lycãbem iãbico carmine inẽto ad laqueũ cõpuliſſet, ab illius domeſticis necatus eſt. Vt paru, Ariſtophanis cum laudes Athenaru ab oratoribus ęditas libris qui panatheniaci inſcribunt carmine inſectaret inedia ẽ extinctus publico decreto. Pauſanias vero in ſexto hiſtoria ſcri. Anaximenem librũ edidiſſe in Athenienſes Lacedęmonios et Thebanos ſub Theopompi nomine, et illius falſo cenſeri verſus, q in Alexandrũ ſunt. Vt lyrę, Ariſtophanes alter cum in Meneceĩ ciuis fortiſſimi robur ſcripſiſſet, ea tragędia, q̃ inſcribit Meneceus, cuius teſtimonio Plutar. vtitur, cõi Athenienſiũ decreto eiectus eſt. Vtq; Aga. Oreſtes furore liberatus ſerpentis morſu extinctus eſt tradito Mycęnarũ iperio Tiſamenę filio. Sit, Eupolis veteris comedię ſcriptor apd grẹcos. Quo in gñe Ariſtophanis ſcripta leguntur, ducta vxore primi nali nocte mortuus inuẽtus eſt vna cum puella.

ET Tu idem ſis ille, quem pinus. s. decidens peremit ſimili morte ſup. i Phrygia, et ſicut Berecĩades

ASCEN. venator i. pereas, vt Atys et Nauplius ex caſu pini.

Si tua contigerit minoas puppis ad vndas.
Te corcyręum creſia turba petat.
Lapſuramq; domum ſubeas, vt ſanguis Alebę,
Stella Lycoridę cui fuit ęqua viro.
Vtq; vel Euenus correnti flumine merſus,
Nomina des rapidę vel tyberinus aquę.
Hyrtacidęq; modo defixa cadauera trunco
Digna feras, hominis ſit caput eſca tuum.
Quodq; ferũt Brotean feciſſe cupidine mortis,
Des tua ſuccenſę membra cremanda Pyrę.
Incluſusq; necem cauea patiaris, vt ille
Non pfectur ę conditor hiſtorię.
Vtq; repertori nocuit pugnacis iambi,
Sic ſit in exitium lingua proterua tuum.
Vt ne parũ ſtabili qui carmine lęſit Athenas,
Inuiſus pereas deficiente cibo.
Vtq; lyrę vates fertur periiſſe ſeuerę,
Cauſa ſit excidii dextera lęſa tui.
Vtq; Agamẽnonio vulnus dedit anguis Oreſti,
Tu quoq; de morſu virus habente cadas.
Et tibi coniugij nox prima nouiſſima vitę,
Eupolis hoc periit, et noua nupta modo.

Si tua ptigerit. Ordo eſt, ſi puppis tua ptigerit ad vndas minoas. i. creticas turba creſſia. i. cretenſis petat te corcyreũ, ideſt quaſi corcyreum, hoc eſt occidat te, vt Sicilienſes oẽs Minos occidi iuſſit. Et ſubeas domũ lapſam, vt ſanguis alebi. i. alcidię Alebi Lariſſę filia cui fuit ſtella. i. influẽtia cęleſtis ęqua. i. ęqualis lycoridę viro. i. marito ſuo q amb a domo ruẽte oppreſſi ſunt. Et tu merſus flumine correnti des nola aquę rapidę qua. s. ſubmerſus ſis, vt vel Euenus dedit ſupple nomen Lycorbę qui, Euenus poſtea dictus eſt, et eſt fluuius Ætolię, vel Tyberinus a q̃ albula in Italia dictus ẽ. Et feras modo, ideſt ad modum hyrtacidę cadauera digna ſupple te defixa trunco, hoc eſt caput tuũ ſit eſca hominis, ideſt comedatur ab homine. Et des tua membra cremanda Pyrę ſuccenſę, ideſt rogo, quod, ideſt quam reſ ferunt. s. plurimi broteum. s. Vulcani, et minervę filium cupidine mortis, quia ob turpitudinem ſe contemptum videret. Et incluſus, cauea patiaris necem, vt ille. s. notiſſimus cherilus, conditor hiſtorię, ſcilicet geſtorum Alexandri magni, non profecturę, q periit fame, per quod ſignificatur fuiſſe malus ſcriptor. Et vt lingua proterua nocuit repertori. s. Archilocho inuentori, iambi. ideſt carminis iambici, pugnacis. i. mordacis et ad nocendum inuenti, ſic, ideſt in tuũ exitium, ideſt exterminium et necem. Et tu inuiſus pereas cibo deficiente, ideſt inedia coactus, vt ſup periit Ariſtophanes, qui lęſit Athenas carminẽ parum ſtabili. i. cito abolendo. Et vt vates ſeuerę lyrę. s. alter Ariſtophanes fertur periiſſe, ſic dextera lęſo ſit cauſa tui excidij, ideſt mortis tuę. Et vt anguis dedit vulnus Oreſti Agamemnonio, ideſt agamemnonis filio cadas, tu quoq; i. etiam tu de morſu habente virus, ideſt venenum. Nox prima coniugij ſit tibi nouiſſima, ideſt vltima vitę. Eupolis, ſcilicet poeta comicus grẹcus qui comędiam veterem ſcripſit, periit, hoc modo, ideſt prima nocte, et noua nupta, ideſt coniunx eius. Et vt ſcilicet hiſtoriographi narrant licophrona, ſcilicet poetã cothurnatum, ideſt altiloquum, ſcilicet periiſſe ſagitta aduerſarij, ſic ſup. hęreat ſagitta a fixa in tuis fibris, ideſt precordijs.

Vtq; cothurnatũ periiſſe Licophrona narrant,
Hęreat in fibris fixa ſagitta tuis.
Aut lacer in ſylua manibus ſpargare tuorũ,
Sparſus, vt eſt Thebis angue creatus auo.
Perq; feros montes tauro rapiente traharis,
Vt tracta eſt coniunx imperioſa Lyci
Quodq; ſuę paſſa eſt pellex inuita ſorori,
Excidat ante pedes lingua reſecta tuos.
Cognitor vt tardę Blęſus cognomine Mirrhę
Orbus in innumeris inueniare locis.
Inq; tuis opifex, vati quod fecit Achęo,
Noxia luminibus ſpicula condat apis.
Fixus et in duris carparis viſcera ſaxis,
Vt cui Pyrrha ſui filia fratris erat.
Et puer harpagidę referas exempla Thyeſtę,
Inq; tui cęſus viſcera patris eas.
Trunca geras ſęuo mutilatis partibus enſe.
Qualia myrteni membra fuiſſe ferunt.
Vt ve ſyracuſio pręſtricta fauce poetę
Sic animę laqueo ſit via clauſa tuę.
Nuda ue direpta pateant tua viſcera pelle
Vt phrygij, cuius nomina flumen habet.

DOMI. VTQVE, Lycophron poeta grecus libellũ Troianum carmine iambico complexus miro obſcuritate, ſyluam fabularum pęne omniũ, quę apud grecos extant continet. Laudaẽ pater a Papinio in vltimo syluaꝝ, quod Lycophronis obſcuritatem et vmbras explicaret, cũ de antiquoꝝ poetaꝝ principatu certaret ſagitta ab aduerſario ictus occidit vt hic ait Ouidi. Aut lacer pentheus a furente matre diſcerptus nomẽ a luctu ẽ ſortitus πενθος significat luctũ. Autonoes filij cadmum habent auũ, qui in anguẽ fuit cõuerſus, quẽs Pherecydes attr ſcriptum reliquerit vt ꝑpoſuimus. Perq; feros montes tauro, dirce lyci thebaꝝ reg's vxor cum Antiope quam lycus ob ſuſpitionẽ concubitus repudiauerat in carcerem detrudẽdam ſuaſiſſet mortuo lyco. Zetus, ẽ amphion nati ex Antiope eam reuinctã taurorum syluestrium caudis in vltionẽ maternam dilaniarunt ad eum locũ, q fontis Dircę a dirce nomẽ accepit, Tauros illos feros fuiſſe ſcri. Her. auctore interprete Apollonij, et Proper. Sub crucis ora bonis. Quodq; ſuę paſſa eſt. Philomelę vulgatiſſima fabula, dũ Tereo obſecuta timeẽ, ne ſcelus ꝑdat linguã amittit. Cognitor vt tarde Cynaras quum myrrhę filię inceſtu ſe pollutum dephendiſſet, eam in arabiã vsq; ſtricto enſe ſequutus eſt, vbi illa in arborem ſui nois ꝯuerſa inter arabię odoramenta numeraẽ. Inq; tuis opifex, Achęus Xuthi filius, vt ſcri. Stra. necatis parẽtibus ꝑ īprudentiã in Laconicã aufugit. Vatẽ autẽ Achęũ hic intellige Ho. q dũ infans inducaẽ ab apibus. Meliſſigenes ẽ dictus, hoc eſt ꝓles apũ, ſed oculos ea educatione amiſit venenatis apũ aculeis ex q̃ dictum eſt Home. qd ſigt cęcũ. Scribunt tñ Hero. et Plutar. Meliſſigenem fuiſſe appellatũ q ad Meletẽ fluuium ſit natus, cęcitatẽq; ad alias referunt cauſas. Fixus et in duris Prometheus, cuius frater Epimetheus filiam habuit Pyrrhã, in caucaſo monte aquila cor exedente cruciaẽ. Et puer arpiage, Arpiages filium abſumpſit, quod Thyeſte prius cõtigerat. Hoc magis placet, q̃ vt intelligas Arpiagem fuiſſe filium Thyeſtę, quum Tantali legamus. Trunca geras ſęuo. Mamerthes, vt ſcripſerunt qdam Myrmus Syſaphoni Corynthij frater cum fratris filium imperij cupiditate necaſſet a Syſaphone membratim eſt laceratus, hęc tamen fabula mihi incerto auctore tradita vr. Vtq; Theocritus poeta Syracuſanus ex Sicilia carmine buco. Virg. antepoſitus ob magnitudinem linguę dorice, quę paſtorali ſermone aptiſſima eſt, vnde ipſe totus ꝯſtat, vitã laqueo finiuit, vt hic ait. Nudaq; direpta pateat. Marſias victus a Phębo pelle exutus nomen fluuio dedit, de quo ſupra.

ASCEN. AVT Spargare in ſilua lacer. i. dilaceratus manibus tuorũ, vt ſparſus eſt Thebis creatus auo angue. s. Pentheus a matre diſcerptus, cuius auus Cadmus factus eſt. Et traharis per feros mõtes tauro rapiente. s. te, vt coniũx imperioſa lyci. s. dirce, tracta ẽ a filijs antiope. Et quod Philomela pellex inuita. i. coacta eſſe pellex ſuę ſorori. s. Progne eſt paſſa, lingua s. tua reſecta. i. amputata excidat. s. ex ore tuo añ pedes tuos, de qua re in bucco. mentio fit. Conditor ẽc. Ordo eſt. Inueniaris. s. ꝓfugus et vagus in innumeris locis, orbis. i. mũ'il vt ꝯditor myrrhę. s. filię ſuę vꝫ cynaras tarde. i. q̃ in arborem tarde naſcentẽ ꝯuerſa eſt cognomine. i. cognomento bleſus. Et apis opifex. i. mellificans cõdat ſpicula noxia. i. aculeũ noxiũ, qꝫ excęcatiuum, in luminibus. i. oculis tuis qd. i. quã reẽ fecit Achęo vati. i. poetę. Et tu fixus in duris ſaxis, carparis viſcera. i. habeas viſcera carpta, et dilacerata, vt cui Pyrrhę erat filia ſui fratris. s. Epimethei, hoc eſt vt Prometheus in caucaſo monte religatus, cuius fratris erat Pyrrha filia. Et referas exempla Thyeſtę. i. comedaris a pr̃e, vt puer harpagidę ſupple ab ea abſumptus eſt. Et tu cęſus. i. occiſus eas in viſcera tui pr̃is et tu geras mẽbra trun. i. truncata, et hoc partibus tuis mutilatis, enſe ſęuo. i. crudeli ſuper talia, qualia ferunt fuiſſe mẽbra mamerthis, ẽ via animę, idest vitę tuę, ante. Anhelitus tui, idest arteria vitalis ſit tibi clauſa. i. occluſa, et ſtrangulata laqueo, vt ſupple fuit clauſa poetę Syracuſio. i. Theocrito, et hoc fauce eius pręſtricta, idest ſtrangulata et compreſſa. Et viſcera tua pateant nuda, et hoc pelle direpta. Vt phrygij, ſcilicet marſię, qui fuit excoriatus, cuius nomina habet flumen, ſcilicet marſias nomine, et tu infelix videas ora Meduſę.

Saxificę videas infelix ora Meduſę.
Cephenum multos que dedit vna neci.
Potniadū morſus ſubeas, vt glaucus equarum
Inq; maris ſalias Glaucus vt alter aquas.
Vtq; duobus dictis modo nomē habenti
Prǽfocent animę gnoſia mella viam.
Sollicitoq; bibas veluti doctiſſimus olim,
Imperturbato quod bibit ore reus,
Nec tibi (ſiquid amas) felicius Hemone cedat.
Vtq; ſua Macareus, ſic potiare tua.
Et videas, qd iam, cum flāmę cuncta, tenerēt,
Hectoreus patria vidit ab vrbe puer.
Sanguine pbra luas, vt auo genitore creatus,
Per facinus ſoror eſt cui ſua facta parens.
Oſſibus inq; tuis teli genus hęreat illud,
Traditur Icarij quo cecidiſſe gener.
Vtq; loquax in equo eſt eliſus guttura certo,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

DOMI. SAXIFICÆ videas, Perſeus in Æthiopia liberata andromeda a vinculis. Nileos cephenos, erant autem populi, qui phineo parebāt prolato Meduſę capite in ſaxa vertit. Potniadum morſus Glaucus ad antedonem Boetię in balenam cuerſus eſt. Glaucus pręterea furore equarum dilaceratus eſt inter potniam, ē dircæi fontes, vt ſcrib. Strab. vnde equę potniades dictę ſunt. Glaucus deinum veneno melle ab hoſpite cretēſi extinctus eſt. Sollicitoq; tibi. Socrates damnatus ī iniſto crimine miſſum venenum publico athenienſium decreto conſtātiſſimo ore hauſit, cuz primus de animorum īmortalitate diſputaſſet, ex quo ſermone Plato dialogum confecit. Nec tibi Hemon cum rhodopem filiam pro vxore habuiſſet, perpetua temporum infamia ira numinum in montem obduruit, vna cum Rhodope filia, non placet, qđ alij de Laodomia ſcribūt. Apollodorus vero in eo libro, q inſcribitur Bibliotheca, ſcrib. Hemonem amaſſe Antigonem, ad cuius rogum enſe latus ſibi transfixit prę dolore, inde tragedia ſcripta variata non nihil hiſtoria ab Euri. et Sophocle. de hoc nunc loqtur, et nos in cōmentarijs Proper. ſcripſimus. Vtq; Machareus in ſigni dedecore notus eſt ob ꝯcubitum canaces ſororis, eandē turpitudinem ibidi imprecatur. Hectoreus. Aſtyanacta ex turri ſpectato incendio vrbis, ē ſuorū interitu Vlyſſes deiecit. Sanguine, adonis filius Cynarę ē myrrhę ab apro eſt dilaniatus. Auo genitore. Nā pr mřl, eius auus fuit, pȝ fabula apud Oui. Oſſibus. Vlyſſes nō ſatis certam mortem hȝ, cum Ho. carmen ad reditum tm̄ ꝑgrediat a Troia omiſſa Vlyſſis morte, traditum tn̄ eſt euȝ fuiſſe interfectuȝ a Telegono, quē ex circe ſuſceperat, acerbiſſimo vulnere. Theopōpus auctore interprete lycophronis ſcri. Vlyſſeȝ offenſuȝ turpitudine domeſtica rediſſe ad Circes ē a Telemacho fuiſſe necatū. Telemachū vero a Caſſiphone in vltionē mřis quo tpe natum affirmat Telegonū. Vtq; loquax agenor lapſu equi incerta ori manu extinctus eſt.

ASCEN. SAXIFICÆ .i. facientis ſaxa ex his. a quibus inſpecta fuerit, quę ſcilicet Meduſa dedit multos cephenum, pro cephenorum populorum ſcilicet neci, ideſt morti ſubeas morſus aquarum potniadum ſcilicet carne humana veſci ſolitarum. Vt Glaucus ſupple ſubijt, ſalias in aquas maris. Vt alter Glaucus, correptus ſcilicet furore comeſta quadaȝ herba, et mella gnoſia, ideſt cretenſia, hoc eſt apū cretenſium, prefocent, ideſt ſtrangulent, et intercludant, viam animę, ideſt anhelitus tui, et flatus. Vt habenti idem nomen duobus, ideſt cum duobus dictis mihi, ideſt a me, hoc eſt, vt tertius Glaucus, qui veneneto melle ab hoſpite cretenſi extinctus eſt. Et bibas ore ſolicito ſupple aconituȝ velut olim bibit reus doctiſſimus, ſcilicet Socrates ſolus ſapiēs ab Apolline pronunciatus, quod ſupple ipſe bibit ore imperturbato, ideſt conſtāti. Nec ſi tu quid amas cedat tibi felicius hemone, ideſt ꝙ hemoni, qui cum filia rhodope, quā iupiter amauit in mōtem obduruit, et tu patiare ſupple. a ſorore tua, vt Machareus ſupple paſſus ē ſua ſorore ſcilicet Canace hoc eſt ꝑpetuaȝ infamiam. Aut videas, non vt videas. Nam ordo eſt. Aut videas ſcilicet mortem ex pręcipitio inciſa patria quod puer Hectoreus, ideſt hectoris filius aſtianax vidit ab vrbe patria, ideſt in Ilio, cum flammę tenerent, ideſt occuparent iam cuncta. Et tu luas ſanguine ſcilicet tuo probra, ideſt vituperia, vt ſcilicet adonis creatus, ideſt procreatus, et genitus auo ſcilicet materno, hoc eſt Cynara pre myrrhę et auo, Adonis, genitore, ideſt patre. Idem enim erat pater et auus eiuſdem, ſed auus per filiam. Cui ſcilicet Adoni ſua ſoror eſt facta parens, ideſt mater per facinus, ideſt per inceſtum. Et illud genus teli, ſcilicet vt Baptiſta mantuanus recitat roſtrum gladij, et cauda trigonis. vnde verba eius ſunt. Nam gladij roſtrū, caudamq; trigonis aquoſi. Qua quondaȝ magno fatum intentauit Vlyxi, Telegonus Cyrces vſus fatalibus armis, prefixit iaculis. ſtygiaq; extinxit in vnda. Hęreat in tuis oſſibus. Quo gener Icarij, ideſt Vlyſſes maritus Penelopes filię Icari traditur cecidiſſe, ſcilicet a filio tuo ſublatus. Et vt agenor loquax, ideſt dum aſſidue loqui vellet, et manum in os inſertaret, eſt eliſus guttur, ideſt habuit guttur eliſum in equo, ideſt dū inſideret in equo. ſic iter vocis claudatur tibi pollice, ſcilicet tuo immiſſo. Aut minaris, ideſt minutim conteraris in alta pila, ideſt inſtrumento, quo conteritur granum quoduis aut legumen, vt Anaxarchus ſupple tritus et imminutus eſt. qui proiectus in ipſam malleis contuſus fuit.

DOMI. AVT VT Anaxarchus ob veteres iniurias Nitereon cyprius in pila contundi iuſſit. Alij ſcribunt a colonis necatum Anaxarchum, ſed placet prior ſententia, cuius aſſertor eſt Laertius Diogenes. Vtq; patrem, Phębus Leucotheam Orchami filiã amauit, quam pr̃ indignatus defodit in terram, Phębus in vltionem puellę dilectę Orchamum radijs ſolaribus exuſſit. Inq; tuos. Chorebus victor ĩ olympiaco certamine, vt ſcribit Stra.ẽ Euſeb. affirmat. Chorebus item captus amore Caſſandrę ad Troias venit in quo Virgil. ab Hom. diſceſſit, nã ille ſcri. Omeneuz Cabeſinum Caſſandrę amore fuiſſe captum Chorebus demum monſtrum in totaz peloponneſſuz miſſus ſuperauit. Vtq; nepos. Hippolytus Theſei filius Oethrę nepos, q̃ mater erat Theſei vulgato interitu ſupplicio diſcerptus ab equis, vt Polydorus a Polymneſtore Thracię rege violato hoſpitij iure necatus eſt cupiditate auri, qd̃ habeat. Vtq; ferũt. Damaſithõ Niobes et Amphionis filius cũ linguę mĩnę procacitatẽ filij luerent, penultimus ipſe extinctus eſt, vt eſt apud Oui.ĩ meta.xij. fuiſſe filium Proper. cecinit Oui. vij. de numero eoꝝ plura Gellius.

Addidit, Amphion coniunx Niobes mortuis filijs ſibi mortem conſciuit. Clarus arte muſicę. Nam citharam primus inuenit, quamuis alij Orpheo alij Lino eam tribuant auctore Plin. Vtq; ſoror. Niobe amiſſis filijs in ſaxum Sipilum dolore commutata eſt. Et leſus. Battus ob furtum Mercurij proditum, qui boues abegerat in meſſenijs in ſaxum eſt conuerſus. Quo puer ebalides. Hiacynthus a Phębo dilectus in ludo diſci ab eo eſt extinctus per imprudentiam. Si qua per alternos. Leander quum Hero puellam ſerto Seſtiaco nocturno tempore nataret ſubmerſus eſt.

Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta,
Iactaq; pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.
Salmacis vtq; patrem condat te Phębus ĩ ima
Tartara, quod natę fecerat ipſe ſuę.
Inq; tuos ea peſtis eat, quam dextra Chorebi
Vicit opem miſeris argolicisq; tulit.
Vtq; nepos Aethrę veneris moribũdus ob irã
Exul ab attonitis excutiaris equis.
Propter opes nimias vt p̃didit hoſpes alumnũ
Perdat ob exiguas te tuus hoſpes opes:
Vtq; ferunt fratres ſex cum Damaſithone cęſos,
Intereat totum ſic genus omne tuum.
Addidit vt fidicen miſeris ſua funera natis,
Sic tibi ſint vitę tedia iuſta tuę.
Vt ve ſoror Pelopis ſaxo dureris oborto.
Et lęſus lingua Battus ab ipſe ſua.
Aera ſi miſſo vacuum iaculabere diſco,
Quo puer Oebalides ictus ab orbe cadas.
Si qua per alternos pulſabitur vnda lacertos,
Omnes abydena ſit tibi peior aqua.

ASCEN. ET OSSA tua iacta.s.e pila ſonent, pro frugibus ſolidis.i.impermixtis et ſui plenis. Et Phębus condat, ideſt detrudat te in ima tartara, vt ſupple p̃didit patrem Salmacis.i.Orchanium quem radijs ſolaribus interemit, quod.i.quaz rem ipſe fecerat ſuę natę, ſcilicet Leucothee, quam detruſit in locum ſubterraneũ. Et ea peſtis.i.monſtrũ eat in tuos.s.familiares propinquos amicos et benefactores quam.s.peſtem.i.quod monſtrum dextra chorebi vicit, et tulit opem miſeris argolicis.i.Pelopõneſſi incolis. Et tu exul, ſcilicet a paterna domo excutiaris ab equis attonitis.i.cõſternatis viſis phocis vt ſupple excuſſus eſt nepos ęthrę.s. Hippolytus Theſei filius moribundus ob iram Veneris, quia contempſit rem veneream habere cũz Phędra nouerca ſua. Vt hoſpes, ſcilz Priami Polymneſtor rex Thracię perdidit, ideſt interemit alumnum, ſcilicet Polydorum filium Priami, quem aluerat propter nimias opes. Vnde tertio ęnei. Polydorum obtruncat, et auro vi potitur, quid non mortalia pectora cogis. Auri ſacra fames? ſic ſup. hoſpes tuus perdat te ob exiguas.i. valde modicas opes. Et vt ferunt tot fratres cęſos ſcilicet ab Apolline cũ Damaſithone. ſcilicet filio: Amphionis et Niobes, ſic omne genus tuuz intereat tecum.

Et vt fidicen, ſcilicet Amphion addidit ſua funera, ideſt mortem ſuam natis, ideſt filijs ſuis miſeris qui ob ſuperbiam matris interempti ſunt, ſic iuxta tędia ſint tibi tuę vitę.i. de vita tua vt teipſum interficias. Et dureris, ideſt indureas ſaxo oborto, ideſt pręter opinionem nato, vt ſoror Pelopis, ideſt Niobe ſupple indurauit quę in ſipylum ſaxum commutata eſt, et vt ſupple in ſaxum indurauit, et immutatus eſt Battus, ſcilicet fur abigeus, lęſus ipſe a ſua lingua, qua furtum confeſſus eſt.

Si tu iaculabere, ideſt iaciendo percuties aera. ideſt aerem vacuum, ſcilicet corpore denſo, diſco miſſo, ideſt per diſcum furſum miſſum, tu cadas ictus ab orbe, ideſt ab eodem diſco redeundo. Quo puer Oebalides, ideſt hiacynthus ictus ſupple cecidit. Et ſiqua, ideſt aliqua vnda pulſabitur per lacertos, ſcilicet tuos alternos, ideſt alternatim dum natas aquas feruentes, hoc eſt ſi aliquando pernatare fluuium volueris, omnis aqua ſit tibi peior abydena, ideſt quam abydena fuit Leandro qui ad amicam properans in ea ſubmerſus eſt. Comicus etcętera. vt ideſt quemadmodum comicus, ſcilicet Menander nonę comedię princeps, aut vt quidam volunt Terentius e Gręcia rediens periit, ideſt ſubmerſus eſt dum nabat in vndis liquidis. ſic liquor ſtigius, ideſt infernalis ſtranguletur, et ideſt etiam ora tua.

DOMI. COMICVS. Menander comedię apud gręcos auctor preſtantiſſimus, dum in fluuio perexiguo nataret ſubmerſus eſt, vt quidam hic intelligunt. Cõtacta, Palinurus Troianę claſſis gubernator ſomno deceptus in mare decidit, at quum triduo enataſſet, in littore a velitibus eſt necatus, qđ apđ Vir. cõqueritur.

ſed cunctis exeuntibus comprehenſis eius manibus in medio conatu ſubſtitit preda feris. Meminerunt Cice. ꝛ Diodo.

AVT VBI tu, naufragus. i. naufragiũ paſſus ſu- ASCEN. peraris. i. ſuperaueris, ęquor ventoſum. i. procelloſum mare, tũc ſupple pereas humo. i. terra cõtacta vt palinurus ſcꝫ director nauis Ænee ſuit ſup. interemptus in portu velino poſtea victo, vt in. vi. ęneidos tr.

Vtq. Euripides, quod male nonnulli interpretati ſunt de limo, cum apud archelaum regem cęnaſſet domumq; reuerteretur a canibus eſt diſcerptus tragici carminis preſtantia nobiliſſimus. Nam illius tragedię cum ſophocle certant. At empedocles phyſicaꝫ rationem carmine cõplexus Siciliam patriam nobilitauit. Nã cum Lucre. eiusdeꝫ carminis ſtudio apud nos teneretur, nihil Empedocle nobilius in ſicilia fuiſſe affirmat, cum aũt nouo mortis genere immortalem optaret in ętnam ardentem ſe coniecit.

Comicus vt liquidis periit, dũ nabat, in vndis,
Et tua ſic ſtygius ſtrangulet ora liquor.
Aut vbi ventoſum ſuperaris naufragus ęquor
Contracta pereas vt palinurus humo.
Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianę,
Dilaniet vigilum tẽ quoq; turba canum.
Aut tu trinacrii ſalias ſuper ora gigantis,
Plurima q̃ flãmas ſic canis Aetna vomit.
Diripiantq; tuos inſanis vnguibus artus
Strymonię matres Orpheon eſſe ratę,
Natus vt althęę flammis abſentibus arſit,
Sic tuus ardeſcat ſtipitis igne rogus,
Vt noua phaſiaca compreſſa eſt nupta corona
Vtq; pater nuptę, cunq; parente domus.
Vt cruor Herculeos abiit diffuſus in artus.
Corpora peſtiferum ſic tua virus edat.
Qua ſua penthidem proles eſt vlta Lycurgum,
Hęc maneat teli te quoq; plaga noui
Vtq; milo robur diducere fiſſile tentes,
Nec poſſis captas inde referre manus.

Turba canum vigilũ, appoſitorię, cuſtodia Dianę dilaniet quoq. i. et te, vt ſupple dilaniauit vatẽ cothurnatum. s. Eurypedem. Aut tu ſalias ſup ora gigantis trinacrii. i. Sicilienſis, hoc eſt in Sicilia in monte Ætna relegati. vnde ęne. iii. fama ẽ enceladi ſemiuſtum fulmine corpus, vrgeri mole hac etẽ. ſupple ab ea parte. Qua Ætna ſicanis. s. Sicilienſis plima. i. abundatiſſima, vomit flãmas, quod. s. empedocli cõtingit, vt docet Flaccus in arte poetica.

Strymonię mulieres Thracię Orpheū laniarunt, multos aũt fuiſſe Orpheos in commentariis Sillii tradidimus, ꝛ de huius interitu varia ſcrib. Pauſa. quę recitabimus alibi. Natus Meleager ob duos auunculos in apri venatione necatos in atalantę grętiaꝫ abſumptus eſt Althęa matre ſtipitem igni ſubiiciente, queꝫ ſtipitem fatalem habebat. Acceperat. n. meleagruꝫ filiũ tãdiu in humanis futuꝝ, q̃ ſtipes ille ſeruaret. Vt noua. Iaſon ab expeditioni argonautica reuertens ſuſceptus hoſpitio a Creonte eius filiaꝫ creuſam, vt Dio. et Papi. ſcrib. vt alii glaucã vxorem duxit, cõtempta Medea, quę vt iniuriam vlciſceretur naphtam genus bituminis attulit ſponte in corona, q̃ eo liquore tincta remotiſſimum ignem ab aris ſacroꝝ attraxit imiſſo incendio domui, et domeſticis oibus. Alii aliter rem geſtas tradunt. ſed hęc a Pli. in hiſto probantur. Vt cruor. tunica venenata membra Herculis correpta ſunt magno cruciatu quam miſſaꝫ a Deianira lycas attulerat vt ſupra eſt dictum. Quem ſua butes lycurgi filius ob patrem ſublatum a Baccho, eius numinis ſacerdotes omnes necauit, variis et acerbiſſimis ſuppliciis. Vtq; milo. milones complures fuiſſe ſupra eſt traditum, inter quos Crotoniates nobiliſſimus fuit robore lacertorꝫ, qui bus cum fretus lignum ſemifixum in ſyluas errans inueniſſet, conatus eſt manibus deducere,

Et matres ſtrymonię. i. thraces diripiant. i. dilacerent tuos artus. i. membra tua, vnguibus inſanis i. ipſe inſanientes, ratę. i. arbitrantes ſupple te eſſe orpheon. nam ſic orphea dilacerauerunt. Et vt natus. i. filius Althęę. s. Meleager arſit. i. cõſumptus et cõbuſtus eſt flãmis ardentibus, ſic rogus tuus ardeſcat igne. s. fatali in rogum tuum immiſſi a mr̃e, vt noua nupta. s. Iaſonis ſpõſa, hoc eſt Creuſa Creõtis corinthioꝝ regis filia arſit corona phaſiaca. i. a medea Phaſide, ſiue Colchide miſſa. Et vt pater nuptę, ſcilicet Creontes. et domus ſcilicet tota. s. arſit cuꝫ parente, ſic tu ſupple ardeas, et vt cruor. s. Neſſi veneneſus habiit diffuſus in artus Herculeos. i. in membra herculis per camiſiam a Deianire per Lycam miſſam, ſic virus. i. venenum peſtiferuꝫ edat, ideſt abſumat corpora tua. Hęc plaga noui teli qua lycurgum penthidem, ideſt Penthei filiuꝫ, ſua proles, ideſt filius butes eſt vlta ſcilicet occidendo Bacchi ſacerdotes variis ſuppliciis, maneat, ideſt expectet, quoq;, ideſt etiam te. Et tentes, ideſt coneris deducere. i. in diuerſas partes diſtrahere robur ideſt arborem robuſtam, aut tenera arborem robur dictam, quę eſt de genere quercuum, fiſſile. i. fiſſam, ꝛ rimoſam, vt. i. quemadmodũ milo ſup. tentauit, vt et Aulus Gel. recitat nec poſſis referre inde i. ex ipſo robore manus captas. i. comprehenſas ab arbore, et ita maneas preda feris, vt ille manſit.

Muneribuſq; tuis lędaris vt Icarus,in quem
Intulit armatas ebria turba manus.
Quodq; dolore necis patrię pia filia fecit,
Vincula per laquei fac quoq; guttur eat.
Obſtrictusq; famem patiaris limine tecti.
Vt legem pęne cui dedit ipſa parens
Illius exemplo violes ſimulacra Minerue
Aulidis a portu qui leue vertit iter.
Naupliadęq; modo ficto pro crimine pęnas
Morte luas,nec te non meruiſſe iuuet.
Aethalon vt vita ſpoliauit iſidis hoſpes.
Quem memor a ſacris nunc quoq; pellit Io.
Vtq; Melanthęum tenebris a cęde latentem
Prodidit officio luminis ipſa parens.
Sic tua coniectis fodiantur corpora telis,
Sic precor auxilijs impediare tuis.
Qualis eqs pactis,quos fortis agebat Achilles,
Acta phrygi timido eſt,nox tibi talis eat.

DOMI. ICARVS, Erigones pater cum atticę colonos vinu viſum donaſſet illi inuſitato liquore ebrij venenū datū ſibi arbitrātes eū necarunt vno impetu. cuius morte audita. Erigone filia laqueo vitā finiuit.notiſſima fabula eſt.hiſtoria ab Higinio in primis cōpluribus verſibus tradita. Obſtrictus,cū tū eſſet laudis bellicę ſtudiū apud lacedęmonios vt matres filijs in aciē prodeuntibus ſcuta porrigentes hęc dicerēt, pente his aut victores aut mortui. Euryſthenes cum male pugnaſſet,domū ſempiterno dedecore affecit.qua de cā mr̄ indignata eum clauſis media perire coegit. Illius exemplo Agamēnon mactata iphigenia filia ſecundos ventos impetrauit a Diana, cuius indignatione Neptunus mare infeſtum reddiderat grecis,ſed cū eo ſacrificio urna ꝓ filia ſuppoſita fuiſſet, dati quid fuerunt in preſens optati venti,ſed Diana offenſę nō immemor effeciſſe dicitur, vt a Clytemneſtra vxore Agamemnon interficeretur.Placet magis legas Mineruę, & intelligas de aiaci oilei qui ob violatam Caſſandram in templo Palladis ira deę naufragium fecit , vt ante eſt dictum et ſententia et Homero et Strabo. Naupliadę , Palamedes crimine ficto ab Vlyſſe quod aurum a Priamo in grecorum proditionem accepiſſet , lapidibus obrutus eſt. Æthalon , ęthalus ab Iſidis ſacerdote hoſpite necatus eſt. iratum numen ſigna dedit futuri mali in ęgyptios omnes.quod vt declinarent,inſtituerunt, ne quis ex eius familia , qui Ethalon hoſpitem necaſſet . in Ægypto eſſet:aut vllo tempore ſacerdotij dignitatem attingeret,certe quidem leges erant,quibus ſacerdotia , dari poſſent , vt ſcribit Ioſephus. Vtq; Melanthus,potes intelligere de cuſtode caprarum Vlyſſis. Sed placet intelligas de Codro,qui Melanthei filius fuit , vt Strabo ſcribit , et patrem necauit . Deprehenſus ab Athenienſibus ad ſupplicium matre indicante , quę vana conſcientia latebat. Qualis Dolonem a Troianis miſſum in Grecorum caſtra exploranda captum Vly. et Diomedes tota nocte in queſtione habuerūt ſciſcitantes quid apud Troianos ageretur , is autem venerat , vt equos Achillis abduceret , quos promiſerat Troianis , ſed noctem illam egit inſomnem magno metu, talem imprecatur ibidi.

ASCEN. ET LÆDARIS tuis muneribus.i.ob tua munera et inuenta.vt Icarus ſupple læſus eſt ob inuentū vinū,in quem ebria turba.s.agreſtiū credens ſe veneno infectā,intulit manus armatas quę ipſum occiderunt. Et fac quoq;, ideſt etiā,vt ſupple guttur tuū eat per vincula laquei.i.vt ſtranguleris,& ſuſpendaris,qd ideſt quam rem pia filia.s.Erigone virgo fecit dolore.i. ob dolorem . necis patrię.i. paternę ſeu patris ſui Icari. Et de obſtrictus in limine tecti.i.domus paterę ris famē,vt ſupple ſamem paſſus eſt, et ē neci datus Euryſthenes lacedęmōius cui ipſa parens.i. mater dedit legē pęne vt recitatur a Calderino. Illius exemplo ad fines vſq; quem nūc attingimus impręcatur in ibin.Ordo eſt. Violes ſimulachra mineruę exēplo illius.s.Aiacis Oilei,qui ꝓcubitu tēplum Palladis maeſtauit , qui vertit iter leue.i.facile a portu aulidis,ob quam rem volunt alij legendū eſſe Dianę. Et luas morte ſcilicet tua , pęnas pro crimine ficto id falſe impoſito more naupliadę , ideſt Palamedis Nauplij filio ab Vlyſſe falſe accuſato, nec iuuet te non meruiſſe , ideſt nec proſit tibi, qd non merueris , ſicut nec Palamedi profuit. Et vt ipſa parens , ideſt mater prodidit officio luminis, ideſt agnitione per oculos facta Melantheum ſcilicet filium ſuum latentem , ideſt defenſum a cęde , ideſt occiſione , tenebris , ideſt beneficio tenebrarum , ſic tua corpora fodiantur telis coniectis ſcilicet in ea , et ego precor, vt impediare ſic a tuis auxilijs , ideſt ab ijs qui tibi auxilio eſſe deberent, vt ille a matre impeditus eſt . Qualis nox eſt acta phrygi , ideſt Troiano ſcilicet doloni timido , ſcilicet propter furtum , quod attentauit,hoc eſt equis quos fortis Achilles agebat , pactis , ideſt pollicitis ab eo , talis nox ea tibi , ideſt illudaris, et tandem neceris , vt ille. Nec tu fruaris meliore ſomno , ꝙ Rheſus , ſcilicet rex Thracię qui prima nocte cum Troiam intrare non poſſet ſomno grauatus deprehenſus occiſus eſt,ablatis equis eius candidiſſimis et fatalibus , nec tu fruaris meliore ſomno ante diem necis , ideſt pridie , quam necaberis quam ſupple fruebantur comites Rheſi , qui miſerabiliter ab Vlyſſe et Diomede extincti ſunt.

Et non fruaris meliore ſomno , quam ſupple ij , quos hyrtacides , ideſt Niſus impiger , ideſt velociſſimus curſor , vt patet quinto ęneidos , et etiam nono.

DOMI. NEC Tu q̃ Rheſus Thracię rex equos albos Troianis adducebat, qui ſi pabula Troię guſtaſſent ſatis erat pgama capi nõ poſſe, ſed ipſe cum comitibus a grecis interfectus eſt cũ noctem ageret magno metu. Quam quos, Niſus et Euryalus in caſtris turni rhãnetem trucidarunt dormientẽ vna cum multis alijs. Cliniadę, Alcibiades cum in Phrygia ab Atheniensibus exularet, immiſſis percuſſoribus publico decreto i cubiculo crematus eſt. Fuit autem Cliniæ filius Potes et Clytiadeȝ intelligere filium Clitię puellę dilectę a ſole, qui radijs Phębi exuſtus ẽ. Vtq; remo, Remus cum preter fratris edictum muros Romę inchoatos tranſcenderet, a Fabio celere necatus eſt. Celer autẽ officij nomen eſt, nam Romulus ſatellites ſuos celeres appellauit, auctores ſunt Plutar. Liuius et Dionyſius.

Nec tu q̃ Rheſus ſomno meliore ſruaris,
Quam comites Rheſi tu necis ante diem.
Quã quos cũ rutulo morti Rhãnete dederũt,
Impiger Hyrtacides, Hyrtacideq; comes.
Cliniadeq; modo circundatus ignibus artis,
Membra feras ſtygię ſemicremata neci.
Vtq; Remo muros auſo tranſire recentes,
Noxia ſint capiti ruſtica tela tuo.
Deniq; ſarmaticas inter geticasq; ſagittas
His precor vt viuas, et moriare locis.
Hęc tibi tantiſper ſubito ſint miſſa libello
Immemores ne nos eſſe querare tui.
Pauca qdem fateor, ſed Dij dent plura rogatis,
Multiplicentq; ſuo vota fauore mea.
Poſtmodo plura leges, & nomen habentia verꝯ
Et pede quo debent acria bella geri.

ASCEN. VT Comes Hyrtacides.s. Euryalus dederunt morti.i.occiderunt cum Rhamnete rutulo, dum.s.per noctem ad Æneam iter habebant per caſtra rutulorũ, vt late patet ęnei.ix. Et tu feras membra ſemicremata.i. ad mediuȝ cremata neci ſtygię.i.ad mortẽ infernalẽ exiſtens circũdatus atris ignibus more Cliniadę.i.Alcibiadis, q in cubiculo crematus eſt, aut more Clictade puellę filij, q radijs ſolis exuſtus perijt. Et tela ruſtica ſint noxia.i. nociua tuo capiti.i.interficiant te, vt ſup. fuerunt noxia Remo fratri Romuli auſo tranſire, muros.s. Romę recentes.i.recenter factos, et adhuc humiles, deniq; ego precor, vt viuas et moriare his locis.s. in qbus me eſſe gaudes inter ſagittas Sarmaticas et geticas i.Sarmatarũ et getarũ, ferociũ populorũ ad glacialem oceanuȝ habitantium. Hęc.s.maledicta et nociua vota ſunt miſſa tibi tantiſper.s. dum inter geticas ſagittas moriaris, libello ſubito, ideſt ſubito colore edito, ne querare.i.queraris nos eẽ immemores tui, hoc per irriſionem dicit, quia melius eſſet non eſſe memorem, q̃ ſic. Ego quidẽ fateor pauca ſup. hęc eſſe ſed dij dent mihi rogãti plura ſupple mala in te imprecari, et multiplicent mea vota ſuo fauore. Et leges poſtmodo, ideſt poſtmodũ plura, ideſt plures imprecationes, et habentia verũ nomen, ſcilicet tuuȝ, cum nunc per fictionem Ibis voceris et ſup. confecta pede, ſcilicet iambico, quo acria bella, ideſt hoſtiles imprecationes, debent geri, ideſt ingeri et imprecari.

Domitius Calderinus.

LAudat Papinius patrem ꝙ per tenebras Lycophronis poetę ſine errore incederet. Ego in tam obſcuro Ouidij opere interpretando tantam laudem nec agnoſco nec mihi aſſumo, vt in tam reconditis locis aliqñ non offenderim, qui et ea doctrina non ſum, qua Papinij patrem fuiſſe credimus atq; vtinam, vel mediocri eſſem, et opus habui interp̃tanduȝ, in quo poeta obſcuritateȝ, nõ ſolum admiſit, vt ille ait, ſed affectauit, vt nemo ſi ter Callimachũ quo obſcurior p emulationẽ eẽ ɔtẽdit. Id qḋ initio diximus Lycophronis carmen legimus ſępe, in quo argumento quidem Ouidio grandior, ſed verbis apertior nobis vĩ, et cęci ſane qui interpretantẽ in tanta pſertim librorũ copia non tam p ɔiecturam fabulę apud illum indagãdę fuerunt q̃ colligendę diuersę a diuerſis auctoribus ſcriptę. Mihi vero vix vno verbo deſignatę occurrebant, vt primum qḋ ſi velle ɔijciendũ fuerit, tñ quid afferre poſſemus elaborandum. Breuitatem in primis ſum ſecutus, vel ꝙ opus quoq; breue eſt vel eius generis ſunt, quę recitauimus, vt capite bis adumbrato reliquum corpus coloribus, quos indicauimus facile deduci poſſet, opuſculi initio ingenue faſſus ſum quos habeam auctores, ſi quę preterea alij inuenerint in communem afferant vtilitatem, nos commentarios in Iuue. quos viro principi indicauimus, cum reliquo opere librarijs nuper tradidimus imprimendos. Vbi quid ſcripſerim: qd effecerim, aliorũ erit iudiciuȝ. Ea certe fore ɔfido, quę duo qnquagenarij hoies quorũ vterq; induſtrię noſtrę vel inuidet, vel impię aduerſat ab eo, qui vigeſimumnonum nõdum compleuit annum diſcere malint q̃ ignorare. Vale Falco, et ama me.

IMPRESSVM TVSCVLANI APVD BENACVM. IN ÆDIBVS ALEXANDRI PAGANINI · 1533

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M

Omnes ſunt ſexterni preter M qui eſt ternus et ſimplicis Tabula.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO ...

COMMENTARIORVM INDICIVM.

A

Abſyrtides inſulę vbi locorum col.iij.car. xxxvij
Achaia vnde dicta ſit col.prima xxviij
Acheloi cum Hercule pugna col.iij. liiij
Acteon qui fuerit col.iij. cvi
Admetus quis ſit col.i. xxxij
Adonis qui fuerit col.iij. xxiiij
Æge et Pan qui fuerint col.i. xxvij
Ægiſti mors col. prima xlvij
Æacus qui ſit col. prima xlvi
Æmus mons vbi locorum col.prima xiiij
Æolus rex ventorum qui fuerit col.iij. xciiij.
Æetes quid ſit col. prima xxxv
Ætolia quę ſit col. prima liiij
Ætna mons vbi locorum col.i. cvij
Aiax et phęnix qui fuerint col.i. xvij
Alceus qui ſit col.prima cxiiij
Alchmena quę ſit col.iij. li
Alcymede quę fuerit col.iij. xxxvi
Alcyonum auium natura col.iij. xcvi
Amimone quę fuerit col.i. cij
Amphitrio qui ſit col.iij. li
Anchisę mors col.prima xliiij
Androgeus qui fuerit col.i. lviij
Andromache quę fuerit col.iij. xxx
Andromedę quę ſit col. prima xcvij
Angues ab Hercule trucidati col.i. liij
Anteus qui fuerit col iij. lij
Antilochus qui ſit col.i. viij
Antinous et Eurimachus qui col.i. viij
Antiopę mors col. iij. xxv
Arcton quę ſit col.i. xcvij
Arctophilas quę fuerit col.iij. xcviij
Argonautę quot fuerint col.iij. lxiiij
Aſtidamia quę ſit col.i. lij
Aulis portus vbi locorum col.i. lxxi

B

Bacchi miniſtrę quę col. iij. car.xxij
Barbitos quid ſit col.iij. cxij
Byſtonis lacus vbi locorum col.iij. xlij
Boreas qua mundi parte flet col.iij. xciiij
Bryſeis quę fuerit col.i. xvi
Busyris qui ſit col.iij. lij
Butes qui fuerit col.i. lvij

C

Cęa inſula qui claruere col.i. car cix.
Chalciope filij quot col.i. lxvi
Callimachus qui fuerit col.iij. cxx
Calliſtho quę ſit col.i. xcvij
Capra et hedi qui col.iij. xcviij
Cathane vbi locorum col.i. cxlij
Ceix qui fuerit col.iij. xcv
Celeno quę ſit col.i. cxx
Chelis quid ſit col.iij. cxvij
Centauri qui fuere col.iij. xij
Cephalus qui ſit col. iij. xxlij
Cercylla quę fuerit col.i. cxv
Cerberi mors col.prima liij
Cythera inſula vbi locorum col.i. xli
Corycię nymphę quę col.i. cix

D

Daphnes quę fuerit col.iij. car. cxij
Diomedes qui fuerit col.iij. vi
Diomedes latro qui col.i. lij
Deiphobus qui fuerit col.iij. lxxxvi
Dolonis mors col.iij. v
Dores populi vbi locorum col.iij. lxxxvi
Drion mons vbi col.iij. lvi
Dulichium et ſamos vbi locorum col.i. viij

E

Echo quid ſit col.i. car.lvi
Eleuſis vbi locorum col.iij. xxiij
Elidis certamina col.iij. xcvij
Ephyre vnde dicta col.i. lxv
Ericto quę fuerit col.iij. cxvi
Erimanthus vbi locorum col.i. liij
Erycinę templum vbi col.iiij. cxix
Eumeus qui fuerit col.i. viij
Euribates et Talthibius qui col.iij. xvi
Euriſtheus qui fuerit col.i. li

F

Fabula Atrei et Thyeſtis col. iij. lxxxi
Fabula Tantali col.i. lxxxii
Fabula Atalantę col.i. lxxxiii
Fabula Phębes col.iii. lxxxv
Fabula Inus col.i. cii
Fabula Ariadnes col.iiii. cxiii
Fabula Perſei col. prima cxiiii
Fabula Cephali col.iii. cxv
Fabula Endimionis col.iii. cxv
Fabula Philomelę col.i. cxvii
Faunus qui fuerit col.i. xxiii
Fata troiana quę col.iiii. iiii
Filii Priami quot fuerint col.i. xcii

G

Ganimedes qui fuerit col.iii. lxxxii
Gerion qui ſit col.i. liii
Getulia quę ſit col.iii. xliii
Glaucus qui fuerit col.iii. xcvii
Gnoſus vrbs vbi locorum col.iiii. cxiii
Gorgę quę fuerit col.iiii. lv
Grecorum coniuratio col.i. lxxi

H

Halcyone quę fuerit col iii. car.cii
Hebrus vbi locorum col.iii. x
Hecate quę fuerit col.i. lxix
Hercules cęlum ſuſtinens col. iii. l
Hiarbas qui fuerit col.i. xliii
Hilus quid ſit col.iii. lv
Hymeneus quis col.i. xl
Hydra lernea quę col.i. liii
Hyppodamia quę fuerit col.i. xciii

I

Iaſon qui fuerit col.i. xxxiiii
Icario quot filii col.iii. vii.
Ilioneus qui fuerit col.iij. lxxxvi
Inachus qui col i. cxiii
Iolchon quid ſit col.i. lviii
Irus qui fuerit col.iii. viii
Iſmarus vbi locorum col.i. vi
Io quę ſit col.prima. lxxviij

L

Lacedęmó quę ſit col. prima. car ix
Laodice quot fuere col. iij. cij
Latmij amor col. prima xcv
Leo ab hercule occiſus col. iij. lij
Leones europa nó gig. col. iij. lvij
Lesbos vbi locorum col. iij. cxiij
Licurgus quis fuerit col. i. xliij
Lyrę inuentor qui col. iiij. cxvij
Lyrneſſum vbi locorum col. iij. xvij
Lucifer qui fuerit col. prima xcvi
Ludi et luſus qui ſint col. iij. cxiij
Lunę color qualis col. prima xcv
Luſtrum quid ſit col. prima cxix

M

Magni dij qui col. prima car. xcvi
Mare Icarium quod col. iij. xciij
Marpiſſa quę fuerit col. i. xix
Meander fluuius vbi col. i. lij
Medeę mater quę col. iij. xcij
Meduſa quę fuerit col. iij. cij
Melanthius qui col. iij. viij
Migdonia vbi locorum col. iiij. cxvi
Myrmidonum familia quę col. i. xxxiij
Musę quot fuerint col. ij. cxiij
Musę ardalides q́ ſint col. iij. cxv

N

Natales quę ſint col. prima car. cxv
Naxos vbi locorum col. i. lvij
Neſis inſula vbi col. iij. cxiij
Neſſus qui fuerit col prima lv
Nili quot oſtia col. iij. lxxviij
Niobe quę fuerit col. prima cvij
Nutrix Vlyſſis quę col. iij. viij
Nutrices Iouis col. iij. xcviij

O

Oechalię quot fuerint col. iiij. car. xlix
Oenomaus qui fuerit col. iij. xlvij
Ogiges qui col. prima lvij
Olenos et helice quę col. iij. xcviij
Olimpi quot col. iij. xxij
Olimpia quid ſit col. prima cxix
Omphale quę fuerit col. i. lij

P

Palamedis mors col. prima car. ij
Palemon qui col. iij. xcvij
Parcę quot ſint col. iij. cxv
Paſiphae quę fuerit col. iij. xxvi
Patrocli exitus col. prima liij
Pelaſgus qui fuerit col. iij. lxxvi
Peloponneſſus qui col. iij. lxxviij
Penates qui col. iij. xli
Pierides vnde dictę col. ij. cxiij
Pyli quot col. iij. vi
Pyrrhus qui fuerit col. prima xx
Phaſis vbi locorum col. iij. xxxvi
Pherecides qui fuerit col. i. lxx
Phthia quę col. prima xviij
Pleiades quot ſint col. prima lxxij
Pontus vbi locorum col. iij. cix
Procuſtes quis col. prima xij
Proſerpina quę ſit col. prima lxix
Protheſilai mors col. prima. lxxij

Q

Quare Vlyſſes Neptuno inuiſus fuerit col. iij. c.cij
Quare ſomnia vera ſint col. iij. cij
Quare delphin tempeſtatem preſagiet col. i. ciiij
Quare Hyppolytus virbius dictus fuerit col. i. cx
Quare Bacchus cornua geſtauerit col. iij. cxiij
Quot poetę celebres in elegia apud grecos fuerint columna. iij. cxij

R

Raptores qui dicantur col. iij. cix
Rhoeſus qui fuerit col. iij. v
Rogus quid ſit, et quo pacto ɔſtruat col. i. cxvi
Ros arabus qui dicat col. ij. cxv

S

Sappho quę fuerit col. iij. car. cxl
Sappho quot fratres col. prima cxv
Scylla et Charibdis quę col. i. lxxviij
Scyrnis quis fuerit col. iij. xij
Scyron quis col. prima xij
Scyros inſula vbi locorum col. i. xlix
Sicharij vnde dicti col. iij. cxiiij
Sigeum promontoriū vbi col. i. v
Simplegades vbi locorum col. iij. lxvi
Syſiphus vbi regnauerit col. i. lx
Scithonia quę regio col. iij. lx
Seſto vbi locorum col. iij. cxiiij
Spartę vbi ſit col. iij. lxxij
Spartanorum nauale vbi col. iij. lxxvij

T

Tanais vbi locorum col. iij. xxxvi
Tenaros vbi col. i. lxij
Tenedos vnde dicta col. iij. lxvij
Telephus qui fuerit col. i. lij
Theſeus cuius filius col. i. lix
Teſpi filię quę col. prima lij
Theſpias qui fuerit col. ij. cxiij
Titonus qui fuerit col. iij. lxxij
Tiphoeus vbi locorum col. i. cxlij
Tydeus qui col. i. ly
Tyro cuius filia fuerit col. i. cij
Tlepolemus qui fuerit col. i. liij
Troezen vbi locorum col. i. xxv
Troglodytę vbi col. iij. lxxv

V

Velites milites qui dicebant col. iij. cxx
Veneres et amores q̄ fuerint col. i. xli
Venus q̄re citherea dicta ſit col. ī. cxviij
Vindex qui ſit col. i. xlvi
Vlyſſis ficta inſania col. i. ij
Vlyſſi quot filios fuerint col. i. vij

X

Xanthi fontes vbi locorum col. iij. xxviij

Y

Yambū qs primus inuenerit col. iij. cxx

Z

Zethus et chalais qui col. i. lxxxvi
Zephiri vnde ſpirent col. i. cxx

FINIS.

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico e Legatoria
Piazza dello Spirito Santo, 11 - Tel. 21.244
PESCARA